

AUGUSTINI THONERI D. COLLEGII ME-
DICI INCLYTÆ IMPERIALIS REIP. ULM,
Directoris, ac Senioris, & Gymnasi Scholarchæ.

OBSERVATIO-
NUM MEDICINALIUM,
HAUD TRIVIALIUM,

Libri Quatuor.

IN QUIBUS VARIÆ MORBORUM, INTE-
RIORES ET EXTERIORES CORPORIS HUMANI PAR-
tes, *obsidentium, Historia, cum eorum causis concomitantibus, sym-
ptomatis, & prospero Medendi successu, proponuntur, ubi complures singu-
lares Casus, & qui alibi haud obvi, in occursum venturi,
cognitu dignissimi.*

HISCE ADJUNCTI SUNT CONSULTATIO-
NUM, CUM DIVERSARUM REGIONUM MEDICIS
habitarum, & Epistolarum de variis rebus Medico-
Philosophicis, differentium,
LIBRI DUO:


Indubium PHILIATRIS haud fore inacceptos.



M. DC.

XLIX.

ULMÆ, Sumptibus JOHANNIS GERLINI Bibliopolæ.





*MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSI-
mis & Prudentissimis*

DNN. DUUM VIRIS,

Consulibus, ac Senatoribus Inclytæ
Imperialis Reip, Ullmensis.

Dnn. & Patria Patribus observantissimis.

Cum observationes meas Medicinales, Viri
Magnifici, Nobiliss, Ampliss, & Prudentiss,
quas antè decennium, à Filio meo Johan.
Stephano, facultatis Medicæ Studiofo, ex-
oratus, concipere cæpi, etsi ille dudum, ex
divina dispositione, inopinatò ex hac miseriarum valle,
ad gaudia coelestia evocatus, non minus hæctenus illas
continuarè, & cæptam telam texere perrexi, & jam co-
lophonem imposui, à Pace aurea, per aliquot lustra exu-
lante, tandem postliminio revocata & pristinae liberta-
ti restituta, extimulatus, in lucem emittere, & in alio-
rum, prout indubia spes affulget, commodum, publici
juris facere constituerim, ne labor ille à me susceptus,
planè esset irritus. Hisce adjungere placuit consultatio-
nes cum diversarum Regionum Medicis habitas, & Epi-
stolas de variis rebus Medico-philosophicis dillerentes,

) (2

ab

EPISTOLA

ab iis, cum quibus communicatæ, candidè laudatas, eò majorem concipio spem, eas aliis etiam Lectoribus haud fore inacceptas. Cum autem meditabundus, cui illas dedicare, velut Tutelari, pro more veteri, deberem, vos Viri Nobiliss. & Ampliss. occurristis, quibus ob causas prægnantes, istum meum genuinum ingenii partum, aliàs orphanum, ad patrocinium suscipiendum, in clientelam tradere, æquum duxi. Cum enim antè 30. annos pro Medico ordinario receptus, postmodum defuncto Clariss. Dn. D. Horstio, pro Directore ac Seniore Collegii Medici constitutus, tandem vacante Scholarchatu Gymnasii, cum à venerando conventu Scholico, communi calculo atque suffragio, pro Scholarcha electus ac denominatus, Inclytus Senatus sua Autoritate, illorum vota rata habuit ac confirmavit.

Accedit, quod sub vite & Ficu jam ultra 30. annos defæviente Bellona, vitam tranquilliozem, ab exagitatione & exactione hostili securiorem transigere licitum, id assigno inprimis Dei Opt. Max. clementiæ ac providentiæ, post etiam singulari vestræ prudentiæ, paternæ curæ ac solitudini & münificentiæ, dum nullis pepercistis sumptibus, vestrum ærarium amplissimum exhaurire, & ad placandos adversarios, liberali manu, elargiri non dubitastis, & ita remora objecta, quo minus animo hostili, in nos grassari & persequi quierint.

Referunt historici, cum Urbs Gibelterra ab Albero, Johannis Regis Hispaniæ Duce graviter obsessa, Mau-

DEDICATORIA.

ros fame coactos, duodecim Mulos ficibus onustos, cuique ficui aureo ducato inserto, per Agasonem in illius tentorium agitandos curasse, & percontari num expedire putaret, arborem tam speciosos fructus ferentem refecare, vel sartam tectam conservare? Exin Dux ille Author ac Suasor, de obsidione solvenda, & illis in gratiam recipiendis. O miram & salutiferam solertiam!

Haud secus, vos liberalitatem exercendo in officarios primates, eorum benevolentiam vobis conciliastis, ut post consultores suorum principalium, ad connivendum & parcendum. O laudabile ac providum factum, ad omnes posteros transmittendum. O medium omnibus civibus salutare ac proficuum, & in ævum celebrandum!

Sed Deus Opt. Max. tandem miseratus est calamitatem ærumnosi status Germaniæ, bonum Angelum cælitus demisit & ablegavit in Aulas Principum, ad inspirandum, ad impellendum ac flectendum, eorum animos, pacis componendæ causa, accommodata media suggerendo & tamdiu urgendo, dum remolliti ac devicti, ad illam solenniter promulgandam. Quod fælix faustumque sit, ut ea potiri ac frui liceat stabili, usque ad consummationem seculi. Pro monumento auspiciati Pacis Nuntii, Tabellam quasi votivam, hæc meas lucubratiunculas, ad Aram MNEMOSYNES, suspendere, offerre ac dedicare volui.

Quare vos Patres Patriæ Nobiliss. & Ampliss. de-

EPIST. DEDICAT.

missè rogatos velim, istam meam legitimam, & ut spero, frugi sobolem, bona intentione, gratitudinis & observantiæ causa oblatam, serena fronte excipere, fovere & tueri, ne dedignemini, eò magis, cum jam excesserim annum octogesimum secundum (etsi Ente & Mente adhuc sat vegetus) non minus ob tam grandævam ætatē haud magna spes diuturnioris vitæ concipienda, quin relicto terreno hoc domicilio, me ad cælites translato, vos illius Patroni residui, ad vim tutelarem exerendam. Hisce V. A. divinæ protectioni commendo, & me favoris vestri ulnis gratiosè complectendū trado, à Supremo rerum omniū Directore & Pacis Authore, Ecclesiæ & Politicæ tranquillitatem, corporis & mentis incolumitatem, in hoc ævo, & in illo, decurso hujus vitæ stadio, æternam beatitatem voveo optoque. Ulmæ ex Musæo die S. Michaeli sacrato, anno Salutis & Pacis aureæ restitutæ 1649.


Magn. Ampl. & Prud. V.

Observantissimus

Augustinus Thonerus D.

FRÆLC

PRÆLOQUIUM AD BENEVOLUM
Lectorem,

 *Um Filius meus Johan-Stephanus, 23, adolescens annorum, ob vitæ ac morum integritatem, corporis venustatem & Ingenii dotes haud vulgares, mihi dilectus, in Gymnasio nostro, in Oratoria, Logica & Physica, perorando & disputando, se aliquandiu cum laude exercuisset, & jam studio Medico addixisset, à me efflagitavit, ut observationes meas medicinales literis consignatas communicarem, antè meum ex hac vita excessum, cum jam in etate senili constitutus, annum 70. excefferim, nec constet, quando fatalis hora elapsa, ut ex hac miseriarum valle sit emigrandum ad superos, proin extimulante Philosophia, cui nihil magis cura ac cordi, quàm salus Liberorum, mihi haud grave aut molestum, istam sarcinam humeris meis susceptam, bajulare à carceribus ad metam usque. In delineandis autem istis observationibus me imprimis accommodavi ad illum Genium ac captum, indubium, quin absoluto studiorum decursu, ubi ad praxin accedendum, ex tam fecunda arbore, uberes fructus legendi, & ex inansa captanda, pro tam utili labore exantlato, Deo Opt. Max. inspiranti & calamus dirigente, magnas olim gratias agendi. Sed proh Deum immortalem quid contigit? dum iste labor haud pridem inchoatus, bonus ille Filius inopinatò, febre maligna petechiali est correptus, tandem Morta filium vita abruptit & è medio sustulit. O inanes ac vanas Parentum curas ac sollicitudines, eum inevitabile Fatum omnia invertat. Ex in eum harerem in suspensò, quid porro agendum, utrum tela capta per texenda, vel imperfecta relinquenda, recidit mihi in memoriam historia de Maximiliano I I. Archiduce Austria (qui postmodum ad fastigium Casareatus evehctus) qui in juventute in Regno Granatensi*
Vica-

PRÆLOQUIUM

Vicarium agens, dum animi recreandi causa exspatiatus, fortè incidit in agricolam Palmas plantantem, id conspicatus cum admiratione, cum fructus suos post centesimum demum annum producant, sciscitanti causam impensi laboris, respondit: se inservire Deo & posteritati: ob tantam pietatem & fidelitatem, Maximilianus commotus, illi colono centum coronatos tradere imperavit.

Exemplo illius impulsus, non ad aucupandum reuodōziav, sed ad procurandam publicam utilitatem, istas continuare & tandem divulgare constitui, indubiam concipiens spem, quin multum exin commodi ab iis inprimis, qui studio Medico addicti, captandum: idcirco nolui committere, talentum à S. Deo mihi concreditum defodi & mecum tumulari. In meis curis mihi cordi, cautè ac circumspectè procedere, cum Hippocrates lib. de vet. Med. asserat, nullam exactam esse facultatis Medica certitudinem, eum Medicum laudandum, qui quàm minimùm deliquerit: id sedulò observare studui, ne obisim, si prodesse non liceat: proin à violentis pharmacis abstinui, præsertim cum deliciores & mollioris Nature agri mihi obtigerint curandi. Si verum fateri fas, interdum constitueram alios amulari, sed cum gravissima illorum usu adverterem subsecuta symptomata, panituit me facti, & deinceps destiti.

Novi Medicos, qui aliàs in fama & existimatione, ubi ceperunt uti medicamentis ἀνω κῆρυ κατω operantibus, contemptui habitos, praxin amississe. Quin & illud mihi compertum, plerosque egros, qui benignioribus sæpius reiteratis restitui non potuerunt, nec illorum ope levatos, sed in orci fauces precipitados, quantum vis prima frontè belè restituti existimati, aut brevi post intervallo relapsi, debitum Natura solverunt, in cymbam Charontis devoluti.

Verè Hippocrates 4. aphor. II. Quibus tormina & umbilici dolores, & lumborum dolor, qui neque medicamentis, neque aliter solvitur, in aquam inter cutem siccam, firmatur. Exemplo illo hydropis ostendit, non omnes morbos solis medicamentis purgantibus curari, etsi evacuatis vitiosis humoribus, interdum remissio symptomatum sequa

AD LECTOREM.

sequatur, tamen ob residuam duærogias viscerum, vel occultam ac inexplicabilem qualitatem impressam, vel alias causas absconditas, subinde novam pullulare materiam, qua recidiva occasionem præbeat, ut tandem agrum prosterneat. Et si non abnuam, quin in morbis contumacibus ac refractariis, & Naturis robustis, dum vires constant, interdum confugiendum ad valida præsidiorum genera, malo nodo, malum cuneum adhibendo, cum extremis morbis, extrema competant remedia. Si adversus Gigantes belligerandum, & in eorum occursum ablegandi Pygmaei, omnis opera irrita, & per quem dubia victoria. Sed illud taxandum & improbandum censeo, si in levioribus affectibus, (id complures factitare solent) qui clementioribus medicamentis tractati, citra virium jacturam, cederent, ilicò ad vehementiora descendere, Naturam turbando & debilitando, nulla ratione duce, nec methodo observata, nec explorata Essentia morbi cum causis, quin tumultuarias præscribent purgationes, nullum ad certum scopum directas, Naturam non raro adeò violando, ut post morbo debellando, haud sufficiat, quin victas det manus. Id admonitorium contra fortuitas illas & violentas medicationes inserere, haud abs re duxi. In praxi exercenda & receptis consignandus mihi semper displicuit numerosa simplicium farrago, eò etiam intentus, ut observarem ipsum jucundum, quoad pro ratione morbi fieri licitum, prout ex meis observationibus innotescit.

Verè Hippocrates libr. de arte: Medicum, qui suffecerit ad cognoscendum, sufficere etiam ad sanandum. Ex in Capivaccius Medicus & Professor Patavinus, cuidam studioso Polono, expetenti ipsius secreta, haud inscitè respondit: lege meam Methodum, & habebis mea secreta: innuere volens, si Essentia morbi cum suis causis cognita, si medendi datio & simplicium medicamentorum facultas comperta, ei haud opus, operosa pharmacorum sylva, quin morbus levi manu, paucioribus præsiidiis, expugnari queat, prout multa in meis observationibus occurrunt singularia exempla, idem testificantia.

Observationes potiores: quoad per reminiscenciam in memo-

) (

riam

PRÆLOQUIUM.

riam revocare licitum, designata est αὐτοφάδιος exarata, nulla his scripta, (excepta prima) sed prout prima vice concepta (sit fides veritati) ita relicta, complurium etiam singularium obliuio obrepfit, nec animus meus unquam eò propensus, ut in lucem ederentur, ni Filiius meus, jam in ἑλογία, mihi auctor ac impulsor, et illa nunquam literis comprehensa, in abscondito delituisse. Sed sufficient ista, in quibus tam varia et selecta obvia remedia, ut à quovis facultatis Medica perito, si morbus per tua signa, præcognitus et causæ perspecta, in omnes occurrentes affectus, torquenda.

Et si quorundam haud trivialium Medicorum observationes in lucem emissa prostent, ut super vacuum existimari queat, alias in super adicere. Sed planè confido, quin benignus Lector, si meas etiam perlustrarit, et aqua iudicii lance ponderarit, complures singulares casus, alibi haud obvios, alio stylo ac filo contextos, et haud operosa nec inconcinna, nec protrita medicamentorum farragine abactos, sit deprehensurus, ut si ipsa invidia, vel æmulatio in tribunali sedens, pro Iudice constituenda, (siquidem ipsa veritas respicienda) calculum suum submitteat, palam profiteri teneatur, lucubratiunculas illas luce et laude (ne superbum sit) dignas. Prout cum istum meum laborem Filii olim causa susceptum, cum aliis rerum medicarum peritis communicassém, eorum requirens iudicium, utrum censeant illa suppressenda, vel in lucem edenda, me cohortati sunt, animando, ut ea intrepide publici viri facerem, cum mihi elogium, aliis verò emolumentum adferre queant. Hisce etiam adungere placuit consultatione s potiores, eum diversarum Regionum Medicis habitas et laudatas, eas nec tibi fore ingratas, haud ambigo.

Faxint benigni calites, ut labor ille, pro meo voto, benevolo Lectori sit acceptus et fructuosus: ubi intellexero, applausum et favorem, cum in manibus habeam opus aliud practicum, ad id divulgandum, me velut calcari extimulabis, cuius οὐαγεαφίαν, ut constet, quid exinsperandum, ob oculos constituam.

Cum jam elapsi ad minus ann. 64. quod studio Medico operam dare

AD LECTOREM.

dare ceperim, & cum Genius meus à prima statim adolescentia ita comparatus, ut volupe, animum habere variarum rerum scientia atque cognitione instructum, & modò excesserim annum 82, tanta temporis intercapedine, non fuit turpi ocio deditus, sed mihi oblectamento, lectione honorum Authorum, tempus terere, & quicquid librorum, (nam pauciores emere & propter crebriores & longius distitas peregrinationes, mecum transferre, haud expediens) ab aliis mutuò accepi, à capite ad calcem perlustravi, si quid notatu dignum occurrit, excerpsti, in diarium retuli; post in ordinem digessi, ut memoria consulerem, & si quis morbus obtigerit curandus, ne laboriosa instituenda librorum inquisitio, quin velut in momento ac uno contuitu, deprehendere licitum, quæ illi opponenda remedia. Volumen illud ita est dispositum, & per certas classes digestum, à capitæ affectibus inchoando, usque ad calcem progrediendo, quibus remediorum generibus, tam interiorum, quàm exteriorum partium morbi profligandi, ex in cuius promptum, pro ingenii ac iudicii qualitate, ea seligere, quæ visa ad suum scopum accommodata. Medicamentorum illorum farrago est collecta, non ex una chiliade librorum, sed & ex primariorum Medicorum receptis, in diversarum Rerumpubl. & aularum officinis pharmaceuticis, extantibus concinnata, magno labore conquesta.

Præter illud commodum & hoc non spernendum, ut si Authores legere contigerit, haud opus illa laboriosè excerpere & colligere, sed cuncta in illo opere à me edendo, essent obrvia. Accedit, quod exiguus numerus eorum Medicorum, qui instructam bibliothecam, ut illa annotare & usurpare sciant. O quàm Fortunatum me depradicarem, si olim in iuventute, talis mihi manu ductio obtigisset, quanto id cum sænore ac fructu conjunctum fuisset.

Si ista mea practica collectanea tam ex mineralium, quàm vegetabilium classe deprompta, cum meis observationibus conjuncta, exiis, velut *πυροπλικά* instructissima, omnis generis præsidia expedienda, adversus totius corporis ægrotudines, tam internas, quàm externas

PRÆLOQ. AD LECT.

partes obsidentes, à capite ad calcem usque pertingentes ut panè nihil desiderari queat, ad profligandos eos morbos, qui arte humana expugnabiles. Ubi mihi compertum, illa priora tibi accepta, eò sedulo ero intentus, quò & ista, sine longiori mora, publicanda, si Typographus ad manum in excudendo, vel bibliopola sumptus impendendo.

Pro isto labore exantlato, non quero ullum privatam lucrum, sed aliorum potius commodum, & tuum, Gratiòse Lector, æquum iudicium, & cum pio voto, benevolum affectum.

Hac præfari libuit, ad tui informationem, valeas & mihi fa-
veas, & cum jam excefferim annum 82. adhuc fruens Duxoria cor-
poris & mentis, ut senectam illam haud imbecilliozem, sentiam, quàm
olim erat adolescentia, non minùs videor ob grandiozem atatem, quasi
in limine lethi constitutus, fortassis haud multi anni residui, quin ex
hujus Mundi theatro abeundum, & ejus porta spectanda, utinam
& ad superas pertingere liceat, à cæli Janitore referandas.

Id faxit SS. Trias, & aeternum ut gaudeam, Tu
apprecare.





IN

*Observationes, Consultationes & Epistolae
Medicinales,*

AUGUSTINI THONERI D.

Reip. Ulmenſis Collegii Medici Directoris ac Senioris,
& Gymnaſii Scholarchæ,

ΕΠΟΣ. I.



*Augustinus quod Patribus, Tonitruque quod orbi,
Hoc Medicis, urbi Doctor amande, clavis.*

*Hinc Augusta parans agris medicamina, curas,
Propositi que tenax illa docendo tonas.*

*Pulcrum sani hominis graphicumque exemplar, idea,
Qualem vix unquam sacra futura ferent.*

Joann. Sebastianus Bloſius, Tübingenſis,
D. & Prof. publ.

II.

EXtremâ validus quàm ſis DONNERE Senectâ,
Viribus Ingenii, Corporis & pariter.

Haud opus eſt multâ verborum ſtrage, docebunt
Ægri, quos curas, & liber iſte novus.

Corporeas vires extollunt laudibus ægri:
Ingenii dotes exhibet iſte liber.

Maſte, penu profer plures è divite fetus,
Donec erunt morbi, Laus Tua ſemper erit.

Dn, Seniori venerando, τῆς ἰατρικῆς Σχολῆς
μαχιμὸς Ἰωνᾶ F.

Joan. Georg Regulus Villinger, Med. D.
& Reip. Patriæ Phyſicum.

III.

Nobilis ingenio, methodò ratione medendi,
Ac uſu rerum, ſedulius, iſtar apis,

)((3

Qua

*Que legit variis de floribus optima, THONNER
Pharmaca nunc edit pluribus apta malis.
Sic Medicina cluit, simul & medicamina crescunt,
Crescit & Autor gloria, Laus & Honos.
Tantis de meritis toto de pectore grator,
Et precor, ut vivas tempora tot, quot habes:
Utque tuos cantent factus, monumentaque clari
Ingenus docti: secula cuncta viri,*

M. L. Q. Dn. Collegæ venerando poneb.

D. Johan. Daniel Diererich/ Reipub. Ulm.
Medicus ordinarius.

IV.

Parod. Horat. l. 4. Carm. Od. 9.

NE quæso credas, quod peritura, quæ
Vita THONERUS doctior Artifex
Vix ante vulgatâ loquelâ
Verba notanda refert Poëtis.
Non, si priores Hippocrates tenet
Laudes, habet Galenus & alteras,
Laudes latebunt, quas THONERI
Arte manus meruit senilis.
Non, si quid olim scripsit acutiùs,
Delevit ætas. Spirat adhuc vigor,
Vivuntque vires en! senectæ:
Sint senis, an juvenis, stupescas.
Hic pellit ignes morbiferos, aquis,
Quas scit salubres: signa trementia
Miratur, ingentesque morbus
Quos comites habet, ipse signat.
Avertit acris noxia semina
Morbi: tremoris principium notat:
Vexatus æger ne dolore
Concidat, & subito sub umbras

Cedat

Cedat trahentes. Prælia sat ferox
THONERUS acer Pæoniâ manu
Commiscet, ictus pro misellis
Excipit, & reparat cadentes
Vires. Fuerunt corpore pristino
Multi valentes, qui lacrymabiles
Vitale lumen reddidissent
Auxilio Medici carentes.
Paulum sepultæ distat inertia
Celata virtus. Quis tua pharmaca,
Vicæ salutem quæ pararunt,
Singula quis patiatur altis
Seclis fileri? carpere lividas
Obliviones? Est animus TIBI
Rerum peritus: sat beatæ
Suntque manus, dubiis beatæ,
Vindex malignæ pestis, & ignibus
Feliciores porrigit herbulas:
Doctorque non unius anni,
Sed quoties bonus & peritus
Vitæ salutem curat, in omnibus
Præbet medelam, vel morientibus
Addit levamen dulce, dextrâ
Vindicat è tumulto, fideli.
Non, velloquentem multa, vocaveris
Rectè peritum: Rectiùs occupat
Nomen medentis, qui jacenti
Pharmaca tutò adhibere novit.
THONERUS ille est, qui mala longiùs
Propellit hæc quæ tristia corpori.
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.
Debiti honoris & observantiæ E. F.
*M. Jacobus Honaldus, Ecclesia Cathedralis apud Vlm,
Minister & Gymnas. Prof. publ.*

: V.

I.

AUGUSTINUS T(h)ONER,

'Avaycap.

NI AUGUSTUS NOTER!

II.

CARPES. *'Avayg.* PARCES.

'Exdtis.

PARCES postobitum, vivum si, Zoile, CARPES;
 Parcé; Te propter non obiisse volo.
 Ægrum non Medici est vanis eludere verbis;
Suaviter at, Tuto, Mox, relevare malum.
 Nec tamen in Medico, quivis relevetur ut æger,
 Cultâ non rarò plus valet arte malum.
 Nè valeam, mea cui dextrè pervolvere scripta
 Mens est, AUGUSTUS NÎ, ore styloque, NOTER.
 Insuper omnipotens JATER cum corpore mentem
 Sanam dum servas, sit Tibi gratus honor:
 Et mihi, VITA meæ vitæ, cum vivere mundo
 Sustuleris, tum da vivere, Christe, polo.

Aliud.

Æsculapius Trifrons I. O.

INrantis Medici Facies tres esse videmur
Ægrotanti; Hominis, Dæmonis atque Dei.
 Quam primùm accessit Medicus, dixitque salutem;
En Deus, aut custos Angelus, æger ait;
 Cum morbum medicina fugaverit; ecce homo, clamat
Cum poscit Medicus premia; vade Satan.

'Eriótix.

HaVD faX, VLMenses, at paX, bls Io! eXhllaraVlt!
 LatItlæ Dator, & LVClS, qVIs CLassICVs aVtor?
 LaVDetVr ChrIstVs, SpIrItVs, Ipse Pater.

*Hoc debiti Amoris & Honoris Filialis Monumentum,
 venerando Dn. Parenti reliquit, εὐχχαίρων ἡγῆ
 ἡ ἀνάγκη εὐδελῶν,*

M. Fridericus Thonerus, P. P. Filius ex nume-
 ro septenario unicus superstes. Scriptum
 Ulmæ d, Sept. in Musæo.

AUGUSTINI THONERI D. COLLEGII MEDICI REIP. ULM. DIRECTORIS AC SENIORIS, ET GYMNASII SCHOLARCHAE,

OBSERVATIONUM MEDICINALIUM,

LIBER PRIMUS.

De Febribus continuis & intermittentibus,

OBSERVATIO I.

Casus singularis concernens Dn. D. Mosen Heldium Nosodochii Ulm. Medicum ordinarium, qui à febre continua, gravissimorum symptomatum (magno caumate ac incendio, singultu, tussi, insigni aivopezia, siti inexhausta) comitatu, ope divina & medica, liber evasit.

Um à gravissimo morbo Cl. Dn. D. collega honorande, multorum visitantiū ac ministrantium opinione, me etiam non rarè in suspensio hærente, de eventu, ob sæva ac terrificas symptomata pœnè funesto, superis aspirantibus, liber evaseris, è grandi tempestate, velut in tutiorem portum constitutus, proin à me efflagi-

taris, ut casum istum, ob insolitam symptomatum *ειδησιμὸν*, perquam rarum, literis consignatum & circumstantialiter adumbratum, tibi communicarem, simulac quibus præsidiorum generibus, Lernæ ista hydra devicta ac prostrata, in apicum proferrem, quare committere non potui, quin tibi gratificarer, tam honesto desiderio satisfaciens, & meam *επιμελειαν* transmittens.

A

Et si

Et si verò facultatis Medicæ tanta in te peritia, ut sufficiens, ad eum adversarium, qui adjunctis variis satellitibus, ergastulum tuum obsedit ac conquassavit, delineandum: at cum à vaporibus febrilibus, tum cerebrum, Rationis & Memoriam sedes ac domiciliū, haud illibatum, proin facultates animales læsæ, ut cuncta non succurrant, transacta, à me autem singula exactius observata, non tantum spectatore, sed & adiutore ac direttore, ad ἀντικειπέρον illum debellandum, idcirco istam provinciam humeris meis imponendam, haud absonum videbatur, eam suscipere ac sustinere promptis ac paratis.

Cum in ætate senili constitutus 50. attingens annum, staturam mediocri, habitu corporis haud carnosissimo dotatus, totius crasis ac temperatura inclinaret ac devertat ad complexionem sanguineo melancholicam, prout ex colore faciei subfusco, rubore suffuso, barba fusca, animi moribus placidis ac verecundis, patet. Quin & cum genius tuus à convivii, à consuetudine ac confortio humano alienus, solitaria magis vita gaudens, insuper fluxui hæmorrhoidali sis obnoxius ac subjectus: accedat crebra salivatio, etiam in fanitaris statu consueta, quæ cuncta produnt qualitates humoris melancholici. Exin haud sine sale, ipse Hippocrates: Melancholicos sali-

vosos ac sputatores nuncupare non dubitavit.

Quoad temperaturam partium principalium, ut à capitolio exordium sumam, obigit tibi cerebrum frigidius ac humidius, cum non raro actuale frigus etiam in pericranio sentias, & à leviori frigidior aura, noxam percipias, proin caput duplici, aut triplici regimine operatum, ab aëris inclementia probe munitum, conservare studeas. Exin haud magnoperè mirandum, quod pronus ac proclivis ad catarrhos. Etenim cum ob frigidam *δυσκροσίαν* cerebri, facultas alteratrix sit læsa, ut alimentum subministratum probe concoquere & assimilare nequeat, exin pituitosæ resulent superfluitates, destillationum materia. Quin & vapores à subjectis partibus sublatis & in cerebrum delati, cum ob inopiam caloris resolvi ac discuti non possunt, coagulantur & instar pluviarum, in media aëris regione frigida coactarum, deorsum precipitantur. Cordis calidior dispositio innotescit, ex animi excandescencia. Cum de ventriculo nulla sit querela, tam in appetendo, quam concoquendo, exin patet, ipsum haud male dispositum, æt æquo humidiorum prodit *σάλις* crebra salivatio. Epatis intemperiem justo calidiorum deprehendere licet, ex venarum amplitudine, manuum fervore, sicut molesta, dum singulis pœnè noctibus

ctibus, æstivo inprimis tempore, è lecto surgere, & ad eam restinguentiam, aquæ haustum assumere, es coactus: alvo sicca, dum venæ meseraicæ voraces, exugunt è chylo omnem humiditatem, fæces siccas ac compactas relinquentes. Præmissa totius corporis & præcipuarum partium naturali constitutione, jam me conferam ad statum morbosum.

Quamprimum ægrotare cœpisti, conquestus es de horrore totum corpus conquassante, cum stridore dentium, qui licet aliàs prodat febrim intermittentem, attamen prima statim vice accersitus pronunciavi, *instare febrim continuam* haud carentem malignitate, vaporibus exin emergentibus, sua virulentia & acrimonia, nervosas ac sensibiles partes percellentibus & inimica qualitate extimulantibus facultatem expultricem, ad id, quod molestum ac infestum, propulsandum: prout subsequenti symptomata argumento, haud vanum meum augurium, dum febris illa à prima invasione, nunquam ad *ἀνεπίστατον* pervenit, quin continuo calores non naturales, ad finem usque perseverarint, dum Natura destinatam periodum absolvit: horrore illi sat diu duranti, successerunt calores ignei, paroxysmi febrilis indices.

Cum autem duplices febres continuæ, vel continentes, à principio ad finem usque in eodem vigore

permanentes: vel proportionatæ nunquam totaliter intermittentes: sed per horas aliquot remittentes, & per certa intervalla incrementales: hujus generis suam fuisse, indicio, quod quotidie circa vesperam, graviora produxit symptomata.

Suam autem sedem defixit, in venis à corde haud procul remotis, dum circa pectus ingens *καύμα* ac æstum cum difficili respiratione, sustinere es coactus, cui fomentum ac pabulum subministrarunt, humores serosi ac pituitosi, commixti cum ichoribus biliosis, in venis coacti, copia & crassitie vasa obstruentes, & exin nata prohibita excretionem, putrescentes ac ebullientes, dum fervidi vapores per venas & arterias cordi communicati, & per totius corporis habitum dispersi, calorem febrilem concitarunt, parientem tibi tot ac tantas molestias. Etsi humores pituitosi & biliosi in corpore tuo redundantes, per se dispositi, ad fomitem febrilem concipiendum, tamen haud vana conjectura, dum per annos 18. Medicum ordinarium nosodochii urbici egeris, quin per contagium illud malum contractum, hoc inprimis ævo, ubi magna militum Suecicorum caterva, maligna ista lue infecta & in hospitali recepta, per *το σπέρμα δεινόν* ac morbidam excretionem, sua *μύσμη* ac inquinamenta, in aërem dispergit, quorum putridos ac

A 2

VENE

venenatos halitus, plenis buccis haurire oportet, ut *ἀδύνατον*, quin progressu temporis, etiam optima Natura, ex in non aliquam corruptelam concipiat.

Cum ista febris circa vesperam magis ingravescat, quotidianæ typum præferens, videtur majorem *ἀναισθησίαν* habuisse cum humore phlegmatico, cujus quasi lacuna in ventriculo & capite hærebat, ex in lingua admodum sordida, lentore albicante una cum faucibus, obducta, ex vaporibus à calore igneo erectis & in ore coagulatis, ut die noctuque opus gargarismo absterfitorio, ad eluendas sordes viscosas, alias veritus, ne fauces coalescant, glutine vaporum adhærescente & viam *respirationi* intercipiente.

Tussis sicca per dies aliquot exagitabat, vaporibus malignis irritantibus caput asperæ arteriæ, vel materia catarrhali tenui depluente & extimulante. Sitis inexpugnabilis infestabat, à potu illicò fauces exiccata, denuò irrigari desiderabant, nota intensi calor omnem humiditatem absorbentis, vel biliosi humoris. Ingens aderat *ἀνορεξία* inappetentia, etiam suavissima averfando, ob vitiosos ac corruptos humores in ventriculo residentes, & lentore suo ejus orificium, ceu famis præcipuum organum, occupantes, ut suctionis venarum eò terminantium & ciborum ingestionem exposcentium,

fenfum non perceperit, vel ob virtutentiam vaporum, spiritus, sensuionis illius authores, corrumpuntur ac dissipantur. Urina visa sat biliosa, ignei coloris, in ipsa excretionem, ardore suo molesta. Cum igitur febris illa suum habuerit exortum atque proventum à pituitosis & biliosis humoribus putrescentibus & effervescentibus, illa cacochymia tollenda per phlegmagoga ac cholagoga, obstructions referenda, malignitas infringenda & æstus restringendus.

His occurrendum triplici præfidiorum genere, deprompto ex fonte chirurgico, pharmaceutico & dietetico. Quoad chirurgica, cum authores valde controversi de vena in febribus illis secanda, ego eò inclino, ut existimem si plethora præsens, & conjectura vitiosos humores sanguini mixtos, & vires consent, quin ab initio, ad eventilandam massam sanguineam venæsectio cum fructu administrari queat, sed cum animadverterim, in tuo ventriculo, (prout ex oris amaritie & lentore parulum) colluviem pituitosorum & biliosorum humorum hæreere, nec corpus sanguine confertum, ratio me eò deduxit, ut venæ apertionem intermiserim, ne ex in vitiosi humores exagitati potius ad principem partem præcipitentur, aut eò ad devitandum vacuum, à distantioribus locis, trahantur. Cum seminarium illa-

illarum febrium non tam consistat in copia sanguinis, quam corruptela ac malignitate humorum. Non in plethora, sed cacochymia. Exin Martinus Rulandus in tract. de lue Ungar. palam profiteri haud veretur:

Sanguine vel parcè, vel largè, ab initio, vel deinceps detractò, nunquam se febri illam curatam, sed potius exasperatam sæpenumero vidisse. Illi suffragatur experientia. Ipse observavi (priusquam libellum Rulandi perlustrare contigit) venæsectionem aliorum Medicorum consiliò adhibitam; (etiam in subiectis juvenilibus & magis plethoricis) malè plerumque cessisse, notavi aliquos eodè vel altero die, à venâ aperta, extinctos. Proin aliorum vestigiis territus; rarius ad tundendam venam accedo, eamque in sanguineo duntaxat ac robusto corpore, non cacochymo & imbecilliore administro.

Quoad pharmaceutica, medelam sum aggressus, ad humores biliosos & pituitosos in ventriculo & alvinâ regione hospitantes, eliminandos, exhibendo. ℞. Extr. d. carth. ℥ij. d. Rhab. simpl. ℥iβ. syr. diafer. ros. sol. an. ℥i. dec. com. lenit. q. β. f. p. b. Exin tantum levaminis, ut reiectis vitiosis humoribus, oris amaritudo recesserit.

Verè Hippocr. 1. aph. 22. concocta medicari atque movere, non cruda, neque in principio, si non

turgeant, plurima verò non turgent. Exin patescit, Hippocratem statuerè, morbos acutos Naturæ beneficio judicari, proin rarò eos purgatione curari, si tamen illa necessaria, ineunte morbo, sit per agenda, si per *ἀγνῶστον* vitiosi redundant humores, ut metus impendeat, ne ad aliquod membrum principale ruant. Quæ sententia Hippocratica, febres continuas, Naturæ opera, judicari docens, cum quotidiana praxi adeò congruit, ut Medicus, istum Naturæ motum observans, non rarò obstupescat. Solius Naturæ, hoc est, virtutis partium solidarium, quæ consistit in conveniente *συνμύκτης*, munus est, concoquere & alterare humores, postmodum eos segregare & exterminare.

Crudititas autem humorum, quæ in febribus contingit, mihi videtur haud incommodè comparari posse cum fermentatione, aut ebullitione cerevisiæ, vel musti. Etsi enim quispiam cerevisiam crudam nondum defæcatam, aut mustum, vel millies colaret, aut per filtrum destillaret, limpida ac clara ea reddere neutiquam liceret, quia Natura heterogeneas partes nondum separavit, sed fermentatione absoluta, & cessante ebullitione, Natura sua spon te fæces & crassiores partes, ad fundum deponit, ut liquor inclarescat. Haud secus in febribus continuis, etiam si validissima exhibeantur pharmaca,

vitiosi quidem humores in ventriculo, intestinis, sub præcordiis, à sanguinis massa separati hærentes, tanquam causa antecedens, revelli & evacuati possunt, eos ne utiquam attingentes, qui velut causa proxima ac conjuncta, in venoso genere impacti, vix ullo labore, aut violentia extirpandi, nisi prius sedato fervore, ubi Natura victrix, præcedente coctione, malum separat à bono, & ope facultatis expultricis irritatæ copia, aut mala qualitate vitiosorum humorum, eos per vomitum, secesum, vel vias urinales, exterminat. Ipsa suffragatur experientia, purgantia si benigniora ingesta, (nisi statim ab initio exhibeantur ad eliminandam saburram corruptorum humorum in alvina regione stabulante) noxia, camarinam movendo, non autem dinovendo, humores pravyos, qui in ipsis vasibus, velut materia febrilis & causa proxima, inhærescunt, exagitando, non evacuando, & non raro ad partem nobilem præcipitando, & Naturam à suo motu impediendo. Si verò validiora offerantur purgantia, funesta diarrhæa concitatur.

Mihi magis arrident clysmata emollientia & refrigerantia ad depurandam aluinam regionem & biliosos humores cum phlegmate mixtos, velut fomitem febrilem, subtrahendos & calorem redundantem contemperandum, accommo-

data, quò Natura postmodum minori negotio, reliquias superare queat, cum in finem talis clyster consignatus. ℞. herb. malv. alth. mercur. viol. betæ, acet. a. m. j. hord. mundi. m. β. fl. viol. p. ij. dec. in aq. ad med. col. ℥. ℥x. dis. El. diacath. ℥i. El. lenit. ℥β. vel an. ℥vj. ol. viol. amyg. dul. an. ℥iβ. mell. viol. ℥i. vit. j. ovi. sal. parum f. cl. qui aliquoties est reiteratus, semper cum luculentissimo levamento.

Post me contuli ad alexiteria diaphoretica in simul alterantia: ℞. pul. rubr. Ponnon. Dij. lap. Bez. ori. gr. 4. syr. acid. citr. ℥β. aq. acetosell. ℥iβ. card. b. ℥i. bor. ℥β. M. ut contactus sudares, cum autem tua Natura ad sudoris elicium haud disposita, alia via erat incedendum, portiones alterantes & malignitati resistentes, ordinatæ. ℞. Syr. acid. citri, è succo acetosellæ. an. ℥β. sp. vitr. gut. 4. aq. acet. ℥ij. cich. end. a. ℥β. M. aliquot matutinis repetitæ. Ad sorditiem & lentores linguæ & faucibus adhærentes, abstergendos. ℞. aq. prunell. ℥iv. acet. fragorum plantag. an. ℥. 2. aq. vermicul. ℥i. diamor. ℥vj. tro. d. nitro præp. Dj. f. G. A cujus usu, lingua & fauces illitæ. ℞. diamor. ℥iβ. syr. viol. simpl. ℥vj. sp. vitr. g. 4. M. Usus etiam aq. cordiali. ℞. aq. bor. bugl. a. ℥2. cerat. nig. acet. a. ℥iβ. Capon. simpl. ℥β. Ros. ℥i. cinamo. ℥vj. marg. præp. ℥j. Bezo. ori. gr. 4. man. Chr. pil. ℥vj. M.

Quoad

Quoad diæretica, ob *ἀνοξιὰς* nihil aliud admittebas, quàm jusc. Gallinæ, aut Capon. & gelatinam ex Capone cum modico aceti ros. præp. Potus erat dec. C.C. usti P.P. in quo macer. pulp. citri tessellatim incisi, cum suff. q. sacch. dulcor. Usus etiam syr. acid. citri. vini granat. an. *ζιβ.* contemp. cum dec. c.c.v. præp.

Hiscæ tantum profecimus Naturæ auxiliares manus porrigendo, ut ea, die nono, circa vesperam, excretionem molita per copiosum sudoris effluuium. Cum symptomata ingravescerent, cum magna pectoris angustia, ratus instare fatalem Mortis horam, ac perterritus, sacram synaxin, velut animæ viaticum, præviâ confessione & absolutione, sumere anhelans, quo esses ad longinquam istam profectionem suscipiendam, magis instructus: id per actum in mea absentia, cum vix unius horæ spacio post te visitassem & sudantem deprehendissem, conjiciens, adesse excretionem criticam, te in meliorem spem erexi, hac ipsa nocte, fore te liberum ac immunem à febrili dispositione.

Fieri enim magnam perturbationem in corpore, instante crisi, quasi de vita ægrotantis judicium ageretur, dum Naturam magno conatu, sollet vitiosos humores separando, per succedaneam evacuationem, expellere, atque ita evenit, ut meum au-

guriū haud irritum, quin sequenti matutina, omnia disparuerint symptomata, vindicatus in meliorem statum. Revocandus tibi est in memoriam Aphor. Hippoc. 27. lib. 2. His, quæ non ex ratione levant, non oportet fidere, neque multum formidare mala, quæ præter rationem eveniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neque multum durare & permanere consueverunt. Cujusmodi sunt perturbationum criticarum symptomata, ut si rigor incidat validus, febris magis incandescat, subitanea spirandi difficultas invadat, haud pertimescere oportet, præsertim si signa concoctionis præcesserint: tum enim Natura triumphalem manum efferet.

Isthac febre depulsa, cum in tutum portum receptus existimareris, ecce aliquot dierum intervallo post aliud genus invasit, multò tetrora producens symptomata ac pœnè lethalia, me anxium ac dubium de recuperanda salute reddentia, & tibi spem omnem restitutionis adimentia.

Incepit & ista febris cum horrore, à malignis & acrioribus vaporibus concitato, facultatem excrettricem irritantibus ad rem inimicam abigendam: Cui successit ingens *καύμα* ac incendium, ut joco-serio dicere sis solitus, priorem febrem fuisse purgatorium, hanc verò ipsum *infernum*, ob insignem æstum, nuncupan-

cupandam. Tantam flammam te sentire, tam igneum calorem percipere, in inferiori ventre, & animadvertere tam fervidos & acres vapores sursum ferri, per œsophagum ad fauces pertingentes, eas acerrima sua vi rodentes, & velut funiculis constringentes, cor etiam ipsum impetentes & torrefacientes, haud secus, ac si id craticulæ impositum, à subjecto igni, sensim cremaretur. His accessit terrificum illud symptoma, singultus, diu noctuque affligens, per triduum durans, raro requiem concedens, à malignis & acerrimis vaporibus os ventriculi percellentibus & Naturam extimulantibus, ad rem adversam propulsandam. Quoties à minera febrili fervidos vapores ascendere animadvertisti, ad os ventriculi delatos, toties etiam singultus molestias sustinere, es coactus.

Lingua & fauces multò magis ac in priorè febre sordida & albicante lentore obducta, ut opus diurna nocturnaue abstersione, per convenientia gargarismata, aliàs veritus, ne fauces à viscosa materia coalescant; ab acrimonia etiam vaporum, multis in locis, fissuræ concitata. Aderat sitis inexhausta, à potu ilicò vapores calidos in copia expirare observasti, velut à candescente lapide aquâ consperso. Tanta *ἀνορεξία* & fastidium rerum omnium, ut etiam suavissima averfatus, illa à calo-

re igneo omnem humiditatem depalcente: hæc autem à copia biliosorum & pituitosorum humorum, os ventriculi, famis sedem, obsidentium, pronata.

Res miranda, cum febris tam ardens, secunda vice repetens, per aliquot septimanas perseverans, & igneos ac mordaces vapores sursum per œsophagum mittens, & tamen mens ac ratio sat salva permanferit, nulla deliria, aut absurda diætaria exaudita, nî quod interdum solito dicacior & *φαιδρία* erronea animadvertita, & quod majori admiratione dignum, nulla unquam querela, de capitis dolore, per totum morbi decursum. An quod non ex merâ bile, sed insimul copioso phlegmate (indicio lingua lentore albicante obducta & *πυρεξία* pœnè assiduus) putrescente ac ebulliente, vapores benigniores sublatis, biliosorum acrimoniam contemperantes.

2. Quin & vapores illi ex ventriculo ceu ollâ fervescente, emergentes & sursum per œsophagum ad fauces pertingentes, per os expirant, ad cerebrum nõ delati: quamprimum sensisti ex inferiore ventre vapores exhalantes, ilicò ore aperto, exitum concedebas, sapius adstantes, manus ori admoveere jubens, ut halitum fervidum expirantem & manus ferientem, perciperent, id & à me proprio contactu observatum. 3. An quod fomes febrilis

brilis in ventre inferiore, in venis à corde distantioribus, residere. 4. Num causa præcipua, quod tibi obtigerit cerebrum frigidum ac humidum, ad paraphrenesin minus dispositum.

Ex præsignatis symptomatis patet, istam febrem esse ex earum continuarum sorte, quas practici *λογυάδες* singultuosas appellare consueverunt, à symptomate, (vel ad *καυρόδω* notham potest referri, cum causi duo signa pathognomonica, ingens sitis & æstus immensus, quæ ambo tibi molesta,) quod singultus illis familiaris, suam trahens originem ab inflammatione ventriculi, intestini tenuioris, aut epatis. Observatum tertio quoque die symptomata magis ingravescere, nota cholera exorbitantis & periodum tertianæ sectantis. Adrianus Spigelius, istam febrem ad hemitritæum retulisset.

Fomite tuæ febris hæsisse in ventriculo & vicinis locis, innotescit ex oris amarore *καρδιαλγία*, immenso æstu, dum ex inferiori ventre, circa regionem fundi ventriculi, tam acres, tam fervidos vapores elevari sensisti, quasi ab igni subtus exardescente, qui ad os stomachi pertingentes, sua acrimonia & malignitate irritantes ac vellicantes, deplorandum illud symptoma, singultum concitarunt.

Quin cuncta illa symptomata fue-

rint pronata à putredine & effervescencia pituitosorum & biliosorum humorum, his prævalentibus, excreta *αίμα & χόλη*, abundè demonstrant.

Succi illi vitiosi suam nacti generationem, pituitosi quidem ab indigestione ventriculi, biliosi autem ab epatis *δυσχερσία* calidiore, qui & copia & crassitie venenoso generi inculcati, ob *ἀδιαπνευσία* ac prohibitam eventationem, putrescentes, & effervescentes, febrem illam, & concomitantia symptomata, prodixerunt.

Priusquam autem recedam ad medendirationem, tibi haud ingratum fore, autumo, si ob oculos constitutam, solo Hippocrate Judice ac Dictatore, à quàm periculosa febre, stipata variis & pœnè lethalibus symptomatis, cum singulari *ιτυρία*, annuente supremo Æsculapio, evaseris.

Primo namque Hippocrates lib. 4. aph. 43. Quibus circa dentes quidam lentores nascuntur, iis fortes fiunt febres: Ratio est in promptu, quod in eorum cerebro, vel ventriculo, cruda redundet pituita, à qua, superveniente calore, sublatis vaporibus, lentorem contrahunt, quo velut glutine dentes oblitati.

Si albo squalore obsideantur, febris diurnitatem (cum pituita, prout difficulter flammam concipit, ita conceptam diutius retinet)

fin nigro, mortem portendere Heurnius asserit: adstipulatur Mindererus, & lethale signum lentores dentium, præsertim si nigrescant, pronunciat, paucos se vidisse qui evaserint.

Secundo Lib. 4. aph. 65. In febribus circa ventriculum & fortis æstus, & cordis morfus, malum: Arguit enim *ανάρομλὸν* ac regurgitationem materiæ biliosæ acerrimæ in ventriculum, ei calamitatem afferentis, quæ ob resolutionem fundi, in ejus tunicis fluctuat, & à calore non naturali, concepta flamma, exardescit, sua acrimonia infestat, cibaria assumpta depravat, & synco-
pen concitat.

Tertio Lib. 4. aph. 13. Febres quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiunt ac ingravescunt, magis periculosa. Exin *τιμῆριον* capiendum, tales febres provenire ab humoris biliosi corruptione, tertiana periodum æmulantis: hinc *καρδιαλγία, καῦμα* & singultus causantur.

Quarto Lib. 2. aph. 1. In quo morbo somnus laborem facit, mortale: Si verò juvat, non mortale. Videtur planè funestum, si à somno nullum emolumentum, sed insuper damnum expectandum; quales vapores ad cerebrum elevati, talis erit & somni conditio. Si *ἀναθυμώσεις* evaporationes benignæ, instar roris, principium nervorum oblinant,

sensum communem vinciant, & cerebri rectè dispositum, naturalis ac placidus somnus obrepit & Naturam reficit:

Sin vapores copia, qualitate & consistentia vitiosi, & cerebrum malè affectum, somnus lædit, dum ingravescunt symptomata, remanente materia invicta, cujus coctio ac resolutio, à calore nativo, revocato per somnum, à circumferentia ad centrum, expectabatur. Cum tertia hebdomade tuæ febris, remissiora symptomata apparerent, & spes salutis affulgeret, circa vesperam somnus obrepit, per bihorium durans, ubi excitatus, tanta virium omnium resolutio obvenit, ut in lecto decumbens, de totali virium prostratione quiritans, planè desperares animum, de iis recuperandis, & sanè omni adhibita industria, vix ullò labore, Natura se recolligere potuit: An non id tùm pro malo augurio erat reputandum. Quin illa imbecillitas causata, à malignitate humorum, quos si calor innatus fortior, per somnum revocatus, concoxisset & superasset, at cum debilior, succubuit, validis opus erat machinis, ad erigendum & sustentandum.

V. Quidni & singultum in isthac febre, periculosum esse symptoma, si non prorsus lethale, ut Felix Platerus Professor Basil. profiteri non dubitet, eum esse prodromum

mortis, plerosque defunctos. Hisce præsuppositis, quis negare aufit, te, astite gratia divina, beneficio Naturæ & artis, è faucibus orci subtractum, jam pristina restitutum libertati.

Jam dispiciendum, qualis mendi processu institutus. Ad hostem tam infestum eliminandum, fretus conjectura haud vana, mineram illius febris contineri in ventriculo, id deprehendens ex oris amarore, singultu contumaci, ratus illam materiam, nullo alio medio commodius removeri posse, quam per aliquod emeticum, at cum vires haud validæ, lene tantum vomitorium experiri placuit, exhibendo ol. amygd. dul. ℥. 3. cum jus. Gallinæ, & vix quadrantis horæ spacio post, lingua digito validè depresso, vomitus provocatus, felici successu, materia biliosa excreta copioso phlegmate mixta cum non parvo levamine & citra ullam virium jacturam. Cum tantum exin relevamen, id bis reiteratum, semper succedente materia flava biliosa & etiam viridi admodum amara, exin calores intensi, remissiores facti, & singultus benigniorem se exhibuit, rarius exagitant, & Naturæ inducias permittens, quo se recolligere valeat.

Potiorē tuæ salutis partem acceptam referrem huic emetico, cuius beneficio, excrementitii illi hu-

mores, mercurialem & nitro sulphuream qualitatem repræsentantes, tam gravium symptomatum aucthores, & fomentum ac pabulum febris, ceu oleum igni affusum, subministrantes in tanta copia rejecti, qui nî per vomitum evocati, quin Natura à singultu & æstu pessundata, ipsa ratio distitit. Fomite illo amandato, leviora symptomata visa, ut postmodum alterantia, obstaculo isto dimoto, residuam calidam intemperiem, commodius restringere, & Natura febriles reliquias, minori negotio concoquere & superare quierit, victrices tandem manus efferens. A purgantibus per os consultò abstinui, præsertim cum tua Natura admodum difficilis alvi, ut à validiore etiam pharmaco, vix bini secessus expectandi, si benigniora ingesta, camarina fuisset mota, sed non dimota sin fortiora exhibita, viribus debilitatis, majorem noxam intulissent, quo minus post Natura morbo debellando sufficiens. Exin videbatur consultius, per clysmata purgantia & simul refrigerantia, Naturæ succurrere. Sequens aliquoties, per intervalla, fuit injectum. ℞. Fol. mal. viol. beræ, acet. mercur. an. m. j. hord. mundi. m. ℞. fl. viol. p. 2. dec. ad med. col. ℞. ℥. x. diss. El. diacath. lenit. a. ℥. vj. ol. viol. ℥. 3. mell. viol. ℥. j. vit. j. o. Sal. parum f. cl. Exin materia biliosa acerrima & ferventissima, per intestinorum

tunicas delata, mordicans & urens, excreta. Tertia septimana æstu per-severante, hoc clyisma domi præparatum, ad parcendum sumptibus.
 ℞. hord. mundi. m. ℞. fol. mal. acet. a. m. j. fl. viol. ℥℞. prunor. x. fol. sen. f. f. ℥℞. sem. anisi. ℥ij. dec. ad med. col. ℞. ℥x. diss. ol. amyg. dul. ℥2. vel ol. amyg. dul. & viol. a. ℥i. mell. de-spum. ℥℞. vit. j. o. sal. parum f. cl.

Eo per duas horas retento copia vitiosorum humorum rejecta, quasi croco infectorum, cum spectantium admiratione. Id clyisma tanto-perè à teipso tum est celebratum, ut ejus ingredientia, tabulæ inscripta, eaque in templo aliquo primario ut suspendatur, digna, ceu *μνημόσυνοι* tam præclari effectus, non semel dictitans. Id clyisma adhuc bis reiteratum, consimili evacuata materia, postrema vice, etiam per vomitum rejecta materia crocea amara, cui successit vitriolata, acutissimi aceti qualitatem præferens, ad nigrorem vergens, (atra hæud dubiè bilis) palatum pœnè erodens, cum *ἀνοξία* & symptomatum remissione.

Corpore à spurcie erementitiorum humorum depurato, descendendi ad alterantia, putredini & malignitati resistentia. Ab hydroticis & usu lapidis Bezoartici abstinui, cum ipsa experientia documento, complures, etsi lapis ille sæpius, etiam in majori dosi ingestus, dum scopus infringere malignitatem, in

cymbam charontis ablegatos. Hæud renuo, sed ipse etiam usurpo, si febres malignæ obtigerint curanda, ex corruptione ac ebullitione humorum serosorum profectæ, tum hydrotica Bezoartica cenleo proficua, ut qui facili nisi per cutis poros erumpant; at si ejusmodi febres (qualis tua) suam *ὕψηλον* habeant in putredine ac effervescentia pituitosorum, inprimis autem biliosorum humorum, qui nî prius eliminentur, non video ullam rationem, qua fretus, judicare queam, hydrotica fructuosa, quin ab eorum usu, resolutis tenuioribus partibus, relictis autem crassioribus, magis lentescant, quo minus post evacuari possint & ab arte, & à Natura.

Restitante illa cacochymia, oleum & operam perdimus, si magnam in illis fiduciam collocamus. Imò asseverare ausim, complures ægros consimilibus febribus, (intelligo ardentiores à crassis pituitosis & biliosis humoribus putrescentibus succensas,) crebriore usu hydroticorum, extinctos, dum Natura, cujus officium, vitiosos humores concoquere, ac mitigare, postmodum separare à bonis, tandem excernere, impediretur autem à sua critica expulsiōne, dum illos per hydrotica magis lentescentes & contumaciter adherentes, amoliri nequit. Exin fieri aliter non potest, quin succumbat, & ægros cum suo sterqui-

sterquilinio, morti abripiendos committat. Ad æstum contemperandum. ℞. aq. End. cich. acet. an. ℥i. syr. acid. citri. ℥℞. sp. vitr. g. 3. M. Alias ℞. aq. End. fragorum. an. ℥2. tro. d. nitro præp. Di℞. syr. viol. simp. ℥iij. M. ab hujus usu excretio biliola per alvum secuta.

Quin & non parum contulit tinctura Rosarum ita præp. ℞. aq. End. ℞. j. acetosell. Ros. an. ℞. ℞. flor. ros. rub. ℥℞. sp. vitr. rectific. ℥℞. infund. tep. in vase vitreo per h. x. col. adde Jul. Ros. ℥2. M. de qua bis in die haustus oblati, ad refrigerium, roborandum & malignitati resistendum, valde accommodata, colore oculis accepta, odore & sapore Naturæ amica. Hora somni exhibita ista emulsio. ℞. anyg. dul. exc. ℥iij. 4. sem. fr. ma. an. ℥ij. pap. al. ℥j. aq. acet. ℥2. bor. ℥i. f. Emuls. cui ad. syr. viol. f. ℥℞. è suc. pap. errat. manus Chr. perl. a. ℥ij. M. Eam semel tantum assumpsisti, reiterare detrectans, licet aliis visâ suavissima, tibi verò velut ægro delicato, aut gustatu corrupto dotato, erat adversa. Pro potu ordinatum dec. c. c. v. præp. cum infus. pulpæ citri & sacch. dulcor. Etiam huc syr. cum dec. c. c. v. contemperatus. ℞. syr. acid. citri, è succo viol. an. ℥2. sp. vitr. g. vj. M. qui ab omnibus astantibus ob coloris elegantiam, odoris suaveolentiam, & saporis jucunditatem, valde dilaudatus, tibi verò non tam gratus.

Cum nactus stomachum fastidientem & varietate gaudentem. ℞. Jul. Ros. syr. ac. citr. an. ℥2. sp. vitr. g. vj. aq. cinnamo. ℥iij. M. cum dec. c. c. v. præp.

Et si symptomata exin valde remissa, febris tamen adeò erat contumax, ut in 4. septimanam perduraret, calore non naturali, siti, sorditie oris, residuis, ad reliquias totaliter extirpandas, sacculus ordinatus infundendus in mensura dec. juris Gallinæ macræ. ℞. R. cich. polyp. q. rec. an. ℥℞. Garyo. ℥iij. herb. card. b. cent. min. adiant. utr. farf. chamædr. cuse. a. p. j. fol. sen. f. f. ℥x. ag. rec. tro. ℥ij. Rhab. El. ℥℞. ciña. ℥j. ℞. sem. anisi. Di℞. f. sac. de quo per tres matutinas, alternis diebus, calidus haustus oblati. Primo haustu absorpto, sursum & deorsum evacuat, καθάρματα biliola dejecta, per os autem materia tenax, & acerrima ac amarulenta excreta, cum ἐνδοξία, viribus redintegratis, placidam noctem duxisti, qua etiam sudor totius corporis (qui erat admodum salsus, pruritus molestus concitans) erupit, per aliquot dies continuando, exin febris prefuga, ergastulum tum reliquit.

Cum necdum cessaret sitis, salivatio, ἀνορέξια, ἐμπύρεσμα latitans, cum urina sâc ignea & biliola. Ad intemperiem calidiorem penitus tollendam & φλεγμωσίων contemperandam, succurrit decoctum Rad.

cichor. recentis ex jus. Gallinæ maræ præp. cujus cyathus calidus per aliquot matutinas assumptus, & sane prospero eventu, cum exin tri-
dui spacio, sudoris effluviū desierit, calor febrilis ex toto recesserit, appetitus post liminio reversus, sitis ablegata, & urina ad laudabilem subaureolum colorem redacta. Pro potu tum ordinatum dec. hord. cum pass. & mod. cinnamo. & ita cunctis symptomatis ultimum vale dictum.

Cum igitur corpus tuum tam cacochymum, ventriculus & tota alvina regio, pituitosis & biliosis humoribus referta, serosis autem & falsis in toto venoso genere exundantibus, haud magnoperè mirandum, quod febris illa tam refractaria, nobis tam multum facessens negotii, opinione nostra, longius protracta dum debellata.

Verè Hippocr. lib. 2. aph. 9. Impura corpora, quo plus nutries, eò magis lædes: haud sine ratione: pro-
ut enim parum fermenti, totam massam inficit: ita omnia assumpta, à nitrosis humoribus corrumpuntur, & abeunt in noxam. Et si corpus tuum sapius evacuatum, tamen ob resitantem *κακοπεγνίαν* viscerum, subinde nova, ab ingestis, pululabat materia, quæ febrim fomitem subministrabat. Accedit, quod Natura tua ita disposita, ut respuat ea, quæ alii plenis buccis haurirent,

animo libenti, proin non in omnibus, debitum præstitum obsequium.

Coronidis loco, haud abs re, revocare tibi in memoriam ea, quæ Galenus lib. 1. comm. Hippocr. de morb. vulg. 2. sat concinnè tradit: Tria esse in quibus, & per quæ, cura perficiatur, morbum, Medicum & ægrotum: Pagnare inter se Medicum & morbum, illius studium morbum evertere, hujus autem propositum, ne sit inferior. Ægrum, si Medico sit audiens & imperata faciat, huic socium fieri, in certamine illo, morbo autem hostem. Sin æger à Medico desierit, ac ea, quæ morbus dictat, exequatur, duobus nominibus Medico facere injuriam, uno quidem, quod eum destituat solum, altero, quod duos hostes faciat, qui erat ante unus. Num & mihi justa de te querela, (cum tua gratia ac venia) quod me sat strenuè febrim tuam adorientem, ac dimicantem, non raro solum reliquisti, bebitalam in assumendis remediis, haud præstans obedientiam, etiam suavissima averfando, & ita morbo adjutorium accessit, mihi verò remora objecta, quod minus progredi, & tardius ad metam optatam, pertingere licitum. Sed in hoc cum febrim tua finio, eamque ad Garamantos usque relegatam cupio. Omnipotenti sit laus in ævum, qui febrim tuam frenum injecit, & abduxit, ac-

com-

commodata suggerens praesidia. Hæc exaranda duxi amica manu, in febris tuæ, & mei monumentum.

Casum illum paulò prolixius deducendum operæ precium sum ar-

bitratus, cum mihi sermo literarius cum Medico, ut exin constaret, quibus fundamentis innixus, in *Agryvōd* & *Agryvōd*, & quibus cautelis fretus in *Agryvōd*.

OBSERVAT. II.

Censura de lapide Bezoartico, in febris inprimis continuis, usurpando.

CUM Medici de usu lapidis Bezoartici in febris continuis, valdè discrepantes, quidam celebrare, alii elevare soliti, haud abs re meam sententiam, (salva cæterorum) interponere. Ego hanc adhibendam distinctionem existimarem, ut si febres verè malignæ, quarum

ἄνωγες consistat, in corruptione serosorum humorum, qui per hydrotica facilius eliduntur, & non adfit magna cacochymia, quin infringendo malignitatem & materiam morbificam resolvendo & per sudorem discutiendo, multum conferat, haud ambigo: sin verò magna adfit vitiosorum humorum crassiorum, ut pituitosorum & biliosorum colluvies, rationi consonum, parum spei in illo locandum, quin agitando plus obsit, quam prosit per sudorem propulsando. Nè ab usu alexiteriorum sat largus sudor succedaneus, ut virulenta materia una discutiat, parum opis sperandum. Hoc autem de lapide Bezoartico expe-

rientia cognitum, plerunque udo-rem, non sudorem evocari, serosis humiditatibus in superficie ac circumferentia corporis subsistentibus, eliminatis, relicto centrali veneno, in intimis penetralibus hærente, & resolutioni resistente.

Succurrit mihi casus notatu dignus cujusdam Viri Ulm. primarii & opulenti, qui febrì semitertiana correptus, cui Medicus sæpius Bezoaris gr. xv. obtulit, ea spe fretus, quin tanta dosi, velut potentiori manu, *via Cusa* ac fomentum febrile resolvendum, sed irritò conatu, cum tertia demum septimana æger ille è vivis sublatus: nec mirandum, cum febris illa sit composita ex continua quotidiana & tertiana intermittente, & ita mixti pituitosi & bilioli exorbitent humores, ut per hydrotica averuncari nequeant, quin resolutis tenuioribus partibus, crassiores subsistant & magis lentescant, quò minus post à Natura, per convenientes vias, expelli queant. Cum aliàs

regu-

regula medica, si lap. Bezoartici usus debeat esse proficuus, cum non exhibendum, nisi prius corpore evacuato. In eo magnus committitur error, dum in omnibus febribus continuis, non ponderatis ullis circumstantiis, porrigitur, quid miri, si sapius cum detrimento. Ego rarius illum solitarium præscribo, nisi infantibus & personis delicatis, alia respuentibus, cum experientia mihi cognita, illius usu in debellandis febribus malignis, sapius frustra, præsentaneum auxilium attulisse alia alexiteria, imprimis autem pulv. rubrum Pannon. & species de hyacintho, prout in subsequenti- bus meis observationibus, luculenta obvia exempla. Recidit mihi in memoriam, me olim à Dn. D. Horstio collega meo honorando, audivisse, sibi à quodam Medico castrensi, magni illius Herois, & Bellatoris fortunatissimi Bernhardi, Ducis Vinarientis ordinario, perscriptum, se in abigendis febribus malignis, inter milites grassantibus, nullum præcellentius deprehendisse præsidium, quam species de hyacintho, ut ferme nullus mortuus, cui exhibitæ.

Et sanè, si quis sanæ mentis, merito cõsimilibus alexipharmacis plus fidendum, quam Bezoari solitario. Cũ inter authores magna cõtentio utrum in officinis genuinius extet, & Franciscus Vallesius Hispanus, Philippi II. Regis Archiater, è centenis

vix decem legitimos esse, asseverare non dubitet. His fidem conciliant Scriptores de rebus Indicis, quod lapides illi vel in ipsa India rariore, quin subditis severè, magna constituta pœna, injunctum, si quos acquisierint traderent ipsi Regi, qui ipsos inter sua *καμήλαια* asseverare, & iis tantum donare solitus, quos benevolentia & gratia complectitur singulari.

Cum autem plures Materialistæ in Europa comperiantur, quorum singuli plures lapides possideant, quam in universa India inveniantur, ex tanta copia facile apparet, plerosque adulterinos, proin valdè periculosum, in morbo ancipiti, dubiæ illorum fidei, se committere, quin tutius ac consultius, ea alexiteria usurpare, quorum efficacia, per multa secula cognita ac comperta. Et si vero certò constaret, lapidem Bezoarticum in ipsa India, ex capreolorum receptaculo exemptum, ut planè nulla adulterii suspicio, sed fides indubia, esse genuinum, nõ tamen exin de effectu, & virtute alexiteria, apodicticum capiendum argumentum. Non enim omnium caprarum lapides efficaces, in morbis propulsandis, sed illarum tantum, quæ partum quærunt in locis montanis, & herbis ibi provenientibus, vim antidotalem habentibus, vescuntur: si in locis planis, campestribus & graminosas victum colligant, exper-

expertes virium existimantur. Exin Perfici præferuntur, quod ibi radices contrariæ, vim peculiarem contra venena habentes in copia succresant, & in in partum cedant.

Cum igitur tanta sit incertitudo, quinam legitimus & facultate alexiteria instructus, proh Deum immortalem, quis turò illi fidere & ægris de vita ob morbos exitium minitantes, periclitantibus, porrigere aufit: Nisi quispiam ad manum, cujus per experientiam, sit explorata virtus. Sæpius in animo meo suborta est admiratio, tam preciosa quibusdam Medicis adeò familiaria, ut ea etiam obtrudant vilioris conditionis ægris, cum paucorum abhinc annorum intercapedine, quidam civis Ulm. ex ordine mechanico, sed cui honestæ obvenerant facultates, febre continua decubisset, quidam Medicus, decem dierum spacio, ipsi talia medicamenta præscripsit, ut sexaginta florenorum precium superarint.

Decem haustus sudoriferos as-

sumpsit, quorum singuli constabant tribus florenis, qui soli conficiebant R. 30. lapide Bezoartico in sat largi dosi oblato, insuper ordinata emulsione amygd. dulcium cum magisterio Perlarum, cujus libra una, seu quarta mensuræ pars, fl. v. constabat.

An hoc non censendum, margaritas porcis obijcere conculcandas. Proh Deum immortalem, quot in orbe Magnates, Principes, ne dicant etiam Reges, quibus consimilibus febribus obsessis, vix talia pharmaca usurpanda ordinata, ut sumptus tantum decem dierum intervallo, sexaginta florenos excederent.

An non etiam illa expensâ supervacua æstimanda, cum multa millia hominum, exigui valoris remediis, ab illis febribus liberi ac immunes redditi, majori felicitate, quam si solus Bezoar ingestus, prout illustria exempla, in meis observationibus obvia, contestantur. Hæc admonitionis loco inferenda duxi.

OBSERVAT. III.

De febre continua cum interiori abdominis frigore incipiens, cum tussi & dolore capitis,

CUM Illustris ac Generosus Dn. Comes ab Heditz ex Moravia oriundus in militiam Profectus, Cæsari suam locans operam, ex Al-

satia rediens, Ulmæ ad Coronam divertisset, & ægrotare cœpisset, ego accersitus, offendi ipsum conquerentem, de ingenti totius abdomi-

C

R. S.

nis, interiori frigore, summoperè molestante, ratus esse prodromum febris malignæ, ob corruptos vapores, ad eos discutendos, ilicò ordina-
vi.

Ol. still. carvi, cusus gut. v. cum
2. cochl. jusc. Gall. cal.

Exhibui, brevî post algor ille remisit. Ad alvinam regionem depurandam & vitrosos humores ex bile & pituita mixtos eliminandos, præscripsi hunc Bolum, cum eam formam appeteret.

℞. El. d. Tamarind. cum fol. fen.
ʒʒ. magist. Jal. ʒʒ. Ess. scam. gr. vi. M

Ultra x. secessus secuti, cum in-
feris & magno levamine. Cum calores non naturales observati, febris continuæ indices, sequenti matutina oblata portio alexiteria hydrotica, desuper sudaret in lecto probè opertus.

℞. Pul. rubr. Pann. ʒj. lap. Bezo.
ori. gr. 7. aq. card. b. ʒi. bor. ʒʒ. M.

Postea per tres matutinas assump-
psit.

℞. Lap. Bez. gr. 7. solut. marg. gr.
vi. aq. bor. ʒi. scurzon. ʒvj. M.

Tam felici successu, intra octi-
dium ita se recollegit, ut Equo li-
gneo vectus, per Danubium in Pa-
triam descenderit.

Pro confortatione.

℞. Aq. bor. bugl. a. ʒiʒ. cerat. nig.

acetos. a. ʒi. Ros. cinnam. a. ʒvj. marg.
præp. ʒj. Bezo. ox. gr. vj. man. Chr.
perl. ʒvj. M.

Emulsio ad corroborandum.

℞. Amygd. dul. exc. ʒvj. sem. me-
lon. exc. ʒʒ. aq. acer. cerof. bor. a. ʒ. ʒ.
Ros. ʒvj. f. Emuls. ad. magist. coral.
& marg. a. ʒj. sac. cand. al. ʒʒ. M.

Contra tussim molestam.

℞. Aq. scab. ʒ. ʒ. veronic. tussil. a.
ʒ2. card. b. borag. a. ʒi. sac. cand. alb.
ʒvj. M.

Pro dolore capitis mitigando.

℞. Aq. ros. plant. melil. an. ʒ2.
nucl. Persic. ʒiij. sem. pap. al. ʒij. f.
Emuls. cui ad. aceti fl. Pap. ʒj. M. pro
epithem.

Pro poru ordinatum.

℞. Sem. cori. præp. ʒij. liquir. ras.
ʒiij. sem. anisi. ʒʒ. cinnam. ʒij. dec.
in aq. mens. 2ʒ. aliquot ebullition.

Eo delectatus, ut aliquot mensu-
ras secum sumpserit. Interdum ex
isto Syr. coch. j. cum aq. in qua pa-
nis tostus, præmacer. vitrum hausit.

℞. Syr. acid. citri, è suc. viol. a. ʒ2.
sp. vitr. gr. vj. M.

Omnia erant ad Ill. ægri Pala-
tum ita accommodata, ut ei grata,
restitutus mihi valedicenti, gratias
egit, felicem operam medicam de-
prædicando, & liberali manu remu-
nerando.

OBSERVAT. IV.

De febre continua cum seſſa Paraphrenesi.

Cum ante annos 56. in Ducatu superioris Styriae, Illustrium Procerum Medicus ordinarius constitutus, primo praeseos meae anno, evocatus in pagum *Scheiffling* / ad Ill. ac Generosum Dn. Dn. Baronem, Victorem de *Windischgrätz* / febre continua sat ardente decumbentem, superveniente Paraphrenesi tam gravi, ut in lecto contineri nequirit, quin vestibus indutus, ex conclavi proflire totis viribus anniteretur, tanta ferocia, ut duo ministri, vix pares ad compescendum.

Urina emicta furfuracea cum punctis oleaginis *alpeus*, confertim profluentibus, id argumento a calore igneo, Renum pinguedinem liquefieri,

Cum alia medicamenta tum non ad manum, praeter species liberantis, earum (praemisso clysinate) ʒj. bis cum aq. acetosae exhibui. Pro potu, ordinatum dec. hord. cum pass. & syr. acyd. citri contemper. Cum aq. acetosae aliquot mensurae in promptu, in arce praecedente aestate. in usum ac commodum subditorum, destillatae, quin & illius felici Fato, inopinato ei etiam fuere salutis. Quotidie 2. 3. vitra cum syr. acid. citri oblata, continuando, dum calores febriles extincti. Quod a tam seſsa ac periculosa febre liber ac immunis evasit, primas tribuo aq. acetosae, quae & alterando, & malignitati resistendo, suo merito, principatum obtinet,

OBSERVAT. V.

De febre continua cum prunella, motu tremulo exteriorum membrorum & magno virium languore.

Cum Ill. ac Generosus Dn. Dn. Adamus de *Greyberg in Nischstätten* / febre continua maligna laboraret, lingua sordida, motu tremulo exteriorum partium, & magna virium imbecillitate, ante meum adventum, alterius Medici opera usus, sed frustranea.

A me ordinatum, corpore prius evacuato.

R. Pul. rub. Pann. ʒij. lap. Bez. ori. gr. 4. aq. acet. card. b. an. ʒiʒ. syr. acid. citr. ʒʒ. M.

Desuper obiectus sudavit, bis repetitum.

Ad linguam & fauces emundandas,

C 2

das,

das. ℞. Aq. prunell. ℥4. plant. acet.
an. ℥2. vermicul. ℥1. sp. vitr. gut. x.
diamor. ℥i. M. Pro Garg. Post usum
istius, fauces illitæ. ℞. Diamor. ℥j.
mell. ros. ℥℥. syr. viol. f. ℥iij. sp. vitr.
g. vi. M.

Pro potu, in mens. iij. aq. font. duo
poma citria excor. in taleolas te-
nues secta, injecta, & cum f. q. sacch.
fini duleor. Istum potum (cum à
priori Medico dec. hordei cum pass.
tantum præscriptū haud acceptum)
valdè deprecabat & me commen-
dabat, etiam præfente Ill. Dn. Fug-
geri affinis, dictitans, se habere pru-
dentem Medicum, qui sibi ordina-
rit præcellentia cordialia, si biben-
dum, se magno desiderio ac gaudio,
aquam illam haurire, & exin confortationem ac refectio-
nem virium sentire.

Cum apud Ill. ægrum per 8. dies
hæsissem, & negotiorum causa do-
mum reversus essem, tum sympto-
mata visa remissiora, motus tremu-
lus abierat, ut solus, sine aliorum su-
stentaculo, è lecto surgere & ince-
dere potuerit, & urina naturali simi-
lis appareret, & spes affulgeret salu-
tis. Quamvis soli loto haud fiden-
dum, quod multoties Medicos in-
cautos fallit, qui conspicientes uri-
nam naturali haud disparem, pro
felici augurio reputantes, optimam
spem concipiunt & etiam faciunt
astantibus, de indubia ægrorum re-
valescentia, cum tamen sæpius con-

tingat, ut intra dies paucos ad Majo-
res abeant. Ego verò non ex solius
urinæ inspectione, sed in simul gra-
viorum symptomatum remissione,
& virium recuperatione, (dum so-
lus ingredi posset, cum antea nullum
membrum dimovere quierit & tre-
mor recesserit) colligebam fore, ut
convalescat. Sed à meo discessu, ab
aliis, etiam empyricis, tractatus, ter-
tia demum septimana, expiravit.

Cum ab illius obitu, ad Nobiliss.
Dn. Philippum Carolum de Wel-
den / Laphentium evocatus, quidam
referebant, Generosum illum, varia
medicamentorum ingestione, ob-
rutum & perditum; se non dubita-
re, quin *salvus ac incolumis* evaserit,
si meo tantum consilio paruis-
sent ministrantes. Consultius negotium
non rarò soli Naturæ committere,
quàm immatura Medicina pericu-
lum accersere. Usus etiam erat in-
stinctu aliorum, cujusdam tonforis
castrensis opera, qui ad abigendam
prunellam (cum tamen Gargaris-
mus à me præscriptus multò com-
modior) albumine ovi conquassato
cum aqua fontis, commixto sale am-
moniaci, fauces singulis horis non
tantum eluebat, sed & 1. 2. cochl. de-
glutienda imperabat. Etsi id inno-
xium in prunella albicante, ad ab-
stergendum lentorem, si fauces tan-
tum elotæ: sed mirò, assumere ex
ammoniaco crudo & pulverisato
constantia, quàm sit damnosum,
Medi-

Medicis est probè notum, cum haud bra illius ingestione, mors per fau-
expers venenositatis. Quin ex cre- ces, unà irrepsit, haud ambigo.

OBSERVAT. VI.

Ill. ac Generosus Juvenis N. Baro
à Spangstein/ann. 15, febrì con-
tinua detentus; primo paroxysmo
fat gravi, ut periclitari iudicatus, à
Dn. Matre, antè meum accessum
erat purgatus: exin præscripsi.

℞. Pul. rub. Pan. Ipec. d. Hyac. an.
ʒj. lap. Bezo. ori. gr. vi. syr. ac. citr.
ʒʒ. aq. acet. card. b. an. ʒʒ. M.

Affatim sudavit: altera matutina
reiteratum, cum symptomatum re-
missione.

Pro potu dec. c. c. v. præp. infusa
pulpa citri, cum sac. dulcor. Inter-
dum hoc syr. mixto.

℞. Syr. ac. citr. ʒʒ. Rib. berb. an.
ʒi. sp. vitr. g. vi. M.

Ad vires restaurandas.

℞. Aq. aq. bor. bugl. an. ʒʒ. ceraf.
n. acet. a. ʒʒ. Ros. cinnam. a. ʒvi.
marg. præp. ʒj. Bezo. ori. gr. vj. man.
Chr. perl. ʒij. M. ℞. Amyg. dul. exc.
ʒʒ. 4. sem. fr. ma. a. ʒij. sem. pap. al.
ʒj. aq. ceraf. acet. a. ʒiij. bor. ʒʒ. Ros.
ʒj. f. Emulsio, cui ad coral. rub.
marg. præp. a. ʒj. sac. candi alb. ʒiij.
M.

Fuit & hoc clystima apl.

℞. Herb. malv. alth. viol. mer-
cur. acet. a. m. j. hord. m. ʒ. fl. chamo.
melil. a. p. j. dec. ad mèd. col. ʒ. x. dil.
El. diacath. lenit. a. ʒʒ. ol. amygd.
dul. ʒʒ. viol. ʒj. mel. viol. ʒvi. vit. i. o.
sal. par. f. cl. Omnia ad nutum.

OBSERVAT. VII.

*De febre continua à venæ sectione invadente, cum angustia
pectoris & tussi, comite prunella & dol. cap.*

Rever. & Celebratis. Theologus
Dn. D. Cunradus Theodoricus,
Superintendens Ulmenſis, 60. ann.
corpore *εὐραχῆ* dotatus, complexio-
nis sanguineæ, statura fat grandi, fa-
cie rubicanda, febre continua tenta-
tus, licet antè quadriduum, alterius
Medici consilio, venæsectio admini-
strata & corpus expurgatum, eo fi-
ne, ut ab illa bellua intactus perma-

nerè & præservari possèt, sed spe in-
ani: exin & mea requisita opera,
cum prævia venæ apertio & evacua-
tio infructuosa, tum ad alexiteria me
contuli.

℞. Pul. rubr. Pan. ʒij. Bezo. ori.
gr. vi. syr. acid. citr. ʒʒ. aq. card. b. ʒʒ.
acet. ʒʒ. M.

Cum expeteret minorem dosin,
sequenti matutina,

C 3

℞.

℞. Pul. rub. Pann. ʒβ. Bezo. or.
gr. vi. magist. margat. gr. v. cum. aq.
card. b. acet bor. a. ʒβ.

Contra angustiam pectoris &
tussim molestant.

℞. Aq. scab. ʒ3. tussil. ʒ2. veron.
card. b. bor. a. ʒj. lac. candi al. ʒvi. M.
Id commendavit, profuisse.

Pro dolore capitis demulcendo.

℞. Aq. plant. Ros. d. melil. a. ʒ2.
nucl. ceral. ʒβ. sem. pap. al. ʒij. f.
Emuls. cui ad. acet. fl. pap. errat. ʒiij.
M. pro epithem.

Ad sordidam linguam & fauces
denigratas,

℞. Aq. prunell. ʒ3. plant. acet.
fragorum. a. ʒ2. diamor. ʒvi. al. vitr.
gut. vi. M.

Pro Garg. à cuius usu, illinantur.

℞. Diamor. ʒi. syr. viol. f. ʒvi. sp.
vitr. g. vi. M.

Ad materiam biliosam per alvum
revellendam.

℞. Herb. mal. alth. viol. mer. acet.
betæ, hord. a. m. β. fl. chamo. mel. a.
p. i. sem. anisi. ʒj. dec. ad med. In col.
ʒx. dif. El. diacath. lenit. a. ʒvj. ol.
viol. amygd. dul. a. ʒiβ. mel. viol. ʒvj.
vit. i. o. sal. par. f. cl.

Aqua etiam cordialis ordinata.

℞. Aq. bor. bugl. a. ʒiβ. ceras. n.
acet. a. ʒi. Ros. cinnam. a. ʒvi. marg.
præp. ʒj. Bezo. or. gr. vi. man. Chr.
perl. ʒβ. M.

Pro potu: Dec. c. c. v. præp. cum
pulpa citri incis. & succ. dulcor. In-
terdum hic syr. commixtus. ℞. Syr.
ac. citr. ʒ2. Rib. berb. a. ʒj. M.

Pro corrobor. ℞. Conf. Ros.
sylv. bor. viol. pulp. citri. a. ʒij. Rad.
cich. cort. citri cond. a. ʒiij. M.

Ista cura feliciter peracta, mihi gra-
tiam ac benevolentiam conciliabat.

OBSERVAT. VIII.

Cum Nobilis Eques ex Alfatia o-
riundus Ulmæ ex febre continua
decumberet, magnos æstus circa re-
gionem ventriculi sentiret, cum do-
lore capitis, à paraphrenesi sibi me-
tuens. Alia medicamenta purgan-
tia, præter clysmata, admittere re-
cusabat:

℞. Herb. malv. alth. mer. viol.
acet. a. ʒi. j. hord. m. β. fol. fen. f. f. ʒiij.
fl. viol. ʒij. fl. chamo. p. j. sem. anisi.
ʒj. dec. ad med. In col. ʒx. dif. El. dia-
cath. ʒi. cass. pro clyf. ʒβ. ol. amyg.

dul. viol. a. ʒiβ. mel. viol. ʒi. vit. j. o.
sal. parum f. cl. Ter reiteratum per
inrervalla.

Ad fervorem restinguendum, al-
terationis gratia, exhib.

℞. Syr. acid. citr. è succo acetosel-
læ. a. ʒβ. tro. d. nitro præp. ʒiβ. aq.
acetos. ʒ2. cich. End. a. ʒvj. M.

Interdum etiam haustus oblatus
ex tinctura rosarum superius in pri-
ma observatione descripta.

Pro potu usus:

Dec. c. c. v. præp. cum seq. syr.

℞. Syr.

Z. Syr. ac. citr. è succo viol. a. \bar{z} lib. riam, appellabat potum regium. In-
 sp. vitr. gut. v. M. tra octiduum restitutus.
 Ob suavitatem & coloris elegan-

OBSERVAT. IX.

*De febre continua cum comate vigili, ab alio Medico
 pro desperata habita, curata.*

DN. Tobias Neubrunnerus, Mercatar Ulm, opulentis. excedens ann. 60. agrotare incipiens primo usus consilio Senioris Medici, cum nihil proficeret, & indices graviora ingruerent symptomata, ut ille de salute ægri penitus desperavit, nullam amplius spem in humanis præfidiis locandam, dictitans, Uxor & duo filii conjugati, solliciti de recuperanda valetudine, cum me passim, ob felicem februm continuarum medelam, celebrari cognovissent, & ego in consilium adhibitus. Cum convenissemus, ille prior casum denarrare cæpit, & quibus remediis occursum. Ex illius relatione mihi facile innotuit, quod in cognitione & curatione morbi multum exorbitavit. Etenim ægrum tractabat pro comatoso, morbum esse coma vigil, cerebro primario seu per Essentiam affecto, in ipsius ventriculis, materia pituitosa & biliosa putrescente, eò medendi rationem direxit. Vini potum concessit, syncipiti ad discutendos vapores, linteolum sericum decocto herbarum calidarum imbu-

tum & expressum, applicari iussit. Eo cognito, haud levis in animo meo est oborta admiratio, illum tanto opere hallucinatum. Ego è contrario, haud frivolis innixus conjecturis, ad oculum demonstravi, concedendo, adesse quidem coma vigil, sed non primario in cerebro hæere, quin potius sit symptoma febris continuæ, quæ *ὄραξις* suam habeat, in ebullitione ac fervore humoris ferrosi cum bile mixti, per putredinem concitato, exin vapores in caput expirantes, coma vigil producerint. Argumenta hujus assertionis in medium allata subsequuntur. 1. Febris aderat continua, nec Medico illo repugnante, non in eodem semper tenore perseverans, sed luculentas habens excrescentias, certa redeundi intervalla, ut quibusdam horis calores intensiores, quibusdam multò remissiores. 2. Facies valdè rubicunda. 3. Deliria non continua, sed per interstitium recurrentia. 4. Urina ignea, rufa & splendescens, rotam massam sanguineam quasi incensam, arguens. Quæ symptoma-

ta cum-

ta cuncta videntur consecraria febris continuæ in venoso genere consistentis. Si febris illa per *idiosyncrasias* in ventriculis cerebri pronata, tum fuisset lenta & uniformis, sine evidenti periodo. 2. Vel urina sola esset sufficiens *resurgens* effervescentis massæ sanguineæ. 3. Pulsus erat celer & elatus. Istam meam sententiam ipse eventus & medendi processus confirmavit. Etenim contrariâ curandi ratione institutâ, cis paucos dies æger ille, de quo desperatum ac conclamarum, quasi ex orci faucibus subtractus, postluminio

fuit ad vitam revocatus. Vini usu abdicato, & rejectis aliis calidis à priorre Medico administratis, cum refrigerantia exhibita, spacio trium dierum, calores febriles cum aliis symptomatis, evanuerunt, urinâ flamma, ad subaureolum colorem reversâ, ægro pristinae sanitati restituito. Plurimum contulit aqua citri cum sacch. dulcor. pro potu cum dec. c.c.v. præp. eam cum voluptate assumendo. Ob faustam medellam, illius propinqui me extulerunt laudibus, ejus salutem mihi acceptam ferentes.

OBSERVAT. X.

*De febre continuâ diarrhæâ admodum biliosâ ac fœtidâ,
& urina suppressione,*

DN. Fridericus Orthius excedens ann. 70. adhuc in cœlibatu vivens, Musis deditus, febre continuâ est correptus, ab initio statim comite diarrhæâ gravissimâ, excretâ materiâ biliosâ admodum fœtidâ, in sat justâ copiâ, per octiduum perdurante, ipsi ægro & astantibus perquam, ob graveolentiam, molestâ. Libenti animo injici curassem clysteres, abstergentes & bilis acrimoniam contemperantes, sed cum fuerit insimul herniosus, eos admittere, renuit. Tâmputidum alui fluxum nunquam olfeci, qui erat indubius internæ corruptionis ac putredinis

index. Cum recusasset clysmata, haud abs re visum, exhibere infusum Rhab. cum syr. ros. sol. & aq. plantag. sed cum vires imbecilliores, & ætate senili & morbo sat attritæ, insuper quidam motus convulsivi totum corpus conquassantes, sapius redeûtes, infesti, cum ruptura chronica, ista remora obstaculo, quo minus ausus descendere ad leviora etiam solutiva, veritus, cum incertum, quanta in visceribus interioribus saburra corruptorum humorum delitescat, ne accedente levissimo etiam stimulo, in copiâ prouant, & resolutis spiribus, ægrum peni.

penitus pro sternant. Isthac cautela
usus, consultius videbatur, eò ut ef-
sem intentus, quò febrì occurrerem
per alterantia, fervorem & virulen-
tiam bilis, contemperantia. Ipsum
ægrum in spem erexi meliorem, pa-
tienti sustineret animo, etsi diarrhæa
per dies aliquot perseveraret, cum
materia profluat corrupta ac putri-
da, si ea sistatur, aut inhibeatur, cum
præsenteano vitæ discrimine fore
conjunctum.

Primo respiciens malignitatem
febris, exhibui. ℞. Lap. Bezo. ori. gr.
vi. cum aq. bor. ℥i. M. Post per ali-
quot matutinas. ℞. Syr. ac. citr. ℥i.
vini granar. acid. ℥. j. aq. cich. acer.
end. an. ℥i. sp. vitr. ℥℥. M. Pro vice
℥. 4. Interdum magist. corall. ℥j.
marg. gr. vi. syr. Gran. ac. ℥℥. aq. tor-
mentil. ℥j. M.

Pro potu:

℞. Syr. ac. citr. rib. è succo viol.
an. ℥i. M. erat illi gratus cum dec.
c. c. v. præp. vini cydon. usus con-
cessus, & syr. cydon. cum syr. corall.
M.

Aq. cordialis:

℞. Aq. ceras. nig. ℥i. bor. bug. me-
liss. lil. convall. an. ℥j. cinnam. ℥℥.
coral. rub. præp. ℥j. marg. præp. gr.
xv. Bezo. ori. gr. 4. man. Chr. perl.
℥vi. M.

Ubi febris remisit, simul & diar-
rhæa recessit. Febre autem adhuc
durante, supervenit symptoma gra-
vissimum, suppressio lotii, de quo
ingens querela, mihi etiam multum
facessens negocii. Etsi varia succur-
terent remedia, utriusque felici Fa-
ro, cœlitum favore aspirante, obve-
nit tale, quod subitanam attulit sa-
lutem.

℞. Parietariæ, quoad fieri potest,
recentis, m. 4. decoq. ad cataplasma-
tis consist. adde ol. lil. alb. ℥i. Scorp.
℥j. f. cat. id linteo crasso duplicato,
densè inductum, calidè sumini apl.

Cum admiratione, ilicò lotium
provocatum, quoties admotum,
quasi affixâ cucurbitulâ, luculentam
sensit urinæ attractionem, & sic in
vitâ conservatus, de quâ plerique
visitantium & ministrantium, de-
sperant.

OBSERVAT. XI.

*De febre continuâ cum dolore capitis & tormi-
nibus ventris.*

Civis quidam primarius, ex ordine
mercatorio, Naturæ melancho-
licæ, febrì continuâ sat gravi cum

dolore capitis infestatus, cum habi-
tus corporis mollis ac delicatus ei
obtigerit & facilis alvus.

D

℞. Mann.

℞. Mann. El. ℥vj. dil. in aq. cich.
q. ℞. col. adde syr. ros. sol. d. Rhab.
Augustan. an. ℥j. M.

Sat commodè evacuatus, copiosa materiâ biliosa cum pituitâ mixtâ, suâ acrimoniâ in transitu intestinorum tunicas vellicando tormina concitans, rejectâ.

Ad sudoris elicium: ℞. Bezo. ori.
gr. vj. aq. acet. ℥j. card. b. ℥℞. M.

Ad fervorem temperandum:
℞. Syr. ac. citr. è succo acetosell. an.
℥vj. sp. vitri. gut. 4. aq. acet. ℥2. End.
℥j. M.

Antè somnum exh. ℞. amyg. d.
℥ij. 4. sem. frig. ma. an. ℥ij. sem. pap.
al. ℥℞. aq. acet. ros. an. ℥℞. f. Emulf.
ad. syr. viol. f. ℥vj. è succo pap. errat.
℥ij. M.

Quin & hoc clystima apl. ℞. herb.
mal. alth. mer. viol. betæ. a. m. j. fl.
chamo. viol. a. pi. hord. p. 3. dec. ad
med. col. ℥x. dil. cal. pro clyf. ℥j. ol.
viol. amyg. d. a. ℥℞. mell. viol. ℥j. sal.
parum f. cl.

Aqua insuper cordialis ordinata:
℞. Aq. bor. bug. melif. ceras. n. Ros.
an. ℥j. cinnamo. ℥vj. marg. præp. ℥j.
Bezo. ori. gr. v. man. Chr. perl. ℥vj.
M.

Si ista aq. cordialis, tum secundo
nostro Fato non fuisset ad manum,
penè actum de illius vitâ. Etenim

cum injecto clysteri, surrexisset è lecto ad excernendum, dum adhuc fellæ stercorariæ insedisset, (tàm mollis erat Natura, vel potius malignitate humorû irritatâ, cum clystima ex per quàm benignis constaret ingredientibus) in lipothymiam incidit gravissimam, oculis clausis, nullâ apparente notâ, ullius auræ vitalis, & sanè nî ego tum præstò fuisssem, & ilicò arrepto vitro aquæ cordialis (cum nullum cochlear ad manum) in os infudisssem, de vitâ periclitari visus: Sed Deus clementer avertit. Ex illustri illo exemplo relucet, quantum vis Medicus cautè ac circumspectè procedere videatur, non minus interdum, adversam experiri Fortunam contingat, ex causâ occultâ, Rationi haud obviâ.

Pro dolore capitis mitigando:
℞. Ung. alabastr. ℥vj. ung. ros. mes.
ac ros. loti. ℥℞. M. apl. fronti & tempor.

Pro potu: Dec. c. c. v. præp. cum
syr. ℞. Syr. ac. citr. rib. è suc. viol. an.
℥j. M.

Cum tormina vehementer infesta, ab acrimoniâ humorum biliosorum & mordaciûm, ad oblinenda intestina. ℞. Ol. amyg. d. rec. ℥2. cum jus. Gall. mirè profuit, & sic vita restaurata.

*De febre continuâ cum lipothymia & tumore erysipelatode
in Genâ sinistra cum ardore & dolore.*

ILL. ac Generosa Dn. Dn. Juditha, Baronissa de *Wetz*/ ex Carinthia sedem suam huc transferens, corpulenta & Naturæ melancholicæ, febre malignâ passim tum grassante & ipsa correpta, insuper efflorescente tumore erysipelatode in genâ sinistra, cum ardore & dolore, totius horrore, calore non naturali superveniente: exin arguendum, ab effervescentiâ ferosorum & biliosorum humorû, illa symptomata profecta.

Cum vires non constarent, & lipothymia non rarò infesta, primâ statim vice accersitus, præscripti:

℞. Pul. rubr. Pann. ðij. Bezo. ori. gr. vi. aq. acet. card. b. bor. an. ʒj. M. ut desuper in lecto sudaret.

Cum sequenti diluculo Gnr. ægram visitassem de effectu percontando, animadverti tam largum sudoris effluvium, & lintamina, adeò madida, quasi in aquam versa, cum *ἰσφογία*, nec in posterum amplius de lipothymia, erat querela.

Et si ista medela felici auspicio capta, ut nulla diffidentia concipienda de sinistro eventu, non minus, prout mira ac varia hominum ingenia, cum de Venæsectione sermo incidisset & ego eam diffusissimè, aliis insuper Medicus junior

in consilium adhibitus, qui pro more suo jactabundus, in meâ absentia multa (ut mihi postea innotuit) de sanguine emittendo, declamitabat, & Ill. Dn. maritum & quosdam cognatos, jam pertraxerat in consensum. Ubi autem convenissemus ad consultandum, & ego prior casu cum symptomatum *συνδρομῆ*, exposuissem, & haud vanis conjecturis fretus, restituissem, venæ apertionem *velut noxiam*, in illo subiecto, demonstrans, tum ille evidentissimis argumentis convictus, à suâ opinione destitit. Erat enim Generosa egra, Naturæ melancholicæ frigidioris, prout ex colore faciei humido, animi pathematis ad metum & mœrorem inclinantibus, corpus lue plethoricum, potius ad *καχεξία* divergens, sæpius invadebant horripilationes.

Cum istæ febres sanguinis ac humorum commotionem & exagitationem non ferant in corpore robustiore & magis plethorico, quin majori ex parte ægri, quibus sanguis missus, ad orcum ablegati. Prout multis exemplis demonstrare in promptu. Cum febres illæ haud careant malignitate, exin à Venæsectione, resolutis spiritibus vitalibus,

D A

Yices

vires magis diminutæ, impares ad sustinendum morbum, quin tandem Natura succumbat. Cum istarum februm fomes non consistat in plethorâ, sed cacochymiâ, quæ si in venis cum sanguine mixtâ & in vasis majoribus ac cordi vicinioribus contineatur, venæsectiô videtur haud improbanda, sin verò consistat in venis à corde distantioribus & junioribus, quin noxia, sanguine vitioso, ratione vacui, retracto ad loca cordi propinquiora, exin majus impendet discrimen.

Exhibita potio cholagoga & phlegmagoga:

℞. Mann. El. ℥i. dil. in aq. bor. q. β. col. ad fyr. d. Rhab. August. d. Mann. lax. an. ℥i. M.

Exin 7. largi secessus secuti, citra notabilem vitium offensionem.

Sequenti matutina superius à me consignata potio hydrotica, reitera-

ta. Copiosus sudor provocatus, cum plenaria remissione symptomatum.

Etiam aqua cordialis à me præscripta & laudata:

℞. Aq. bor. bugl. an. ℥i. ceras. n. acetosell. Capon. simpl. a. ℥j. cinam. ℥β. marg. præp. ℥j. Bezö. ori. gr. 4. man. Chr. perl. ʒvj. M.

Pro potu dec. c. c. v. præp. interdum cum syr. ac. citr. contemper. Ejus unico die tres mensuras hausit. Cum jam melius haberet & ipsa expeteret clystma, cum esset etiam hysterice symptomatis obnoxia, tale à me ordinatum.

℞. Herb. malu. mer. betonic. mellif. anth. a. m. β. fl. chamo. mel. a. p. ʒ. sem. anisi, fenic. carv. a. ʒiβ. dec. ad. med. col. ℞. ʒx. dil. El. diacath. ʒj. Hier. simpl. Gal. diacarth. a. ʒij. ol. chamo. ʒi. amygd. ʒj. mell. anthos. ʒj. vit. j. o. sal. parum f. cl. & ita huic curæ colophonem imposui.

OBSE RVAT. XIII.

De febre continuâ cum pectoris angustia, dolore dorsi convulsionibus epilepticis.

Illust. ac Generosa Dn. Anna de **Hermstein** / Baronissa ex Carinthia, apud nos hospitio excepta, vidua 60. ann. per dies aliquot illa febre laborans, meum requisivit consilium. Cum illius Natura valde aliena à medicamentis & Medicis

immorigera, eram anceps ac dubius, qualia ordinanda. Clystma proposui, ad alvum à spurcicie corruptorum humorum liberandam, assensum dedit.

℞. Herb. mal. alth. mer. viol. a. m. β. fl. viol. ʒiij. chamo. p. j. hord. mund.

mund. m. β. sem. anisi. ꝓj. dec. ad
conf. ꝓ. partif. col. ꝓx. dif. El. diacath.
lenit. an. ꝓβ. mell. viol. ꝓvj. ol. viol.
amyg. d. a. ꝓj. vit. j. o. sal. parum f. cl.
bis reiteratum, cum levamine.

Ad resistendum malignitati ꝓ.
Pul. rub. Pann. ꝓj. Bezo. ori. gr. 4.
fyr. ac. citr. ꝓij. aq. card. b. acer. bor.
an. ꝓβ. M. ter reiteratum, desuper
pro virium tolerantiâ sudavit.

Cum aquam cordialem, si fortè
lipothymia ingrueret, consignare
vellem, Generosæ agræ Illustris Fi-
lius unicus, amicè resistit, Dn. Ma-
trem talia averſari dictitans, esse ad
manum aquam cordiatem à Dn. D.
Horſtio, ante suum in thermas Bol-
lenses discessum, ordinatam, si ea
offerenda, quasi manibus pedibus-
que repugnare & respuere, sumptus
fore inanes: Cui ego regessi, duo
cum faciunt quasi idem, non esse
idem, fortè à me præscribendam, ac-
ceptiorem. Ordinata parata, & ob-
lata, etiam grata, cujus aliquot vitra
plena, per istius morbi, paucorum
dierum, decursum, absorpsit. Ill. Fi-
lius admirabundus retulit, id nun-
quam factum hæctenus, etsi antè
meam operam, Dn. Mater trium
Medicorum consilius usâ, tamen vix
magno labore, ad ea assumenda, sibi
persuaderi passâ, adeò erant omnia
adversa: deprædicavit à me ordina-
ta, quod haud invita, ea admittat,
imò ultrò appetat, & citra ullam
nauseam assumat.

Aq. cordialis talis erat:
ꝓ. Aq. bor. bugl. an. ꝓiβ. acet. ce-
raf. n. Ros. an. ꝓj. cinnam. ꝓβ. marg.
præp. ꝓj. Bezo. ori. gr. 4. man. Chr.
perl. ꝓvj. M. Interdum d. tinct. Ros.
coch. 1. 2. exhib.

Contra prunellam: ꝓ. Aq. pru-
nell. ꝓ4. plant. fragorum, an. ꝓ2. ver-
micul. ꝓj. tro. d. nitro præp. ꝓj. dia-
mor. ꝓvj. M. pro Garg.

Contra dol. cap. ung. Alabaſt. apl.

Pro dolore dorsi mitigando: ꝓ.
Ung. ros. mef. ꝓj. ung. anodyn. ꝓij.
ping. cuniculi ꝓij. M.

Pro potu dec. c. c. v. præp. ꝓvi. in
aq. mens. iβ. cui infund. 2. poma citri
excort. in taleolos incisa, sacch. dulc.

Lac amygd. etiam concessum: ꝓ.
amyg. d. quart. β. aq. ros. irror. sem.
melon. exc. ꝓβ. f. Emuls. cum aq.
font. tβ. j. β. aq. bor. tβ. β. dulcor.
sacch.

Cum convulsionēs Epilepticæ
supervēnissent:

ꝓ. Sem. Pæon. ꝓiβ. c. c. v. præp.
ꝓ4. aq. ceras. n. lil. cō val. an. ꝓ2. bor.
ꝓiβ. f. Emuls. cui ad. lap. Bezo. ori. gr.
vi. sacch. cand. al. ꝓij. M.

Contra angustiam pectoris:

ꝓ. Aq. scab. tussil. card. b. an. ꝓ2.
bor. ꝓiβ. sacch. cand. al. ꝓvi. M.

ꝓ. Syr. liquir. ꝓ3. ol. sulph. acidi.
gut. vi. M.

Intra octiduum restituta, se gra-
tam præstitit condigno præmio.

De febre cum morbillis & lipothymia.

Ill. ac Generosa Dn. N. de **Freyberg** / Baronissa vidua, ex Carinthia huc concessit, febre continuâ, invasione, laborare iudicata, consilio Dn. D. Horstii ab initio usa, qui præscripserat pul. lap. Bezo. solitarii, nihil exin levaminis: post me seorsim advocari iussit, cum ordinasset.

℞. Pul. rub. Pan. dij. Bezo. ori. gr. 4. aq. card. b. bor. an. ʒj. M.

Eâ matutinâ per totius corporis habitum morbilli rubidi eruperunt,

exin omnia graviora symptomata cum lipothymia conjuncta, disparuerunt: sæpius potest dicere solita, ex prius ordinatis se nihil commodi percepisse, ab illo autem omnem lipopsychiam à corde depulsam, quasi cultro absterfo malo.

Aq. cordialis: ℞. aq. bor. bug. ceras. n. ʒ. ʒi. acet. ʒiʒ. capon. simpl. ʒiʒ. spir. lil. conval. ʒij. marg. præp. ʒj. Bez. ori. gr. 4. sacch. candi. al. ʒij. M.

Alia averfando, istam accepit animo libenti,

OBSERVAT. XV.

De febre continuâ cum spuria paralyfi, tussi, sudore fetido.

Generosa Virgo Maria Jacobe **Velerin** / Baronissa in **Ilerdisen** / corpulenta, complexionis sanguineæ, rubei in facie coloris, cum eò loci, febres malignæ divagantes, subditos infestarent, præservandi causa, ut esset immunis, cujusdam Medici consilio, usa vino medicato laxativo, & Venæsectio adhibita. Sed quid contigit? O rem mirandam & albo calculo notandam, tridui spacio à sanguine misso, febris continua invasit & periculosè decubuit. Vel exin documentum capiendum luculentum (ut alia mihi

cognita exempla prætermittam, eorum, qui à Venæsectione febribus sunt correpti continuis) quid spei locandum in solis purgantibus & sanguinis depletionibus.

Cum Ilerdisiæ appulisset, in conclave, ubi Generosa ægra decubuerat, ingressus, eam offendi malè dispositam, spuria paralyfi detentam, ut nullum membrum dimovere, aut sublevare quierit, à corruptis vaporibus nervosum genus obsidentibus furdastra evaserat, tussis assidua molesta, calores febriles sat infesti. Cum febris illa suam $\nu\pi\alpha\epsilon\zeta\theta$ habeat in coluvie

liviæ serosorum humorum putrescentium ac effervescentium, commixtis sæpius ichoribus biliosis, quorum *μιασμα*, seu inquinamentum, mediantibus corruptis vaporibus, partibus principalioribus communicatur, exin emergit dira illa symptomatum *συνδρομή*.

Cum ipsa *ιμπαρία* sit documento Venæsectionem ut plurimum noxiam ac letiferam, & etiam sola purgantia haud sufficientia. Etsi ab initio corporis œconomiam, convenienti pharmaco emundare à vitiosis humoribus, haud absonum: sed major spes in hydroticis & diaphoreticis locanda, cum Generosa ægra sæpius evacuata, ipsa tamen symptomata non remissiora, sed intensiora subsecuta. Idcirco cum vesperi advenissem, sequenti statim matutinâ, obtuli potionem hydroticam alexiteriam.

℞. Pulv. rub. Pann. ℥ij. Bezo. ori. gr. 4. syr. ac. citr. ℥ss. aq. acet. ℥2. card. b. ℥i. M.

In lecto operata affatim sudavit, dum sudor dimanavit, sæpius est conquesta de abominabili factore, de causâ interrogata, respondit: sudorem defluentem, dum per os se insinuaret, esse tam fœtidum, ut sibi per quam molestum. Id indubio argumento, febriam illam à corruptione serosorum humorum pronatam, cum finito sudandi termino, omnia disperuerint symptomata, ut aliis

haud opus remediis, quamvis majoris securitatis gratia, ne repullularet, & sequenti matutinâ, idem hydroticum fuit reiteratum.

Cum pulvis ruber Pannonius ex selectis constet alexiteriis hydroticis, & complurium annorum experientiâ mihi cognitû, illum insignem habere *διήρησιον* ac vim, largum sudorem eliciendi, idcirco ejus usum in isthâc febre depellendâ, mihi familiarem, haud mirandum. Quod fieri potest per pauciora, non opus multorum farragine. Soli lapidi Bezoartico cur parum fidei tribuam, causas haud leves consignatas offendes superius in secunda observatione. Si solitarius ille exhibeatur, raro sudor, sed tantum levior odor, evocatur, exin parum levaminis sperandum. Nî post assumpta alexipharmaca, copiosus sudor succedaneus, ut unâ serosi ac vitiosi humores, & quorum corruptelâ & effervescentiâ, febres illæ icaturunt, elidantur, illorum effectus est invalidus. Silentio prætereo, quod magnum, inter Medicos, adhuc est litigium, utrum & quinam sint genuini, qui in officinis reperiuntur.

Istud clystera etiam apl. ℞. Herb. mal. alth. mer. viol. a. m. j. hord. mundi, m. s. fl. viol. ℥ss. dec. ad med. col. ℥. ℥x. dil. El. diacath. lenit. a. ℥ss. ol. viol. amyg. d. an. ℥ss. mell. viol. ℥i. vit. i. o. sal. parum f. cl.

Cum tussis molesta aq. pectoralis mul-

multum profuit cum Rotulis. ℞. Aq. scab. ℥. 3. veron. ℥. 2. tussil. ℥. 1. pap. errat. ℥. 1. fac. cand. al. ℥. vi. M.

℞. Sp. diatr. frig. ℥. 4. diatr. s. ℥. ij.

Extr. rad. Emul. ℥. j. fac. fini dif. in aq. scab. & tussil. ℥. 4. f. conf. in Rot.

Pro potu nihil admisit præterquam dec. c. c. v. & vinum Granatorum, Intra triduum convaluit.

OBSERVAT. XVI.

De febre continuâ calore excedente molestâ.

CUM Ill. ac Generosa Dn. Maria Juliana **Suggerin** / Baronissa in **Weissenhorn** / calores non naturales in toto corpore sentiret, veritate febre continuâ malignâ, quæ tam in oppido & ipsâ etiam arce grassata, & ipsa corripere, consilii causa, tabellarium ad me ablegavit, cui præscripti portionem cholagogam & phlegmagogam, ratus, in alvinâ regione hæere minorem biliosorum humorû & serosorum, quorum culpa, dum effervescunt, expirantes vapores, calorem excedentem τὸ μέγιστον, concitant,

℞. Extr. d. carth. ℥. 4. syr. d. Rhab. Augustan. d. Manna laxat. an. ℥. i. dec. comm. lenit. ℥. 1. M. Exin aliquot sedes cum *ἰσχυρίσιν*.

Post vena Epatica, (cum esset Marrona complexionis sanguineæ, corpulenta & plethorica, & calidiore Epatis *δυσγαρία* dotata) in dextro brachio aperta, ad eventilandam massam sanguineam. Cum autem calores perseverarent, febris continuâ indices, & conjectura, residuos

biliosos humores in venis meseraicis morari effumantes. Ad illos auerruncandos, ordinavi sacculum pro vino medicato, infundendum ℔. 3. vini & ℔. j. aq. cichor. ad infringendum calorem, de quo duabus horis antè prandium, dimidium quartale hausit.

℞. R. cichor. Enul. polyp. quer. an. ℥. ij. beton. meliss. abl. card. b. chamædr. adiant. utr. a. p. j. fol. sen. s. s. ℥. j. agar. rec. tro. Rhab. El. an. ℥. iij. Rad. Jalap. ℥. 1. passul. minor. mundat. ℥. 1. gal. min. ℥. ij. sem. anis. ℥. 3. cum sindon. al. s. fac.

Paucorum dierum intervallo post mihi per literas significavit, vinum illud optimè sibi contulisse, leniter absque ullo tormine, & sufficienter, operationem suam peregisse, à febre liberam ac immunem, evasisse.

Etiâ Heroïna illa sapius hysteriacis, etiam epilepticis interdum symptomatis exagitata, tamen vinum illud cum fructum, citra ullam offensam usurpavit. Dedi operam sedulo, omnia rimando, ne quid ex ingre-

ingredientium classe, commixtum, quod utero inprimis adversū ac inimicum. Prout Generosa ægra olim mihi retulit, se prius cujusdā Medici aliās haud imperiti, operā usām, sed ipsius præscripta suæ Naturæ repugnantia, gravia concitasse symptomata, ut eo abdicato, alium recipe-re coacta. Id junioribus seriò obser-vandum inculco, ut in suā praxi, præfertim in delicatioribus Naturis, & sexu fœmineo, abstineant ab iis, quæ odore, vel sapore irritare ac offen-dere queant: id depræhendere ac

eognoscere licet, diligenti cujusque ægri Naturæ disquisitione institutā. Quin & hoc admonitorium anne-ctere haud incommodum existimo, me sapius magno cum fructu, & prospero successu, etiam in febribus continuis, si non ardentiores, ordi-nasse vina medicata, non ex merò vi-no, sed cum aq. cichor. acetosæ, aut carduib. contemperata, ita vis vini fracta, ut citra ullius damni suspicio-nem, securè usurpari queant, præfertim si ægri nauleabundi, alia me-dicamenta respuant.

OBSERVAT. XVII.

De febre malignā.

Generosa Virgo Sibylla **Reven-**
hillerin / Baronissa ex Caria-
thiā, febre haud experte malignita-
tis occupata, primò accessu ordinavi.
℞. El. d. Tamarind. cum fol. fen.
ʒv. magist. Jal. ʒj. Es. scamm. gr. vij.
M. licet aliās difficilis solutionis, 12.
vicibus evacuata.

Ad *placua* per hydrotica discuti-
endum:

℞. Pul. rub. Pann. ʒij. Bezo. ori.
gr. 4. syr. ac. citri. ʒß. aq. card. b. ʒz.
acet. ʒiß. M. sudavit obtecta.

Altera vice ℞. El. diaf. cord. ʒ4.
pul. rub. Pann. ʒj. syr. ac. citri. ʒß. aq.
card. b. ʒz. acet. ʒiß. M. tertiā matuti-
nā cum dosin. minorem expeteret.
℞. Bezo. ori. gr. 7. aq. card. b. acet.
a. ʒß. M. Restituta.

Pro refectione virium: ℞. Aq.
bor. bug. an. ʒiß. ceras. n. meliss. acet.
an. ʒj. cinnam. ʒx. marg. præp. ʒj. Be-
zo. or. gr. 6. man. Ch. perl. ʒvj. M.

Pro potu præter dec. c. c. v. præp.
nihil admist, cum hysterice obno-
xia symptomatis.

OBSERVAT. XVIII.

Febris continua cum morbillis.

Cum Nobilissima Virgo Maria *unica filia Nob. ac Strenui Dn. Phi-*
Elisabetha Claudia decennis, lippi Caroli de Welden/in Laup-
heim,

E

heim/graviter decumberet, ut Dñ. Parentes anxii & solliciti, ne periclitarentur, febris continuæ obortâ suspicione, at cum istud exhibitum, morbilli effluere.

℞. Pulv. rub. Pann. ʒij. Bezo. ori. gr. 4. aq. bor. card. b. an. ʒvj. M.

Pro potu dec. c. c. v. præp. cum syr. acid. citr. Rib. è succo viol. a. ʒj. M.

Aq. cordialis: ℞. aq. bor. bug. cerat. n. acet. ros. an. ʒj. cinnam. ʒvi. marg. præp. ʒj. Bezo. ori. gr. 4. fol. auri fini uno j. man. Chr. perl. ʒß. M.

Pro tussi: ℞. spir. diatr. frig. ʒ4. diatr. f. ʒij. sacch. fini in aq. Ros. diss. ʒ4. f. Rot.

Ex prospero illo successu, magna mihi benevolentia & confidentia conciliata, me passim commendantes, & velut intimum amicum amantes, eò magis cum ab alio Medico antè meum adventum, portio transmissa purgatoria, sed felici agræ Facto, non oblata, cum ea post cuidam ancillæ exhibitâ, enormis operatio secuta, exin conjectura, si ab illâ decenni virgunculâ hausta, quin in vitæ discrimen præcipitata.

OBSERVAT. XIX.

De febre continuâ malignâ cum interiori frigore invadente, delirio & convulsionibus Epileptici supervenientibus.

Filia Virgo Elisabetha, Dn. Henrici Schwarz/ Anagrammatei Ulm. febre malignâ passim grassante, comprehensa, primo de nullo calore perceptibili conquesta, quin potius interius frigus se sentire asseveravit, cum ego febris mentionem fecissem, sibi non passa est persuaderi, pro absurdo astimans, non minus exoptabat evacuati, nî ilicò succurratur, sibi moriendum clamitans.

℞. Extr. d. carch. ʒß. (erat enim facilis altui & mollioris Naturæ) syr. ros. sol. d. Rhab. Augustana. ʒß. dec. comm. lenit. ʒj. M. còpiosa non minus corruptorū humorum excretio secuta.

Sequenti matutinâ:

℞. Pul. rub. Pann. ʒij. Bezo. ori. g. 4. aq. card. b. acet. a. ʒij. bor. ʒß. M.

Altera matutina: ℞. Bezo. ori. gr. vi. aq. bor. meliss. a. ʒß. M.

Cum altero demum die calores febriles se exeruissent, tum illa deprecata veniam, quod se mihi, in meâ crisi verâ, opposuisset, jam sibi experiendum & credendum, à febre se torqueri.

Cum deliria & convulsionibus epilepticis supervenissent:

℞. Sem. Pæon. ʒij. c. c. v. præp. ʒij. aq. cerat. n. lil. conval. a. ʒ2. bor. ʒj. f. Emuls. cui ad corall. rub. præp. ʒj.

Ḑj. Bezo. or. gr. vi. fac. cand. al. ꝑij.
M. sapius cochl. r. 2. exh. Aq. rutac.
naribus & carpis manuum cum lin-
teolis intinctis apl.

Cum ob graviora symptomata
periclitari existimaretur, & nonnul-
li Medici jactabundi, præsertim ju-
niores, multum spei in vesicatoriis
ponant, quorum beneficio, sibi per-
suadent, quosdam quasi lethaliter
decumbentes, à se in vitâ conserva-
tos, de tali medio applicando, & ego
cogitare cœpi, cum res in ancipiti,
ne si ægra ex hac vitâ migrasset,
quidpiam neglectum à malevolis,
diceretur, parentes illius haud repu-
gnabant. At cum circa vesperam
thalamum ingressus percontarer de
morbi statu, ægram quietiorem of-
fendi, proin animum de vesicatoriis
admovendis muro & intermitto,
veritus, ne ob dolorem & incendi-
um concitatum, inquietior & inso-
mnis evaderet. Sed quid quæso eve-
nit? Tota ea nocte placidè dormi-
vit, sequenti diluculo, cum illam vi-
sitassem, reperi à deliriis & convul-
sionibus immunem: tacitâ mente
Deo Opt. Max. gratias agens, quod
mearum cogitationum Director de
intermittendis vesicatoriis, quæ si
applicita, indubium, quin eâ nocte,
graviora symptomata consecuta: sin

verò non admota fuissent, & ægra
expirasset vi morbi confecta, præ-
tendissent, eorum usu ægram in vitâ
conservari potuisse. Vel exin pate-
scit, Medicos multoties committere
fallaciam causæ. Multi robore Na-
turæ & aliis medicamentis adjuti,
evadunt, & sæpius contingit, ut Me-
dici in declinatione morborum, ubi
Natura victrix, hoc vel illud medi-
um applicent, & ægri convalescant,
sibi arrogare soliti salutis causam
temerè.

Aq. cordialis: ꝑ. Aq. bor. bugl. a.
ꝑij. meliss. ceras. a. ꝑj. Ros. ꝑvj. cin-
nam, ꝑx. marg. præp. Ḑj. Bezo. ori.
gr. 4. man. Chr. perl. ꝑvi. M.

Sacculi pulsatiles carpis manuum
apl. ꝑ. fl. bor. bugl. viol. meliss. anth.
a. ꝑ. j. spec. cordial. temper. Diis. dia-
marg. frig. Ḑj. f. 2. sacc. madefiant seq.
aq. & apl. expressi. ꝑ. Aq. bor. bugl.
a. ꝑij. Ros. meliss. anth. a. ꝑi. M.

Cum autem delirasset noluit fer-
re sacculos carpis manuum alliga-
tos, quin totis viribus eos amoliri
conata. Cum menti esset restituta,
roganti causam, respondit, se falsâ
imaginatione deceptam, quasi mu-
res appensi: & sanè sacculi erant
ita turgidi, ut murium formam re-
ferre viderentur.

OBSERVAT. XX.

*De usu vesicatoriorum in febribus continuis,
quid judicandum.*

Cum quorundam Medicorum ea sit *κακογεία*, ut in febribus continuis malignis passim grassantibus, si dolor capitis & deliria infesta, multum spei ponere soliti in applicatione vesicatoriorum, ut mihi constaret de successu, capi percontari quosdam chirurgos suam operam locantes, eorum relatione mihi innouit, aegros plerosque, quibus illa admota, defunctos, & sanè complures ipse novi, qui cum suis vesicatoriis in tumbam sepulchralem præcipitati. Haud absolum, tam infaultum eventum comprobare exemplo cuiusdam *fæminæ Ulm. mihi vicinæ*. Ea juvenula plethorica, complexionis sanguinea, facie rubicundâ, feбри continuâ afflicta, cum dolor capitis & deliria molesta, quidam junior Medicus pro consilio advocatus, prolixum instituens de vesicatoriorum usu proficuo, discursum, domesticis persuasit, ut obsequium præstitum. Sed proh Deum immortalem, quid contigit? Vesicatorio cervici admoto, aliquanto tempo-

ris spacio post, ipsa ægra vociferari & quiritari cœpit de ingenti capitis incendio, & postridiè supervenientibus convulsionibus epilepticis, vitam cum morte commutavit. Si lethargus aut sopor superveniat, ad excitandum, & materiam à capite revellendam, haud reprobanda existimarem: non autem in principio, vel augmento, ubi omnia exardescunt & flagrant, & caput per consensum inferiorum tantum partium, afficiatur, vaporibus *fervidis, sursum elevatis*, quis abnuat, ea tum noxia. Quod si verò unus vel alter, ex plurium numero, salvus evaserit, quid mirum, si id factum, non tam vesicatoriorum ope, sed vel robore Naturæ, vel aliorum medicamentorum adminiculo, vel si febre declinante, Naturâ jam victricem, adhibita. Fortassis ægri illi æquè fuissent restituti, si non applicita. Non igitur tam temerario jactu de corio humano ludendum, sed cautius ac circumspetius agendum.

OBSERVAT. XXI.

*De febre continua cum horripilatione, cibi fastidio,
urina turbida ac confusa.*

Nobil.

Nobil. Dn. Marcus à **Lapheim**/
Præfectus Generos. D. Fugge-
rorum in **Weissenhorn** / cum ne-
goriorum causâ Ulmæ ad Coronam
divertisset, & ægrotare cepisset, cõ-
questus de calore non naturali, hor-
ripilatione, cibi fastidio, urinâ turbi-
dâ ac confusâ apparente, accersitus,
febris malignæ obversari præludia
pronunciavi, & ordinavi.

℞. Ext.d.carth. ℥4. Extr.d.R hab.
f. Diib. syr. dialer. ros. sol. a. ℥j. dec.
com. cum ℥iij. fol. sem. facti ℥iib.
M. f. p.

Cum aliâs difficilis solutionis, ex-
in x. largos secessus habuit & con-
valuit, ut nullis amplius opus reme-
diis.

Pro potu: ℞. Syr. acid. citri. ℥2.
Rib. berb. an. ℥j. M. cum dec. c.c.v.
præp.

Cum! ab eo tempore intra qua-
driennium bis febre malignâ corre-
ptus, graviorum symptomatum com-
mitatu, ut periclitari judicaretur, me
ad se evocari curavit, & feliciter re-
stitutus.

OBSERVAT. XXII.

*De febre continuâ cum intensâ tussi diu noctuque molestante,
civopeziâ, siti, prunellâ, petechiis efflorescentibus.*

Cum prædicti Dn. Præfecti Filius
23. annorum, diu noctuque per
intervalla tussi exagitaretur, & il-
lius Mater ante aliquot menses Phti-
si defuncta, ex in suspicio orta, istum,
affectum etiam in filium derivatum,
idecirco Parens pro illius salute sol-
licitus, meum per literas expetiit
consilium, cum conjectura, tussim
à materiâ catharrhali, serosâ ac te-
nui, depluente per fauces in aspe-
ram arteriam & expultricem facul-
tatem irritante, concitari, ad eam
aveatendam, pil. cephalicâ ordi-
nata.

℞. M. pil. sine quib. Diij. aur. ℥j.
Extr. cathol. Theo. ℥ss. cum aq. be-
ton. f. p. 27.

Cum esset Juvenis oblongæ sta-
turae, corporis habitus sat carnosus
& Natura obtigerit melancholica,
sanguine abundans crassiore, san-
guis emissus apertâ medianâ. Et si
sat largè evacuato corpore, non mi-
nus tussis perseveraret, insuper in
literis mentio facta, tenacem ac vis-
cosam materiam faucibus adhære-
scere, ut difficulter avelli queat, in
lecto decumbere, cum totius lassitu-
dine, adesse cibi fastidium, sitim
molestam: rescripsi, illa symptoma-
ta mihi suspecta, me vereri, ne febre
continuâ infestaretur, quæ ut pluri-
mum cum tussi validâ invadat, ut
ægrî magis queruli, de isto sympto-

E 3

mate,

mate, quam ipsâ febrî, ideoque per chirurgum fauces curret explorandas, num prunellæ albæ indicia sint conspicuâ: illo asserente, cum id significatum, tela jatrîca direxi in febrim & symptomata cõcomitantia.

℞. Pul. rub. Pann. ðij. Bezo. ori. gr. vi. syr. ac. citr. ℥ss. aq. acet. card. b. an. ℥iſs. M.

Copiosum subsecutum sudoris effluviûm: dehinc certior fio, in toto pænè corpore effloruisse maculas rubeas, petechiales dictas, febris malignæ pedissequas: tum præscripti. ℞. Pul. rub. Pann. ðij. spec. diamar. frig. ðſ. Bezo. ori. gr. 4. syr. acid. citr. ℥ſs. aq. acet. ℥2. card. b. ℥iſs. M.

Cum ille restitutus Ulmam venisset, ipso retulit, istam potiuncu-

lam alexiteriam hydroticam, sibi plurimum contulisse, & maculas illas disparuisse, materiam instar farinæ subtilioris, absterfam, & plenariè restitutus.

Pro tussi profligandâ: ℞. Aq. scab. ℥. 6. tussil. pap. errat. a. ℥. 3. sacch. cand. al. ℥vj. M. egregiè profuit.

Pro potu dec. c. c. v. præp. cum syr. ℥. Syr. ac. citr. è succ. viol. a. ℥2. sp. vit. g. vi. M. Usus etiam tinct. Ros.

Contra dolorem pedum infectum, ad malignam materiam ad nervosas partes amandatam, resolvendam:

℞. Aq. hirund. cum cast. ℥j. Ther. cephal. ℥ſs. sp. lil. conval. ℥ij. M. partes affectæ calidè inung.

OBSERVAT. XXIII.

De febre contin. à 6. personas, Patrem, Matrem & 4. filias infestante, in uno conclavi decumbentes, vanâ symptomatum συμπτωμῶν.

DN. Daniel Marius Præfectus ædilitius Ulm. 60. excedens annum, cum Uxore & 4. filiabus jam adultis, in uno hypocauſto, velut parvo Nosodochio, ex febre continua malignâ graviter decubuit, quorum singuli, diversis symptomatis stipati.

Pater ita tractatus fuit. Primo leniter emundato corpore:

℥. Syr. ros. sol. d. Rhab. August.

d. Mann. lax. an. ℥j. aq. cich. q. suff. f. p.

Per intervalla etiam hoc clyſma injectum:

℥. Herb. malv. mer. acet. viol. beta. a. m. j. hord. m. ſ. fl. viol. chamo. a. pug. 2. sem. anif. ℥i. dec. ad med. col. ℥x. dif. El. diacath. ℥vi. lenit. ℥ſs. mel. viol. ℥i. ol. amyg. d. ℥2. viol. ℥i. sal. parum. f. cl.

Usus per aliquot matutinas, hydrotri-

droticis & malignitati resistentibus:

℞. Pul. rub. Pann. ℥ij. Bezo. ori. gr. 4. syr. citr. ℥℥. aq. acer. card. b. an. ℥℥. desuper sudavit.

Interdum istud alexiteticum exhib.

℞. Aq. cordial. Saxon. ℥℥. aq. acer. card. b. an. ℥j. syr. ac. citri. ℥iij. M.

Ad præcavendam, & si ingrueret, avertendam lipothymiam:

℞. Aq. bor. bugl. an. ℥℥. ceras. n. acetos. Ros. an. ℥i. aq. cinnam. ℥℥. marg. præp. ℥j. confect. alker. ℥j. man. Chr. perl. ℥℥. M. Tinct. Ros. etiam oblata.

Pro potu usurpatum dec. c. c. v. præp. cum isto syr. ℞. Syr. acid. citr. rib. berb. a. ℥i. M. concessum etiam lac. amyg. d. quart. ℥. sem. melon. ex. ℥℥. aq. font. ℥℥. j. ℥. aq. acer. ℥℥. ℥. f. Emull.

Cum tandem inopinato supervenisset coma somnolentum, erat in ambiguo, utrum isti symptomati subveniendum per vesicatorium, sed cum medium illud sit dolorificum, Natura ægri mollis ac delicata, vires imbecilliores, consultius sum arbitratus, abstinere & alia commodiore viâ incedere: Ad revellendam materiam interdum clyster injectus & naribus crebrius admotum acetum rutac. Intra biduum & istud incommodum recessit, & optata sanitas successit. Si vesicatorium fuisset applicitum, & æger æquè convalesceret, indubium, quin

salutis causa illi assignata fuisset.

Febris autem, quæ Filia natu minor infestata, erat petechialis, magno cum *καύματα* ac incendio conjuncta. Corpore prius à vitiosis humoribus depurato.

℞. Extr. d. carth. ℥ij. d. Rhab. ℥. ℥j. syr. ros. sol. diafer. an. ℥℥. aq. acer. q. b. ad. dil. f. p.

Post me contuli ad hydrotica alexipharmaca:

℞. Pul. rub. Pann. ℥℥. spec. di. Hyac. ℥j. syr. ac. citr. ℥℥. aq. acer. card. b. an. ℥℥. M.

Permutatis vicibus exh.

℞. Pul. rub. Pann. sp. d. hyac. an. ℥j. aq. cord. Saxon. ℥℥. aq. acer. card. b. an. ℥℥. M.

Cum de ardore & incendio querela:

℞. Syr. ac. citr. è succo acetosell. an. ℥℥. tro. d. nitro præp. ℥℥. aq. cich. acet. an. ℥℥. M.

Ad linguæ & faucium sorditiem.

℞. Aq. prunell. ℥4. fragorum, acet. plant. an. ℥2. diamor. ℥vi. tro. d. nitro præp. ℥j. f. G.

A cujus usu lingua & fauces illitæ: ℞. Diamor. syr. viol. ℥. a. ℥vi. sp. vitr. gut. vi. M.

Haud multum *absimili modo* cæteræ Filia tractatæ & in vita libertatem vindicatæ.

Patre cum 4. Filiabus cis paucos dies restitutis, postremâ vice Mater illis inserviens, itidē malignâ illâ lue infecta & à morte abrepta, non tam violen-

violentiâ febrili pefundata, quàm ex inſperato, ſuperueniente ſymptomate lethali, copioſiſſimo ſanguinis, ruptâ in pulmonibus venâ, per os eſfluvio ſublata, cum prius per ali-

quot annos valetudinaria, tuſſiculoſa & phtiſi obnoxia. Exin Natura impar, ad ſuſtinendas ac perferendas, tot & tantas impreſſiones hoſtiles, quin tandem ſuccumbendum.

OBSERVAT. XXIV.

De Febre continuâ cum crebris lipothymis & diarrhæâ, agra de vita periclitari iudicata, ſed conſervata.

Cum Uxor Dn. Georgii **Clauſen** mercatoris opulenti annum 60. excedens, per dies aliquot cum febre cõtinuâ conſtictata, & jam in *diſpenſa* ac ſummo vigore, ſymptomata conſiſterent, & internecionem minitarentur, prius uſa operâ alterius Medici, cum is nihil proficeret, & periculofa ingruerent ſymptomata, extra urbem ad ægrum evocatus, peregrè abiit, relicto prognoflico de præſenti vitæ diſcrimine, interea uſque ad ſuum reditum, illi biberum, alterius Medici uti adjumento. Exin duo ipſius Filii uxorati, ſummo dituculo, horâ quartâ matutinâ (erat tempus æſtivum) ad me ablegati rogatum, quò Matti periclitanti ſuccurrerem, & ſi quid reſtaret ſalutaris conſilii, communicarem. E ſomno excitatus ilicò ſurgo, veſtes induo, & cum illis arbiturio, hypocauſtum ingreſſus ægram offendo graviffimis ſymptomatis decumbentem, obſervo internos æſtus, linguam denigratam quaſi atramento

tingentem conſpicio, vires à præcedente diarrhæâ attritas, intueor. Ad erant 4. filii cum uxoribus, Confefſionarius Dn. Epifcopus, & Jacobus Schielinus Pharmacopæus, quibus ultimum ac longum vale dictum, omnium erat opinio, ægram haud diu fore ſuperſtitem, quin eodem die expiratura: & ego anceps ac dubius, nunquid Pharmaci ingerendum, ne, ſi fatalis inſtaret emigrandi hora, medicamentis culpa imputaretur, prout aliàs Medici, innocentes etiam, non rarò calumniis ſunt obnoxii ac ſubjecti, ſi medicationes non ſuccedant ex voto, & conſultius videatur, ægros desperatos prognoflicis relinquere, quam obtrectandi occaſionem præbere. Sed ne ægram expertem conſilii & auxilii, præſertim cum propinquorum haud modicam de me conceptam fiduciam adverterem, relinquerem, reſuſumpto animo, ilicò præſcripſi, cum eſſet Matrõna vetula, in parvâ doſi exhib. ꝛ. Bezo, ori. gr. vi. aq. bor. ꝛj. ut

ut desuper pro virium tolerantia sudaret præcepi, cum à meridie reversus, inquirens de illius effectu, pristino in statu ægram deprehendi, exin ordinavi:

℞. Spec. de Hyac. pul. rub. Pann. an. ℥j. aq. acet. bor. card. a. ℥j. M.

Ut in lecto sudor provocaretur, tam prospero successu, ex isthoc etiam subiecto clarescit, plus spei in illis speciebus locandum, quam in lapide Bezoartico solitario. Erat ægra crebris quoque lipothymiis divexata, quæ hydrotico illo exhibito recessere, ut asseverarit, eas à corde abactas, quasi cultro absterfo omni languore. Eâ vespertinâ ego cum

Confessionario sat lautâ cœnâ exceptus, maritus & filii magnam lætitiâ præseferabant, ob insperatam ac prosperam medelam.

Pro potu ordinatum dec. c. c. v. præp. cum seq. syr. ℞. Syr. ac. citr. ℥j. è succ. viol. fl. ℞. sp. vitr. q. ℞. ad justum acorem.

Ad corroborandum: ℞. Conf. citr. ℥vi. acetosell. bor. an. ℥℞. fl. tunicæ. ℥ij. Rad. scurzon. cond. ℥ij. sp. d. Hyac. diamor. frig. an. ℥℞. marg. præp. ℥ij. sp. vitr. gut. vi. M. cum syr. Granat.

Pro diarrhæâ residuâ exhib. lac amygd. d. cum pul. c. c. v. præp. Sat copiosè insperso.

OBSERVAT: XXV.

De febre continuâ cum ingenti dolore punctorio & convulsorio sub hypochondrio sinistro.

D. N. Georgii Mülleri, olim Mercatoris Ulm. relicta Vidua, 80. annum excedens, valdè macilenta, totius corporis pruritu die noctuque per annos aliquot exagitata, à ferolis falsis humoribus, cutaneas sensiles partes vellicantibus: tandem etiam febris continua accessit, multum creans periculi, ut plerique desponderent animum de restitutione, ipse etiam Chirurgus, quotidie fauces enundans gargarismate à me præscripto, ob præsentem prunellam, illam jam jam expiraturam, ta-

tus. Quoad alexiteria & confortantia pænè consimilia ordinata, prout in præcedentibus meis observat: Inter cætera etiam clystma emolliens injectum, exin una cum fæcibus vitiosi humores putidi, sed & copia vermium excreta. Quin & summo perè conquesta, de ingenti ac intolerabili dolore punctorio & quasi convulsorio, sub sinistro hypochondrio torquente, ad ejulandum ac vociferandum compellente. Ista autem contractio tam violenta mihi visa causari à malignis acrioribus va-

F

poti-

poribus membranas succingentes & ipsum etiam diaphragmā percipientibus, valdè eram anxius ac follicitus & dubius, quid consilii capicendum, ad placandum deplorandum illud symptoma.

Primo apl. catapl. ex medul. panis albi infusi in lact. vac. cum vit. o. & ol. ros. compl. & viol.

Ast sine levamine.

Tum ꝛ. fl. chamo. melil. aneth. an. ꝛ. fl. ros. m. fl. decoq. in aq. & aceti. a. mens. fl. spongia immersa & expressa cal. apl.

Incantamenti instar, dolor ille aliàs implacabilis, isthoc delinitus, recessit. Deo esto laus ac Gloria.

OBSERVAT. XXVI.

De febre continuâ cum catarrho crasso copioso, dolore cap. superveniente ingenti tumore cruris dextri, à summo usque ad imum.

UXorem Dn. Michaelis Clausii, ordinis mercatorii, Ulm. 40. annorum, Naturæ phlegmaticæ, febris continua invasit cum dolore capitis, exin descendente per nares & palatum materiâ crassâ corruptâ, quasi purulenta, sat copiosa per aliquot dies, excreta.

Primo ordinata potio laxar.

ꝛ. Syr. ros. sol. d. R hab. Augustan. an. ꝛ. j. mann. El. ꝛ. vi. dil. cum aq. bor.

Altera matutina:

ꝛ. Syr. ac. citr. ꝛ. fl. è succo acetof. ꝛ. vi. sp. liber. diamar. fr. d. Gem. fr. an. ꝛ. fl. Bezo. ori. gr. 4. aq. acer. ꝛ. 2. bor. ꝛ. i. M.

Largus sudor processit.

Pro potu dec. c. c. v. præp. cum syr. ac. citr. ꝛ. 2. è succo viol. ꝛ. i. fl. sp. vitr. g. vi. M.

Cum jam Natura victrix superaf-

set morbum, ex insperato crus dextrum à summo usque ad imum, adeo intumuit, ut in majorem molem, vel in consummato hydropico, vix attolli queat, serosis humoribus eò amandatis. Hic labor, hoc opus, quibus remediis succurrendum. Etsi primâ fronte sudorifera viderentur proficua, sed cum febris recens abierit, metus impendebat, ne corpore incalcescente, novi igniculi succenderentur, tali usus sum medio, quale in consimili casu, à nemine Medicorum usurpatum, recordor. Empl. d. melil. linteo crasso inductum cum spatula, secundum amplitudinem totius cruris, apl. & cum fasciâ lig, bis in die renovatum. Intra paucos dies, immensus ille tumor resolutus, id antea vix possibile æstimatû, Annotatione dignum, cum Empl. ilold amu-

amotum visum admodum madidū, velut copioso rore conspersum, exin apertis poris cutis, serositates attractæ, ut brevī illa moles disparuerit.

Aquam istam cordialem ægra valdè laudabat, ceu suavissimam & ad vires restaurandas, efficacissimam.

℞. Aq. bor. bug. an. ꝑ. ceras. n. acetosell. Ros. an. ꝑ. cinnamo. ꝑ. marg. præp. ꝑ. Bezo. oti. gr. vi. man. Chr. perl. ꝑ. vi. M.

Primo vitro assumpto, cum in officinam misisset de reparandâ, secundum meam priorem descriptionem, & alterâ matutinâ ægram visitassem, cum querimoniam retulit, istam cum priore haud conferendam, & sibi ingratam. Id mihi admirationi, suspitione obortâ, de mi-

nus fideli ac dextrâ dispensatione, officinam ingressus, inquisivi, quanam præparasset, ab ipso Hero intellexi, à seipso paratam, omnia quidem ingredientia, prout in priore recepto, se accepisse, sed non ea dosi, prout à me consignatum. Cui respondi, candidi Pharmacopæi minus esse, recepta fideliter dispensare, non pro sua opinione, agere, sed Medici præscripta ad amullim observare, cum jam perspiciat ex ipso effectu, quantum intersit inter duas illas aquas, cum non debita ingredientium proportio adhibita. Esse etiam artis & felicitatis, talem aquam ægris perscribere, quæ ob suaveolentiam, ipsis accepta.

OBSERVAT. XXVII.

De febre continuâ cum dolore & aestu capitis ingenti, vehementi tussi, punctiõibus abdominis admodum infestis, prunellâ.

UXorem Dn. Theobardi 3. curiæ Præceptoris in Gymnasio Ulm. febris continua invasit cum dolore ac aestu capitis, tussi admodum molesta, punctiõibus circa dextram regionem acerbis. Omnia illa symptomata videbantur pronata à fervore ac ebullitione serosorum & biliosorum humorum, interveniente putredine, exin expirantibus malignis vaporibus, sensiles partes infestantibus & suâ acrimoniâ vellicantibus.

Pro evacuatione: ℞. Extr. d. cart. ꝑ. syr. ros. sol. d. Mann. lax. an. ꝑ. dec. sol. sen. ꝑ. f. p.

Subsecuta levis & sat larga purgatio.

Sequenti matutinâ ℞. Pul. rub. Pann. ꝑ. sp. diamar. fr. ꝑ. syr. ac. cit. ꝑ. aq. acet. card. b. an. ꝑ.

Ea portio bis repetita, sat copiosi prodiere sudores cum leyamine. Cum in faucibus mucilaginosâ materia hæreret, deglucitioni & liberæ

F 2

respi-

respirationi obstaculo, prunellam
albam inducere gestiens:

℞. Aq. prunell. ℥4. plant. frag.
acet. an. ℥2. vermicul. ℥j. tro. d. nitro
præp. ℥j. diamor. ℥vi. M.

Pro tussi die noctuq; exagitante:

℞. Aq. scab. ℥4. tussil. ℥3. card. b.
℥i℞. bor. ℥j. sac. cand. alb. ℥℞. man.
Chr. perl. ℥ij. M. sapius 2. coch.

Sensim deglutiens, exin materia
phlegmatica absterfa, in copiâ expe-
ctorata, eam mitè deprædicabar.

Contra dolorem punctorium ab-
dominis Empl. d. melil. compl. loco
affecto & cruciatus sopitus.

Cum capitisq; dolor aded ingra-
vesceret, ut mihi per ancillam signi-
ficari jussèrit, nî maturè subveni-
rem, se vereri, ne fiat phrenetica, &
mens pervertatur, tam ingentem se
sustinere cruciatum, ut verbis vix
exprimere valeat. Eo cognito, ilicò
accurro, ad lectum ægræ accedens,
cum animadvertissem, caput undi-
que linteis obteçtum, quæ impedi-
mento, ne febriles vapores transpi-

rare queant, mox illa remove præ-
cipio, unguentum alabastrinum ad-
ferri curo, synciput undique inungo
& linteo 3. digitorum latitud. indu-
çtum fronti & temporibus applico.
Vix quadrantis horæ spacio post do-
lor sopitus recessit, cum nominis mei
elogio. Ab initio eram dubius, qua-
le medium, cum varia succurrerent,
ad dolorem mitigandum, ordinan-
dum, tacitâ mente, Deo Opt. Max.
gratias egi, quod ejus inspiratione,
id obvenisset, cujus tam præsentaneus effectus.

Istud clysmâ etiam per intervalla
apl.

℞. Herb. malv. alth. mer. viol.
acet. hord. ac m. b. fl. viol. p. 2. dec.
ad med. col. ℥x. dif. El. diacath. ℥j. le-
nit. ℥℞. ol. viol. amygd. an. ℥i℞. mel.
viol. ℥j. vit. i. o. sal. parum f. cl.

Pro potu dec. c. c. v. præp. cum
syr. ℥. syr. acid. citr. è succ. viol. vini
Granat. acîd. an. ℥j. M.

Intra octiduum integrè conva-
luit.

OBSERVAT. XXVIII.

*De febre continuâ, cum magna querela de totius sinistri la-
teris interioris, circa membranam costas succin-
gentem inflammatione.*

Socrus Reverend. & Celebratiss.
Theologi Dn. D. Cunradi Theo-
dorici Superintend. Ulm. Matrona
vetula, febre continuâ correpta cum

magnâ querelâ, de totius sinistri la-
teris circa membranam costas am-
bientem, inflammatione ac incen-
dio.

Clysmâ

clyfma apl. ℥. herb. mal. alth. mer. Exin φλόγας illa cum puncti-
 viol. a.m.j. fl. chamo. p.j. fem. anisi. bus latus percillens, recessit.
 ℥j. dec. ad med. col. ℥x. diss. cass. pro Pro potu dec. c. c. v. præp. cum
 clyf. ℥j. ol. viol. amyg. d. an. ℥iib. sacch. syr. citr. ℥2. è suc. viol. ℥4. M.
 rub. ℥vi. vit. j. o. sal. parum. f. cl. Aq. cordialis suavis & accepta :
 Mane : ℞. Bezo. ori. gr. vi. cum ℞. Aq. acet. bor. bug. ceras. n. ros.
 aq. acet. ℥. j. sed sine levamine. Alte- an. ℥j. cinnam. ℥vi. marg. præp. ℔j.
 rà marutinà. Bezo. ori. gr. 4. man. Chr. perl. ℥β.
 ℞. Troch. d. nitro præp. ℔iib. syr. M
 viol. f. è succo pap. errat. an. ℥iij. aq. Intra 6. dies restituta.
 acet. ℥2.

OBSERVAT. XXIX.

*De Febre continuâ malignâ pro lethali habitâ, quasi
 agra ab orco revocata.*

CUM cognata cælebs 24. anno- milis, quod mortuam, quasi in vi-
 rum civis Ulm. ordinis merca- tam revocare tentarem, actum de
 torii, mei vicini, ex febre malignâ vitâ, obtegendam illam potius lin-
 lethaliter decumbere judicaretur, teo & vespillonibus tumulâdam re-
 jacens in lecto oculis clausis, sine linquendam, dictitaret: sed illius ho-
 notabili respiratione, planè immo- minis sermones me remorari passus
 bilis, & jam pediculi (quod aliàs non sum, quin schedâ in officinam
 censetur prælagium instantis mor- delatâ & aqua cordialis cum odori-
 tis) aliò migrare & in præcordio re- ferâ, præparata & allata, tum ilicò
 fidere, observati: tum Ille celeri cur- unum cochl. aq. cordialis, diducto
 su, in ædes meas se contulit, roga- ore, infundo & brevî post degluti-
 tum, ne dedignarer eam invisere, & tionem observo, spem concipio me-
 si quid spei in humanis præfidiis, ni- liorem, adhuc unum cochl. ingero,
 hil prætermitterem: comitem me & naribus aquam odoriferam, lin-
 illi adjungo, cubiculum ingredior, teolo imbuto, applico, ægram ex-
 nullam auram vitalem animadver- peditiùs deglutire animadverto, de-
 to, non minus, dum aquam cordia- hinc levior, vomitus materiæ cor-
 lem & odoriferam cõsigno, & inter ruptæ ac fœtida secutus: brevi post
 astantes is, qui ad consolandos ægros se recolligens, oculos aperire, se eri-
 est destinatus, me intuitus, velut r- gere, & loqui etiam capit, & ita re-
 denti & me ludibrio exponenti, si- diviva apparuit, omnibus præsentibus

bus attonitis. Exin illius cognatus me deprædicare & extollere laudibus non destitit, isthoc speciali encomio me excipiens: Dn. Doctor jam aliquoties per suas aquas cordiales, in meâ domo, quasi mortuos suscitavit.

Aq. cordialis: ℞. Aq. ceras. nig. bor. bug. acer. Ros. an. ℥j. cinnam. ℥vi. corall. rub. præp. Diß. marg. præp. Diß. Bezo. ori. gr. vi. man. Chr. perl. ℥vi. M.

Aq. odorifera: ℞. aq. cinnam. ℥vi.

Ros. ℥ij. aq. odorif. vitæ Fuchsi. an. ℥ß. M.

Refocillata & quasi ex agone revocata.

Exin illius documentum capiendum, ægros quantumvis censurâ humanâ conclamatos, prognosticis non relinquendos, quin omnia tentanda, ad excitandam Naturam, quæ non raro, convenientibus præsiidiis adjuncta, miracula edit, & instar Antæi resurgit ac revirescit.

OBSERVAT. XXX.

De febre continuâ cum deliriis per hypnotica, restitutâ.

Cum Uxor Dn. Matthæi Neubrunneri hospitis Voss / Naturæ sanguineæ, facie rubicundâ ex febre continuâ, enormiter delireret, cum *ἀγρυπία*, ego horâ x. nocturnâ vocatus cum Confessionario, cum periculum instare judicaretur.

Exhib. ℞. amygd. exc. ℥ij. 4. sem.

fr. ma. an. ℥j. sem. pap. al. ℥ij. aq. acet. ℥z. bor. ℥j. f. Emull. cui ad fyr. viol. f. è succo pap. errat. an. ℥ß. M.

℞. Ung. popul. ℥ij. ol. pap. ex perf. ℥j. viol. ℥ß. op. Theb. gr. 4. M.

Pro inung. tempor. Per integrâ noctem dormivit, sequenti matutinâ Menti restitutâ.

OBSERVAT. XXXI.

De febre continuâ cum paraphrenesi & vigiliâ diuturnâ.

Cum illius hospitis Filia 14. annorum ex febre continuâ per 14. decubisset, beneficio alexiteriorum & alterantium febris cum prunellâ sublata, non minus die noctuque di-

cacior esset, absurda proferens dicteria, unum verbum vel vigesies repetendo, & insomnis permaneret. Etsi aliâs invitus ad usum opiatorum deveniam, nî urgente necessitate, cum

cum alia frustranea, obtuli laud. op.
cum magist. gr. 4. cum conf. ros. ʒij.
syr. è succo pap. errat. ʒj. M. circa ho-
ram 9. vespertinam deglutiens per
rotam noctem ad meridiem usque
dormivit, mihi metum incutiens, ne
amplius evigilaret: cum autem cir-
ca horam 12. matutinam, demum
excitata, denuò delirare cepit, &
pristinam telam texere perrexit.
Quid tandem contigit? Sequenti
nocte, circa horam 12. stertere cepit
& agonizare, antequam expiravit,

disrupto abscessu interius in cerebro
latitante, profluxit materia purulen-
ta sat copiosa per nares: exin arguen-
dum, cerebrum obsessum inflam-
matione, quæ in abscessum termina-
ta. Haud dubitandum arbitror, quin
in contumacibus deliriis, aut para-
phrenesi refractariâ & lethali, ubi
Naturæ & Medici opera irrita, si
defunctorum cadavera referare li-
ceret, inflammationes & abscessus,
sæpius in cerebro, delituisse, depræ-
hendatur.

OBSERVAT. XXXII.

*De febre continuâ cum dysuria & laudani opiatî
funesto effectû.*

UXOR civis Ulm. complexionis
languineæ, facie, rubicundâ, ex
febre continuâ decumbens cum
dysuria molesta, expetebat pro so-
mno conciliando, præsidium, cui id
consilii suggesti, ut abstineret à so-
mniferis, præsertim narcoticis, so-
porem haud sine periculo inferenti-
bus, tutius esse, vigilias aliquot die-
rum decursum, cum aliquantulâ pa-
tientia sustinere, quàm ex somno co-
acto, damnum accerere, ubi febris
remiserit, somnium ulterò reditum:
sed neglectâ meâ fideli admonitæ,

cum quidam Pharmacopæus illius
cognatus, cognovisset querelam de
vigiliâ, rem esse facilem somnum
provocare jactitans, misit aliquot
grana laudani opiatî vesperi sumen-
da: ea nocte oborto sopore, stertere
cepit, & in somnum Endymionis
incidens nunquam amplius evigila-
vit pro vapores, rheumatis causata. Cau-
tè igitur ac circumspectè agendum,
nec ita temerariò ausu, narcotica ex-
hibenda, sed virium respectus ha-
bendus, & temporum morbi ratio
observanda.

OBSERVAT. XXXIII.

*Quid de sanguine in febris continuis passim grassan-
tibus, emittendo, sit statuendum,*

Pæpè

POenè lippis atque tonforibus notum est, quanta inter Medicos existat concertatio ac digladiatio, de quaestione illa, utrum in febribus continuis Venæsectionem administrare, sit consultum. Et si in re anticipi se arbitrum interponere haud vacet periculo, non minus pro cautela, ea in apicum proferenda duxi, quæ mihi Ratio in calamum dictavit, ipsa experientia comprobavit, & quorundam haud trivialium Medicorum authoritas confirmavit. Cum juxta sententiam Galeni lib. 9. Meth. c. 6. Duo cura Medici statuenda, Ratio & Experientia, quæ ad rem demonstrandam firmiora. Ratio cum Experientiâ conjuncta, mihi potior videtur, & velut Regina respicienda, authoritas verò pro pedissequa habenda. Sanguinis depletionem noxiam & ut plurimum letiferam, Ratio suggerit. Cum enim febrium illarum Scaturigo non proveniat à plethorâ, sed cacochymiâ, & fomes hæreat in putrilagine ac corruptione, serosorum ac pituitosorum humorum, non rarò ichoribus biliosis commixtis. Si Venæsectio adhibenda, humores agitantur ac confunduntur, & vires per resolutionem spirituum vitalium prosternuntur quæ aliàs in corpore cachectico, haud vegetæ, ut postmodum morbo debellando non sufficiant.

Accedit, quod febrium illarum

feminarium plerumque defixum in renis & meseraicis & vasis minoribus à corde distantioribus, exin contingit, ut si vena aperta, primò sanguis effluat laudabilior, post succedat multò deterior, & ita ratione vacui, ad conservandam contiguitatem, vitiosi humores à partibus remotioribus, att loco longius diffuso avocati, propius ad cordis regionem delati, magnam inferant damnum ac periculum.

Cum febres illæ haud careant malignitate, ut magis opus alexiteriis, illam infringentibus, & *pele Cua* ac inquinamentum discutientibus.

Contestatur Experientia, multos qui perseverandi causâ ut essent ab illâ Belluâ immunes, sanguine demisso, eâ demum correptos, prout quædam exempla in meis observationibus consignata, & Philippus Höchsteterus Medicus Augustan, in suis Observ. refert, sibi cognitos ex ordine Patricio, qui absque ullâ præcedentis morbosæ dispositionis, querelâ, ut essent, à febre illâ securi, Venæsectione adhibita, in eam incidere & intra dies paucos perierint, è vivis sublari.

Mihi diuturnâ compertum est Experientiâ, complures febribus illis obsessos, quibus aliorum etiam primariorum Medicorum consilio sanguis missus, intra tres vel quatuor dies ad orcum ablegatos, licet corpora illa, quoad externam speciem, *vifa*

vifa sanguinea & plethorica. Exin ego aliorum vestigijs territus, rarius auctor ac suasor venæ tundendæ.

Etsi in promptu conglomerare auctoritates haud vulgarij Medicorum pro suffragio, sed alijs prætermisiss, succurrat Joh. Agricola Chymiater & insignis Practicus, qui in sua parvâ Chirurgiâ, asseverare non dubitat, venæsectionem in lue Ungaricâ, præsertim si ultra 24. horas, à primâ invasionè proroganda, lethalem, se plures, quam centum, sanguine detractò, observasse, inter necioni traditos. Illi adstipulatur Martinus Rulandus, qui in suo tract. d. lue Ungar. palàm profiteretur, febrim illam, se nunquam solâ sanguinis missione, curatam vidisse, quin potius, si venæsectio vel statim ab initio administrata, eam summo opere exasperatam conspexisse, gravioribus subsequenter symptomatis: exin inferre ac comprobare nisus, cum à sanguinis evacuatione, nihil levaminis sperandum, fomitem febrilem non in plethorâ, sed cacochymia consistere. His adjungendus Hieron. Fracastorius, qui lib. de contag. refert, cum febres petechiales in Italiâ primò grassari cœpissent, maculis rubeis efflorescentibus, ut conjectura, illas habere Analogiam cum sanguine, nec Medicis tum constaret, istius morbi antea ipsis incogniti, medendi ratio, eos curam auspicatorum à Venæsectione, sed omnes, quibus vena aperta, defunctos.

Si Venæsectio plerumque funesta in febre continuâ Ungaricâ dicta, cujus scaturigo ex humoribus pituitosis ac serosis cum bile mixtis, in vasis putrescentibus & fervescentibus, calori nativo continuo incendio multum negocii, facessentibus, duplo majus impendebit discrimen, si in febribus petechialibus phlebotomia adhibenda, quæ ad earum classè referendæ, quæ malignitatis nomine veniunt, quod facultates cordis vitales exiguo temporis intervallo prosternant, actiones verò animales & naturales haud multum ad sensum patiantur, urina etiam sanorum similis appareat. Cum autem causa istarum febrium hæreat, in corruptione ichoris, seu parte sanguinis tenuioris, & spiritus vitales inficiat, eorum mineram corrumpens, exin indubia conjectura, præsertim si per contagium aëris infecti & ad cor attracti, dum spiritus vitales inquinantur, illa lues proveniat, phlebotomiam letiferam, eò magis, si non primo statim die peragenda, sed longius differenda. Cum nec plethora in causa, seu copia sanguinis, nec adsit magnus æstus, aut incensa massa sanguinea, quæ opus habeant depletionè & eventilatione, vitales insuper facultates languidæ existant, quisnam aliter, cui mens sana, judicare potest, quin sanguinis missio (cum præcipua indicatio à vitium robore petenda, quæ vel à pri-

G

mor.

mordio vacillantes) sit periculosa & perniciofa, cane pejus & angue fugienda.

Cum antè annum febres petechiales, in Diœcesi Ulmenfi grassarentur, paganis per contagium militum, in hybernis commorantium, infectis, quidam Loimiater ab inclyto Senatu fuit eò ablegatus ad inquirendum, is domum reverfus retulit, omnes, quibus sanguis missus, demortuos, alios verò abstinentes, evasisse incolumes. Si rusticis robustis & corpulentis venæsectio funesta, quid spei concipiendum de phlebotomiâ administrandâ, in personis macilentis, molliore & imbecilliore Naturâ præditis, calculus facilè est subducendus, de sinistro eventu.

Istis circumstantiis haud ponderatis, nuper quidam Medicus Ulm. graciliore corporis constitutione dotatus, in flore juvenilis ætatis, & vigore sælicitatis in praxi exercendâ, ex immaturâ phlebotomiâ, quartâ demum die adhibitâ, ab invasione febris, sæ largâ sanguinis copiâ (quibus vasculis æneis barbitonforum, emissis) sibi vitam decurtavit, eò magis, cum febris illa petechialis, per causam externam, contracta, dum visitando ægros consimili lue inquinatos, & ipse infectus. Aliena pericula sint tibi pro cautela.

Sed his missis, etsi Ratio cum Experientiâ congruat, & autoritas principium Medicorum assistat,

non minus Venæsectionem haud totaliter repudiandam censërem, quin sæpius, admittenda à principio, in corpore pletorico, virium constantia, & conjectura artificiosa adsit, solum febrile stabulari in vasis majoribus, quæ intra alas & inguina excurrunt, & cum massa sanguinea mixtum, sed cum moderamine, ne quid Nimis. Cum autem ista Medico non semper exactè cognita, an non consultius in re tam dubia à venæsectione abstinere, quàm insperatum damnum accersere & occasionem morti præbere.

Sæpius in animo meo concitata est admiratio haud levis, Exteros Medicos, Italos, Gallos & Hispanos, in omnibus indiscriminatim febribus continuis curandis, in sanguine emittendo, tam profulos. Recedit mihi in memoriam, me dudum ex ore Ill. ac Gener. Dn. Wolffgangi ab Hermstein / L. B. percepisse, cum Parisus commoratus in febrim continuam incidisset, à Medico aliquot vicibus sanguine missa, se quidem evasisse, sed alios tres Germanos & quidem suos conterraneos Barones consimili febre detentos, eodem modo tractatos, vitam cum morte commutare coactos, etsi ille pusill⁹, staturâ brevi, corpore tenui; hi autem multò proceriores, corpulentiores & robustiores existimati. Cum nuper modernus Rex Hispaniarum, ex febre continuâ decumberet,

beret, in Noyellis typis excusis, legere contigit, sextâ vice sanguinem, consilio Medicorum, emissum. Tanta profusio, à nostratibus bajulis vix ferenda. Sed quid causâ, quod illæ Nationes copiosiorum sanguinis depletionem sustineant & minus periclitentur.

Haud abs re, subicere ea, quæ Zacutus Lusitanus lib. Obs. de sanguine Hispanorum & Germanorum tradit, cognitu & notatu dignissima. In corporibus Hispanorum abundare sanguinem crassum, succulentum ac compactum, ut si febris continuâ corripiantur, nisi larga sanguinis missio interveniat, omnes moriantur. E contrario, Germanorum corpora conferta sanguine crudo, aquoso, non benè firmo. Si in febribus sanguis Hispano missus fluidus, aquosus non concreseat, indubium indicium, etiam Idiotis cognitum, omnes mori, quia fibræ ejus sint corruptæ ac dissolutæ: In Germania autem non tantum in morbis malignis, sed & salubrioribus, & va-

letudinariis, sanguinem fluidum & aquosum esse expertem omnis periculi. Exin contingit, ut Germani largiorem in primis sanguinis missionem difficulter ferant, quod eorum sanguis minus spirituosus, cum testis Experientia, si in sanitatis statu, præservandi tantum causa, vena sece- tur, sapius sanguine adhuc fluente, in graves incidant lipothymias: multò magis id verendum in febribus continuis. Cum & Itolorum Natura ab Hispanorum constitutione haud multum distet: Gallorum autem complexio ignea, ut majori opus per venæsectionem eventila- tione.

Quare rebus sic stantibus, optimum esset consilium, ut Medicus praxin exercens, eam adhiberet providentiam ac cautelam, & se accom- modaret, pro diversitate locorum, & Natura ægrorum, duce Ratione & Experientia viam monstrante. Hæc æqua judicii lance, æquo lecto- ri, ponderanda committo, suam cui- que ^{repleti} inviolatam reliquens,

OBSERVAT. XXXIV.

De febre continua cum insigni ardore & incendio dextri hypo- chondrii, cum inappetentia & lingua arida.

Quidam Vir Italus 50. annorum, non naturali in toto exorbitante, ordinis mercatorii, Naturæ cholericæ, in hospitio Ulm. divertens febre continua est correptus, calore magno in primis ardore & incendio circa dextram abdominis regionem, infestante, intestinorum cum locis

vicinis inflammationem contestante, accedente *ἀνοξιᾷ* & oris amarore. Quin febris illa pronata ex fervore & ebullitione massæ sanguineæ cholericæ, per putredinem concitata, indubium. Prima vice ordinavi potionem cholagogam, sed irriti effectū, eā ne unicam sedem causante. Altera matutina exhibitus iste bolus:

℞. Magist. Jalap. gr. xv. Ess. scam. gr. vi. Elect. lenit. ꝓβ. M. f B.

Exin sat largi secessus septem subsecuti, exeretā materiā valde croceā & fervidā, humorem biliosum prodeunte, cum magno levamine & *φλογώσεως* remissione, ægro lætitiā ipso vultu & sermone præferente, & præstantiam medicamenti laudibus ad astra evehente, cum antea de vitā periclitari visus, exin optimam restitutionis spem conceperat. Et sanè Bolus ille albo calculo est notandus, & in vario morborum genere felici successu usurpandus, mutata tamen dosi ingredientium, pro diversā virium & morbi constitutione. Cum ardores residui, ad incendium penitus restinguendum.

℞. Sal. prunell. ꝓβ. syr. viol. simpl. è succo pap. errat. an. ꝓiβ. aq. frag. acetos. an. ꝓiβ. M.

In diluculo assumpsit, in lecto quievit, exin duos copiosos secessus

habuit, (non electivè purgandō, sed abstergendo & de obstruendo) & rejectā materiā flavā fervidā, in transitu intestinorum perceptā, plenariè convaluit, & ita præter suam spem, me etiam in ambiguo hærente, intra quadriduū, à periculosa febrī, immunis evasit, aspirante gratiā divinā. Illa cura tam felici auspicio capta & peracta, æger ille gratitudinis memor, etiam aliis suis contereaneis in eodem hospicio diversantibus, consimili febre continuā, sat gravi symptomatam *συνδρομῇ* comitante, laborantibus (quorum sex erant) fidelem meam operam commendavit, exin & ipsi meum expertes consilium, eorum corpore prius probè evacuato, à serosis ac biliosis humoribus depurato, in quorum fervore ac ebullitione per putredinem concitata, hyparxis illarum febrium consistit, post exhibitis diaphoreticis & *φλογώσεως* restinguentibus, omnes intra sex dies in integrum restituti, prætermisā phlebotomiā.

Exin relucet, tot exemplis testimonium perhibentibus, non Germanos tantum, sed & Italos, pari prosperitate, sine venæsectionis adminiculo, brevi temporis curriculo, in pristinum sanitatis statum, vindicari posse.

*De febre continuâ, dolore colicum mentitâ, cum
ἀνορεξία & siti immensâ.*

Quidam civis honestus Ulmenfis
60. annorum, Naturæ melan-
cholicæ, primo conquestus de infi-
gni dolore, dextram abdominis re-
gionem occupante, cum pridie ce-
revisiam & vinum recens nondum
defæcatum hausisset, urina mihi vi-
senda oblata, suspitione obortâ, il-
lum colicâ discrucari, hydromel laxat.
ordinatum, de quo uno atque
altero haustu assumpto, licet ali-
quot exin secessus procreati, non
minus dolores perseverarent, mea
requisita præsentia, ex contuitu &
mutuo colloquio, varias circum-
stantias percontando, depræhendi,
illum febre continuâ infestari, men-
tiente dolorem colicum, circa dex-
tram abdominis regionem admo-
dum molestas punctiones, conci-
rando, & ex affluxu sanguinis fervi-
dioris, inflammationem intestino-
rum causando, cum calore totius nõ
naturali, ἀνορεξία & siti inexhaustâ,
linguâ asperâ, & raucâ voce. Cor-
pore beneficio hydromel laxat. satis
evacuato, præscripsi potionem alexi-
teriam hydroticam.

℞. Pul. rub. Pann. spec. d. hyac. an.
ʒj. syr. acetosell. citri. an. ʒʒ. aq. acet.
card. ben. an. ʒiʒ. M.

In lecto operto sat largus su-

dor provocatus, per duas matutinas
reiteranda, cum symptomatum le-
vamine. Cum autem dolor non ce-
deret, clystima ordinatum.

℞. Herb. malu. viol. mer. pariet.
a. m. j. chamo. melil. a. m. ʒ. hord.
mund. p. iij. sem. anis. carv. an. ʒj. dec.
in aq. ad med. col. ℞. ʒx. El. diacath.
lenit. an. ʒvi. Ros. Mel. ʒij. ol. amygd.
dul. ʒij. choo. ʒj. mel. viol. ʒiʒ. sal.
parum f. cl.

Et si dolor exin remissior factus,
non tamen est sublatus, exterius hoc
cat. apl.

℞. Far. panis al. **Geigenmeel**/
q. ʒ. cum lact. vac. rec. fiat puls. cui
ad. ol. ros. compl. chamo. an. ʒj. vitel.
ij. ovor. f. cat.

Linteo crasso inductum apl. in do-
lore placâdo, multum contulit. Cum
per quadriduum alvus adstricta, ad
eam referendam, seq. clystima inje-
ctum.

℞. Lact. vacc. rec. ʒj. ol. comm.
quart. i. vitell. ij. ovor. M.

Id per bihorium retinuit, post de-
mum operari capit, magnâ excre-
mentitiorum humorum copiâ ex-
terminatâ. Id laudibus mire extulit
& prætulit superiori clysteri ex pur-
gantibus concinnato.

Ex isto clysmate & cataplasmate,
G 3 crucia-

cruciatu ille & punctiones acerbæ pacatæ & sublata, cum fervoris re-
 stinctione. In illo subjecto verum
 deprehendi, quod D. Adrianus Spi-
 gelius de febre semitertianâ refert,
 se resectis cadaveribus eorum, qui
 febre illâ è vivis sublati, & antea
 conquesti de inmani ventris dolo-
 re, quasi colicâ infestati, deprehen-
 disse in tenuioribus vel crassioribus
 intestinis, erysipelata inflammato-
 ria, vel inflammationes erysipela-
 ceas. Quin in febribus continuis
 passim grassantibus, dum de sævo
 ventris cruciatu, quærela, à consimi-
 li causâ proficiscatur, indubium æ-
 stimo.

Cum æger ille ex insperato circa
 vesperam, in sinistra abdominis re-
 gione, tam ingenti dolore corre-
 ptus, ut jam mortem instare præsu-
 meret, materiâ sursum ad cordis vias
 contendente, nî subitum ad manum

præsidium, tantum impetum se diu-
 tius sustinere non posse quiritans,
 quin succumbendum. Urgentibus
 doloribus suam ancillam ad me ab-
 legavit circa horam decimam no-
 cturnam, quæ mihi jam in lecto de-
 cumbenti, miserum Heri sui statum
 exposuit, & ut ei periclitanti, subve-
 nirem obtestata. Inopinato illo casu
 & ego perterritus & attonitus, quid
 agendum, sed bono Genio cogita-
 tiones meas dirigente, ilicò ordi-
 navi.

Ol. stillat. carv. cujus gut.v. cum
 coch. ij. 19. gall. macr. exh.

Calide assumeret præcepi, eo de-
 glutito, incantamenti instar, dolor
 è vestigio recessit, & cum sequenti
 matutinâ agrû visitassem, se benefi-
 cio illius medii, quasi à morte ad vi-
 tam revocatum, retulit & celebra-
 vit, & ita intra dies paucos, à graviss.
 symptomatis, sospes evasit.

OBSERVAT. XXXVI.

*Febris continua, in Patriciâ hysterice Symptomatis ob-
 noxiâ, felici auspicio, depulsio.*

CUM quædam Patricia primarii
 Senatoris Conjux, 45. annorum,
 complexionis sanguineæ, facie rubi-
 cundâ, febre intermittente erraticâ,
 correpta, ab eâ aliquandiu durante,
 tandem immunis reddita, cum re-
 staret insignis inappetentia, ab hu-
 more bilioso orificium ventriculi

occupante, & Gustatum corrup-
 pente, ut omnia assumpta amarore
 infecta judicata, tandem erupit ac
 supervenit febris continua Cholera
 in ventriculo hærente, putrescente
 & effervescente urinâ crassâ & bilio-
 sâ apparente, calore infesta, sed in-
 primis ingens querela, de fissuris in
 lingua,

linguâ, faucibus & ipso etiam œsophago concitatis, ut agrè, nec sine magno dolore vel jusculum Gallin. deglutire licitum. Cum res in præcipiti, nec alterius Medici opera, in priori morbo, ex voto, meum requisitum consilium.

Cum Matrona illa delicata, & vires à priore morbo bimestris spacio durante, sat attrita, insuper accedente levi irritamento, matricis suffocatio verenda, exin cautè ac circumspèctè in cura, erat procedendum.

Cum & à præcedente morbo, & à medicamentis exorbitante operatione hypercatharsin concitantibus, & chronico ciborum fastidio, vires imbecilliores, haud videbatur consultum, quidpiam pharmaci solutivi per os exhibere, sed cum per quadri-duum alvus constipata, per clystima emolliens & leniter evacuans, fuit referata.

℞. Mal. alth. betæ, acetos. a. m. j. hord. m. β. sen. anisi. ℥j. dec. in aq. ad med. col. ℥. ℥. x. in qua dif. El. diacath. lenit. an. ℥. β. ol. amygd. dulc. ℥ij. viol. ℥j. sal. parum f. cl.

Injectum ultra horam retinuit, le-ni cum *υποφλογο* succedente operatione, excretis per intervalla humoribus biliosis & fœtidis, cum levamine & laude. Alterâ matutinâ exhalap. Bezo. ori. gr. iij. cum aq. bor. & acet. desuper in lecto contacta, pro virium tolerantia, sudaret, sed uor tantum provocatus.

De hinc cum vires infirmiores, rationi consonum, à medicamentosis abstinere, cum non rarè plus damni ac periculi, præsertim in febribus illis malignis, ab immaturo ac importuno medio, quàm ipso morbo. Exin mea intentio eò directâ, quò Naturæ succurrerem, per alterantia ac corroborantia, & gravioribus symptomatis occurrerem.

Ingens erat querela de prunellâ cum fissuris in linguâ, faucibus & œsophago torquentibus & deglutitionem impredientibus, ne cochlear jusculi Gall. citra cruciatum, transitum permittentibus, contra illud symptoma, strenuè depugnandum fuit. Sequens Gargarismus, tertia quoque hora, per siphunculum, manu Chirurgi, injectus tepidè, magnum auxilium, ardorem linguæ & faucum mitigando, & materiam albicantem adhaerentem abstergendo.

℞. Aq. prunell. ℥ij. plantag. fragorum, acetos. an. ℥. β. diamor. ℥ij. tro. d. nitro præp. ℥j. M.

A cujus usu, lingua & fauces illitæ seq. mixtura.

℞. Syr. à suc. pap. errat. ℥vi. syr. Granat. dulc. diamor. a. ℥. β. M.

Sed ob fissuras, tolerare non potuit, conveniens fuisset, syr. viol. simpl. velut omnis acrimoniæ expers, sed odor & sapor illius Naturæ erat adversus. Pro materia glutinosa in faucibus & œsophago subsistente, mundificanda,

℞. Aq.

℞. Aq. scab. ꝑiij. tussil. ꝑij. hyss.
bot. an. ꝑj. syr. liquir. ꝑvi. syr. jujub.
ꝑß. sacch. candidalbi ꝑij. M.

De quo aliquoties in die cochl. j.
sensim deglutiebat, id ferre potuit
& libenti animo accepit magno cum
commodo, exin etiam se recreari
sentiens. Pro potu ad alterandum &
malignitati obviandum, ordinatum
decoctum c.c.v. præp. ꝑvi. f. p. dec.
in Mens. ij. aq. In hujus vitro M.
cochl. j. syr. Granat. dulcium, is hau-
stus erat acceptus, ob colorem vi-
num suum rubeolum appellabat.
Omnia acida & suaveolentia erant
inimica.

Pro viribus reficiendis aqua cor-
dial.

℞. Aq. ceras. nig. ꝑij. bor. bugl.
an. ꝑiij. Capon. f. acetosell. an. ꝑj.
marg. præp. ꝑj. lap. Bezo. ori. gr. vi.
man. Chr. petl. ꝑvi. M.

Lac amygd. dulc.

℞. Amygd. exc. num. 50. sem. Me-
lon. exc. ꝑß. passul. major. sine arillis
m. ß. f. Emulsio eum aq. font. ꝑß. iß.
aq. bor. ꝑß. dulcor. sacch. q. ß.

Gelatina valde amica:

℞. Caponem dimidium, vino &
aq. bor. lotum, remotâ ping. minu-
tim concid. ossa conterantur, ad
pauca maci & cinnamo. contracti
carnis vitulinae exiguum frustum:
aq. borag. ꝑij. decoq. in alembico vi-
treo, in B. M. usque ad dissolut. col.
& leviter exprimatur, effund. in pa-
tinam & in loco frig. coagul. de qua

Nuc. jug. mag. cum 3. 4. cochl. jusc.
Gall. cal. sæp. exhib.

Exterius admota naribus ad odor,
℞. Cinnamo. mac. gal. minor. an.
ꝑß. f. Nod. infud. in aceto rubi Idæi.
℞. Fl. bor. bugl. meliss. anth. an.
p. ij. sp. diamarg. frig. ꝑß. cum sind.
rub. & modico gossip. interpaf. f. 2.
succuli pulsatiles seq. aqua imbuen-
di & utrique carpo tepidè appl. ℞.
Aq. bor. bugl. an. ꝑiij. meliss. ꝑj. aceti
rubi Idæi. ꝑiij. M.

Circa finem febris ad alvum la-
xandam & educendos humores re-
fiduos clyf.

℞. Herb. mal. alth. viol. betæ an.
m. ß. fl. chamo. p. ij. sem. anisi ꝑj. dec.
in aq. ad med. de col. ℞. ꝑx. in qua
diss. Elect. diacath. El. lenit. an. ꝑß.
mel. anthof. ꝑx. ol. amygd. dulc. ꝑij.
chamo. ꝑj. sal. parum f. cl.

Leniter sat copiosi biliosi humo-
res excreti, cum omnium sympto-
matum remissione.

Etsi Matrona illa aliàs levi occa-
sione hysterice symptomatis exagi-
tetur, tamen omnia præsignata re-
media, ad illius Naturam & mor-
bum ita erant accommodata ut lau-
data, & intra octiduum ab exitiosa
febri (prout multorum opinio) li-
berata. Prosperitas curationis non
tàm consistit in variâ farragine,
quàm aptitudine remediorum, &
exacta cognitione morborum, cum
respectu Naturæ ægrorum. Cum
ægra ab omnibus aliis symptomatis
vindi-

vindicata, supervenere tormina, qui-
 bus placandis, ordinatum clyfma.
 ꝛ. Jusc. Gall. ꝛꝛ. in quo dif. ol.
 amygd. dulc. ꝛiiij. mel. anthof. ꝛiij.
 vitel. ij. ovor. M.

Per tres horas retinuit, post ope-

rari capit, remollitis excrementis,
 copiosa bilis flava rejecta & ab omni
 molestia immunis reddita. Deo Opt.
 Max. sit laus in ævum, pro votivâ
 salute, & exin haud modica mihi
 conciliata benevolentia & fama.

OBSERVAT. XXXVII.

*De febre continuâ cum sudore frigidus sat
 copioso, soluta.*

AN non febris illa aphorismum
 Hippocraticum lib. 4. aphor. 37.
 falsitatis arguat: Sudores frigidi,
 cum febre acutâ mortem, cum mi-
 tiori, longitudinem morbi signifi-
 cant. Hieronymus Cardanus tam
 insolenti erat ingenio dotatus, ut
 millesimo quoque anno, unum tan-
 tum excellentem Medicum fuisse,
 & se à millenario sexto, esse sextum,
 suo calamo divulgare, non est vere-
 cundatus, qui in commentario præ-
 citati aphorismi refert, se vidisse No-
 bilem Hispanum, ex febre Tertianâ
 decumbentem, sudasse frigidissimo
 corpore, qui tamen intra quadri-
 duum restitutus, licet parum abfue-
 rit, quin gloriam magnis laboribus
 & summâ diligentia, apud Gentem
 Hispanam partam, sauciarit mortem
 prælagiendo. Exin haud levis in ani-
 mo meo concitata est admiratio,
 sagacissimum aliâs Cardanum, ex
 illo aphorismo ad oð perplexum red-
 ditum, ut ferme lethalem sudorem

illum pronunciarit, cum id ex ver-
 bis Hippocratis elici nequeat, cum
 disertè tradat, sudores frigidos, cum
 mitiori febre, morbi diuturnitatem,
 non autem mortem portendere af-
 serat. Cum autem Hispanus ille,
 non febre acutâ, sed Tertiana inter-
 mittente, detentus, non cerno ratio-
 nem Cardanum remorantem, aut
 ambiguum in suo prognostico red-
 dentem. Ego autem infallibili fide
 propono casum à me observatum,
 in virgine quadam Carinthiâ, cui-
 dam Baronissæ inserviente, quæ fe-
 bre continua, haud experte maligni-
 tatis, correpta, cui aliquot dierum
 intervallo post erupit sudor in toto
 corpore, præcedente rigore, admo-
 dum frigidus & copiosus. Eo viso,
 eram attonitus, in suspensio hærens,
 de prælagio, utrum autoritate Hip-
 pocratis simpliciter standum, & si-
 gnum illud lethale, pronuncian-
 dum. Sed ad præcavendam calu-
 mniâ, isthac cautela sum usus, illius

H

Gene.

Generosæ indicans, spem salutis ver-
sari in præcipiti, & secundum effa-
tum ipsius Hippocratis, Medicorum
Principis, sudores frigidus, in consi-
simili febre, æstimari letiferos, sed
eo non obstante, Naturæ opituland-
um; quoad per facultatem Medi-
cam licitum, cum illa sæpius mira-
cula edat, & convenientibus mediis

adjuta, morbum evincat. Prout &
illa ægra quasi ex orci faucibus sur-
repta, in vitam fuit revocata. Exin
etiam apparet, nullam regulam tam
firmam, aut certam, quæ aliquando
exceptionem admittat, cum non ra-
rò Natura robusta, omnem vim
morbi, præter spem ullam huma-
nam, eludat, & victrix evadat.

OBSERVAT. XXXVIII.

*Febris continua validioribus purgantibus exasperata,
benignioribus profligata.*

CUM Vir quidam honestus civis
Ulm. 50. annorum, Naturæ me-
lancholicæ, totius corporis habitu
& vultu, ad nigrorem vergente, fe-
bre continuâ correptus, primis die-
bus alterius Medici adhibuit ope-
ram, qui ordinavit.

℞. Elect. diaturb. cum Rhab. dia-
cyd. lax. lucidi. an. ℥iij. diagrid. gr.
vi. tro. alhand. gr. iij. syr. viol. lax.
℥vi. dec. fl. & fr. cum sen. q. s. f. p.

Quin & clysmâ injectum, cujus
inter cætera ingredientia, erat Elect.
Bened. lax. ℥iij. caryocot. ℥ss. Sed
qualis exin effectus? Etsi illa ex va-
lidiss. concinnata solutivis, non mi-
nus, parum excrementi eduxerunt,
ingentia tormina concitando & cre-
bras lipothymias causando.

Cum indices graviora ingruerent
symptomata & mea efflagitata præ-
sentia, audita querelâ, de sinistro me-

dendi processu, ostensis etiam rece-
pris, in animo meo haud levis exor-
ta est admiratio, in corpore *πρωτόβλητο*
macilento & viribus attrito, tam va-
lida oblata pharmaca, rustico robu-
sto vix ferenda. Ego accersitus, cum
animadvertirem residuos humores
biliosos cum phlegmate mixtos, or-
dinavi.

℞. Extr. d. carth. d. Rhab. simpl.
an. ℥ij. syr. d. mann. lax. Ros. sol. an.
℥vi. dec. fol. sen. ℥j. M. f. p.

Exin aliquot secessus provocati,
sine ulla virium offensione, & cum
symptomatum febrilium remissio-
ne. Ad fomitem febrilem penitus
tollendum.

℞. Pul. rubr. Pannon. ℥iij. lap.
Bezo. ori. gr. 4. aq. acer. card. ben.
an. ℥iij. M.

Desuper in lecto sudavit. Altera
matutina cum desideraret minorem
dolin.

dofin. ℞. Lap. Bezo. ori. gr. vi. marg.
prap. gr. v. aq. card. b. ℥j. acetofel.
bor. an. ℥℞. M.

Et ita æger ille paucorum dierum
intercapedine, cum nominis mei
encomio fuit restitutus. Cum per
quadriduum alvus obstructa, clyfma
apl.

℞. Herb. mal. alth. viol. acer. mer-
cur. an. m. ℞. hord. mundi. p. iij. fl.
chamo. p. j. sem. anif. ℥j. dec. in aq. ad
med. col. ℞. ℥x. in qua diss. El. dia-

cath. El. lenit. an. ℥vi. ol. amygd. dul.
viol. an. ℥i℞. mel. viol. ℥j. vit. j. o. sal.
parum f. cl.

Pro reficiendis viribus & lipo-
thymiâ abigendâ ista aqua cordialis
erat grata & laudata, cum à priore
Medico ordinata inaccepta.

℞. Aq. bor. bugl. an. ℥i℞. ceraf.
nig. acetofell. an. ℥j. Ros. cinnam. an.
℥vi. marg. prap. ℥j. lap. Bezo. ori. gr.
iij. ma. Chr. perl. ℥℞. M.

OBSERVAT. XXXIX.

De febre continuâ cum pectoris angustia &
suspirio.

Cum quidam Ecclesiastes Ulm.
in summo templo 69. annorum,
corporis constitutione procerâ, sed
macilentâ præditus & complexionem
Cholericâ dotatus febre continuâ
est correptus, calore non naturali in-
festante, cordis angustia & difficili
sermocinatione inprimis molestan-
te, cum ægrotare cœpisset, urinam
tantum visendam misit, cum de mor-
bi genere haud exactè constaret, &
alia medicamenta averfaretur, vi-
num medicatum laxativum ordi-
natum.

℞. Rad. cicn. Enul. Garyo. an. ℥ij.
herb. absinth. card. ben. hyss. beton.
meliss. an. m. ℞. fol. sen. l. ℥j. Agar.
rec. tro. ℥iij. Rhab. El. ℥i℞. cinna-
mo. ℥i℞. Gal. min. ℥ij. Jujub. ℥℞. f.

lac. infund. vin. ℞. ℥. aq. cich. ℞. j. ad
vini calorem moderandum.

Duos tantum haustus assumpsit,
levi evacuatione factâ, mea requis-
sita præsentia, tum ex præcitatâ sym-
ptomatis, febre continuâ illum ob-
lessum, innotuit, è vestigio ordinavi
pulverem alexiterium hydroticum,
ad *quæ* febrile discutiendum, in
diluculo sumendum.

℞. Pul. rub. Pann. ℥j. spec. d. hyac.
℥℞. lap. Bezo. ori. gr. iij. syr. è succo
acetosella ℥℞. aq. acet. card. ben. an.
℥i℞. M.

Cum in lecto opertus, sudor affa-
tim in toto corpore erupit, cum
magnâ allevatione. Alterâ matuti-
nâ idem haustus reiteratus, multo
minori sudoris effluvio succedaneo,

H

Cum

Cum residua cordis angustia cum suspirio, prodens sanguinis biliosi, in venis cordi vicinis, ebullitionem, præscripti, potiunculam alterantem.

℞. Syr. viol. l. è succo pap. errat. an. ʒiij. sal. prunell. ʒj. aq. acct. frag. an. ʒiʒ. M.

Exin omnia symptomata disparuerunt, ipsi agro erat gaudium, quod à tantâ molestiâ liberatus, quin & ego magnâ curâ ac sollicitudine levatus. Laus esto superis aspirantibus.

Cum alvus adstricta per triduum, ad intemperiem calidiorem contemperandam, & humorem biliosum revellendû, clystma ordinatum.

℞. Herb. malv. viol. mercur. acetos. betæ an. m. j. hord. mundi. m. ʒ.

fl. chamo. p. j. sem. anisi. ʒj. dec. in aq. ad med. col. ℞. ʒx. in qua diss. El. diacath. ʒvi. El. lenit. ʒʒ. mell. viol. ʒj. ol. viol. amygd. dulc. an. ʒiʒ. sal. parum f. cl.

Sibi admodum profuisse prædicabat, sat largâ evacuatione succedanea, cum ^{in Opia.} Pro potu ordinatum dec. c. c. v. præp. ʒvi. pro Mens. iʒ. aq. uno pomo citri excort. in taleolos secto immacer. & sacch. l. dulcor.

Et ita prænominatus æger, intra sexennium, quartâ vice, à febre malignâ comitantibus gravioribus symptomatis, benedictione divina accedente, meâ operâ liber ac immunis evasit.

OBSERVAT. XL.

De febre Hæctica cum continua conjuncta, casus singularis & rariss. concernente Dn. Joh. Jacobum Bachmannum Secretarium Reip. Ulm. cui erat funesta.

Cum tam variæ ac discrepantes imperitorum & defunctum visitantium comperiantur opiniones, de morbi genere, inter eos etiam extant, sinistra suâ censurâ Medicos illius curæ inservientes, fugillantes, quasi morbi ratio ipsis incognita, haud abs re duxi, casum illum delineare, & veritatem ad oculum demonstrare. Erat autem æger ille statura procera, corporis constitutio-

ne macilentâ, & temperaturâ calidiore præditus, ad choleram propensus, prout ex colore faciei fusco flavedine mixto, à Natura insito, apparuit. Quin & hoc albo calculo est notandum, illum per quadrantem anni, ante invasionem morbi, tantâ mœstitiâ affectum, ut rarò sua spontè loqui solitus, quin sermonem exprimere & quasi extorquere, necessum fuerit, ipsius domesticis admiranti-

rantibus nec tum liquentibus cauus, quæ tamen post obitum innotuere eas, sat ponderosas fuisse. Exin et si in appetendo & assumendo cibo nullus defectus, non minus corpus indies magis contabescere cæpit, facie totâ inprimis marcidâ apparente, ut Salomon asseverare nõ dubitarit, quod Spiritus tristis exiccet ossa, nõ dum carnosâ. Post trimestre demum spacium, in subiecto illo tam malè disposito; & quidem in senili quinquaginta novem annorum ætate, supervenit morbus funestus, qui statim ab initio versipellis fuit, varietate symptomatum, Medicum eludens, ut ingenuè fatear, me consimilem casum, vix unquam vidissè, aut in aliorum Medicorum observationibus editis, legissè: hoc tamen pro certo est constituendum, primam illius morbi originem cœpissè, & per totum decursum hæsisse, in spinæ dorsii superiori parte exordiendo, & usque ad imum devergendo, erat querela de continuo dolore primo punctorio, sed post lancinante & æstuante, haud levi *φλογώσας* perceptâ, se præsentabant quotidiani sudores sat copiosi & symptomatici, vires resolventes, de quibus querula vox sæpius audita, exin se multum debilitari, noctu & interdium molestantes, urinâ per aliquot septimanas valdè rubeâ perdurante, indies toto corpore luculenter tabescente, pulsu frequentiore, inæquali, ad du-

ritiem vergente, calore primo contactu haud magno se præsentante, sed digitis diutius arteriæ immorantibus, intensiore occurrente, à cibo sumpto luculentiore se prodente, velut aquâ calci affusâ, fumum spargente.

Ex illorum symptomatum *συνδρομή* innotuit, non aliud morbi genus colligendum, quàm febrim hecticam cum continuâ conjunctam, sedem suam, in spinali regione defigentem, ex putredine & ebullitione humoris biliosi & serosi procedentem, æstum eò loci, ac fervorem concitantem, & sensim tabescentiam causantem, paulatim humidum substantificum depascentem, haud secus, ac candela accensa sebum liquefacit ac resolvit. Sed dubium moveri possèt, de primario loco affecto, utrum in nervoso, vel venoso genere, in lumbis recumbente, causa mali hæserit. Non in illo, quia in sensu, aut motu, nullum unquam impedimentum, est observatum: quin in venâ cavâ, vel etiam arteriâ magnâ, & earum propaginibus dolor ille lancinans & flagrantiam exerens, (qui non rarò se extendit ad hypochondrium dextrum) ac febrilem dispositionem causans, fuerit concitatus, rationi consonum videtur. Exin febris illa lenta, intervenire putredine, testudineo gradu procedens emerit, sensim humidum alimentare & radicale depopu-

lando. Sed quid causa, cum æger per totius morbi bimestris spacio durantis decursum, nullam sitim senserit, nullo capitis dolore infestatus, nulla inappetentia, aut cibi fastidium præsens, lingua & fauces puræ permanserint, usque ad extremum Fati diem, nullis tordibus, aut fuliginibus inquinatæ. Si verum fati teri fas, non rarò obstupui, magnâ admiratione captus, illas partes, tam diu illæsas perdurasse. En tale me responsum? An quod fomes illius febris coercitus in loco à corde longius diffuso, quæ lento passu, calore haud intenso ac flammeo incedens, & pedetentim grassando, vires attrivit, dum iad cor, veluti ultimum moriens ventum, ægrum confecit & è medio sustulit. Hoc autem probè est notandum, febrim illam hecticam cum putridâ copulatam, non fuisse essentialem & in corde primariò defixam, sed accidentalem & symptomaticam censendam, è lumbis emergentem, sensim totum destruentem & accedente fluxu alui colliquefactivo, mortem invehentem. Quin & plerique ægrum inviventes, & faciem Hippocraticam cernentes, oculos concavos, tempora collapsa, totum vultum marcidum & luridum, exin collegerunt, malum hecticum, & morbum funestum.

Et si ex conjecturis artificiosis superius adductis sat pateat, morbi

genus, non minus haud repugno, si quis insuper statuatur, *scilicet* quidpiam occulti adjunctum, cujus causam rimari ac comprehendere Rationi haud obvium, ut fallere posset vel sagacissimum Medicum.

Cum igitur res ita comparata, cuivis facultatis Medicæ perito ponderandum committo pectore candido, an non febris hectica cum putridâ unita, suapte Naturâ, ab universo Machaonio choro, pro lethali ac immedicabili morbo habeatur, propter indicationum contrarietatem, cum illa requirat humiditatem ac humidum substantiale restaurantia: hæc autem efflagiter *evacuantia*. Sed in tali affectu clementer, nedum vehementer purgare, (prout quorundam insana, consilia) ob metum fluxus colliquefactivi, an non esset ipsam mortem accelerare, nisi per convenientia clysmata, quæ in ægro illo luculenter contulere, per os autem ingesta plurimum obfuerent, præsertim cum materia illa in lumbis conclusa, vix violentis etiam pharmacis averruncari queat, vires autem ægri imbecilliores, ad sustinendam validam impressionem, impares. Et si vires sufficientes ad ferendam subtractionem materiæ morbificæ, non minus, ob pravam *diabesim* ac dispositionem in parte affectâ relictam, subinde nova recollecta excrementa, fomitem febris subministrassent, quæ successivè ægrum, vi-

ribus

ribus resolutis, æquè internecioni tradidisset, & sic omnis opera Medica fuisset irrita. Si Hippocrates cum Galeno ab orco revocandi, adferendam sententiam, morbum illum nullis præfidiis humanis superabilem, pronunciasent, præsertim in tam provectâ quinquaginta novem annorum ætate, (cui febris illa dissentanea. Præsupponitur enim causæ magnitudo, & major requiritur potentia ad morbum calidum inducendum, in senectâ frigida, juxta Hippocr. l. 2. aph. 37.) & præcedentibus gravioribus animi Pathematis, quibus vires attritæ, ut perviciæ morbi supervenientis resistere nequierint, quin tandem æger à tali febre confectus, quæ in subiecto juvenili & robusto, aliàs censetur funesta.

Sed Viduam defuncti hoc inprimis desiderare, si morbus ille lethalis judicandus, cur non indicatum,

cum sæpius ipsa querula morbum sui mariti videri funestum, cui respondi, non vacare periculo, sed tamen haud omnem spem abjiciendam, bona intentione & solati loco regessi, cum Natura convenientibus remediis adjuta, multoties miracula edat, ut æger præter omnem spem humanam, etiam non rarò præclarissimorum Medicorum opinionem, quasi è faucibus mortis subtractus convalescat, proin illum solis prognosticis haud relinquendum, quin præfidiis Medicis, pro virili succurrendum, eventum Deo, & fatali dispositioni, esse committendum. Tandem supervenit fluxus colliquifactivus, & finem vitæ imposuit.

Ex tot historicis exemplis relucet, quantâ symptomatum varietate, febres illæ hominè invadant & torqueant. Nulla observatio occurrer, in qua non peculiare symptoma notandum, in cæteris haud conspicuum.

Appendicula de Pestilentia.

OBSERVAT. I.

De Peste cum duobus bubonib. in Inguinei & uno sub ala sinistra resolutis. Quam noxia aqua Bezoartica ex calidioribus ingredientibus.



Uti cœlitum providentiæ & clementiæ, tales mihi functiones destinata, ut nunquam ad id necessitatis compellus,

Loimiatrum agere: sed in nuperâ postremâ pestilentia, à quibusdam meum consilium efflagitatum, non tam ut decumbentes in suis ædibus visitarem, sed consilium tantum commu-

communicarem, id detrectare inhumanum sum arbitratus. Si constisset fore me benevolam ad gratificandum, complures primariæ personæ, meam desiderassent operam. Haud abs re duxi, nonnullas curationes felici auspicio captas & peractas, subjicere. Illud autem in Peste curandâ observandum existimo, aquas bezoarticas & antidota ex calidioribus concinnata ingredientibus, non indifferenter, sed cum iudicio præscribenda, si Natura obrigerit calidior, & calores adsint luculenti, abstinendum, & si iis opus, à primâ statim invasione, antequam febris succensa, & dum vires constant, exhibenda, alias funesta æstimanda. Cum & ipse D. Mindereus, qui per annos complures Loimiatrî officio functus, asseverare non dubitet, omnia alexiteria, post 24. horas oblata, esse inefficacia.

Cum quædam Vidua primaria Peste infecta, primo biduo alterius Medici opera usâ, qui ordinarat aquam Bezoarticam (constabat unicuique haustus thalero) eam assumptam vomitu reddidit, cum altera vice oblata, itidem rejecit: tandem ancillam suam ad me ablegavit, rogatans fidele consilium & se excusans, quod non ab exordio statim morbi mea requisita opera (cum ultra annos 24. meo usâ consilio) verita cum lues pestifera, ne detrectarem, non petere meam præsentiam, sed

contentam, si præscriberem tantum remedia, id honestè recusare non licuit. Exin ordinavi potionem alexiteriam per aliquot dies continuandam, omnes cum voluptate assumpsit & retinuit, quilibet haustus, constabat tantum 24. crucigeris. Licet duo bubones sub utroque inguine oborti unus grandior sub alâ sinistra conspicuus, tamen ad maturationem non pervenerunt, quin præter spem ipsius chirurgi cum admiratione resoluti, quoties ab ingestione alexipharmaci sudavit, luculentum observavit bubonum decrementum, id etiam mirum, quod instante horâ assumendi Alexiterii liptothymiam & cordis angustiam sensit, illo absorpto, ad sudorem se componens, refocillata fuit.

℞. Ele. & dialcord. Fracast. ʒ4. pul. rub. Pann. ʒiʒ. syr. ac. citr. ʒʒ. aq. acet. card. b. an. ʒiʒ. M.

Aq. cordialis:

℞. Aq. bor. bug. cera. n. acet. an. ʒj. cinnam. Ros. an. ʒvi. cordial. Saxon. ʒʒ. coral. rub. præp. ʒj. marg. præp. ʒʒ. Bezo. ori. gr. vi. man. Chr. perl. ʒvi. M. Pro potu, dec. c. c. v. præp. cum syr. ʒ. syr. ac. citr. ʒ2. rib. berb. an. ʒj.

Ob suavitatem omnia commendavit.

Exin patescit, fœlicem medelam non consistere in preciosis ac operosis medicamentis. Cum agra restituta, me conveniens gratias egit

82

& retulit, aquam Bezoarticam à thodus & ratio curandi, ubi cogni-
 priore Medico ordinatam, magnum tum, medelam institutam per aquas
 incendium concitasse, & n̄ vomitu destillatas calidiores alexiterias, iis
 fuisset rejecta, sibi lethalem credidit. abdicatis, alius erat processus desi-
 Recordor cum antè annos 56. pestis gnatus & foelicior cura successit, ut
 Ulmæ grassaretur, complures ad or- plerique evaserint. Et sanè si adsit
 cum mittens, tum Senatam Incluy- febris luculenta, & in calidior cor-
 tum, cum plerique è vivis sublatis, à poris constitutione, quin aqua illa
 Collegio Medico, per decretum, pe- vitæ, potius aqua mortis titulo im-
 gniisse, ut inquisitione facta, de causâ petenda, indubium. Non solum ve-
 tanta cladis cogitaret & eam ren- nenata pestis qualitas est respicien-
 nunciarent, num sinistra cura in cul- da, sed & virium, & symptomaturæ
 pã. Cũ à Loimiatris exigeretur Me- ratio habenda.

OBSERVAT. II.

*Pestis cum bubone dextri inguinis, dolore
 cruris, vomitu.*

Cujusdam Senatoris Ulm. prima-
 riæ Filia 8. annorum, peste corre-
 pta, bubone in dextro inguine ef-
 florescente, cum dolore torum cruris
 infestante, dolore capitis, vomitu
 molesto. Ad virus evocandum:

℞. El. diascord. Frac. ʒj. pul. rub.
 Pann. ʒj. syr. ac. citr. ʒʒ. aq. acet. ʒj.
 card. b. ʒʒ. M. bis in die sudore ex-
 cepto. Pro potu dec. c. c. v. præp.
 cum syr. ac. citr. ʒʒ. rib. ʒj. M.

Pro virium confortatione.

℞. Aq. bor. bug. ceras. acet. a. ʒj.
 cinnam. ros. an. ʒvi. cordial. Saxon.
 ʒʒ. marg. præp. ʒj. Bezo. ori. gr. 4.
 man. Chr. perf. ʒvi. M.

Naribus cum linteolo admov.

℞. Aq. odorif. ros. an. ʒʒ. cinna-
 mo. ʒij. M.

Bubon. apl. Empl. diach. mag.
 cum Gumm. an. ʒʒ. d. melil. ʒij. M.
 Desuper apl. hoc catapl. ℞. R. alth.
 lil. alb. far. sem. lini, fenug. malv. an.
 ʒvj. fl. cham. melil. an. ʒʒ. aneth. ʒij.
 ol. Scorp. lil. alb. chamo. an. ʒʒ. f. cat.

Tumor majori ex parte resolutus
 cum doloris mitigatione, cum ea,
 quæ Chirurgus prius applicarat, do-
 lorem multiplicassent. Cum adhuc
 tumor levior restaret & durities.

℞. Ol. chamo. aneth. an. ʒʒ. lil. al.
 ʒij. M. inung. bis in die, post apl. ℞.
 Empl. oxycro. ʒʒ. diach. cum gumm.
 ʒij. M. & evanuit.

OBSER.

OBSERVAT. III.

Pestis cum duobus carbunculis in pectore, & bubone in sinistro Inguine, accedente vomitu & dolore capitis.

Viri primarii Ulm. filia virgo 20. annorum duos habens carbunculos in pectore, & unum bubonem in sinistro inguine, accedente vomitu & dolore capitis, ita tractata.
 ℞. El. diascord. ꝑ. pul. rub. Pañ. ꝑ. syr. ac. citr. ꝑ. aq. acet. ꝑ. card. b. ꝑ. M.

Id per 6. dies bis quotidie assumens, sudando continuavit. Id admiratione dignum, si consueti hora, potio illa non exhibita, animi deliquia & cordis angustiam sensit, ut illud alexiterium ultrò expeteret, cohausto, recreata & curata.

Aq. cordialis:
 ℞. Aq. bor. bugl. an. ꝑ. acet. ce-
 rasan. ꝑ. Ros. cinnam. an. ꝑ. marg.

prap. ꝑ. Bezo. ori. gr. vi. man. Chr. perl. ꝑ. M.

Pro potu:

Dec. c. c. v. prap. cum syr. ac. citr. ꝑ. Rib. ꝑ. M.

Pulsibus apl.

℞. Fl. bor. bug. viol. melif. anth. a. p. s. sp. cord. temper. diamar. frig. an. ꝑ. cum sind. rub. f. 2. succ. imbutur aq. sequenti & expressi tep. apl. ℞. aq. ros. ꝑ. bor. bug. melif. an. ꝑ. aceti ros. ꝑ. M.

Fronti & tempor apl.

℞. Ung. alab. ꝑ. popul. ꝑ. M.

Contra vomitum:

℞. Bezo. ori. gr. 7. cum aq. card. b. acet. an. ꝑ. M. ℞. Syr. Myrtill. ꝑ. syr. corall. Mivæ cydon. an. ꝑ. sp. vit. rect. gut. 7. M. confer. Ros. vitriol.

OBSERVAT. IV.

Pestis cum Bubone in dextro Inguine, & ingenti dolore capitis, in syncipite.

UXor civis Ulm. primarii Peste infectata, bubone se prodente in dextro inguine & ingenti dolore capitis, in syncipite urgente.

℞. El. diascord. ꝑ. pul. rub. ꝑ. syr. citr. ꝑ. aq. acet. card. b. an. ꝑ. M.

Bis in die affatim sudavit per 6. dies continuando. Potus

Dec. c. c. v. prap. cum syr. cit. ꝑ. Rib. berb. an. ꝑ. sp. vit. ꝑ. M.

Syncipiti apl. ung. Alab. ilicò dolor sopitus. Sequenti Empl. bubo resolutus, operâ chirurgi frustratâ.

℞. Em-

LIB. I. OBSERVAT. V. & VI.

67

℞. Empl. diach. magni, cum Gum. gr. vi. syr. citr. ꝑ. aq. card. b. acet. an.
an. ꝑ. d. mel. ꝑ. M. ꝑ. M.

Prima vice ista potio hydrotica Sed diligenter notandum, illud
exhibita: ex dialcord. longè efficacius in su-
℞. Pul. rub. Pann. ꝑ. Bezo. ori. dore eliciendo.

OBSERVAT. V.

Pestis cum duobus bubonibus in utroque Inguine.

UXOR Dn. Archigrammatei Ulm. complures in integrum restitui, eti-
peste infecta, duobus bubonibus am gravioribus symptomatis peri-
in utroque Inguine emergentibus, clitantes, sufficiant prænarata ex-
qui ad maturationem pervenerunt, empla ad imitandum.

erat Matrona macilenta & debilis. Exin relucet, non semper opus
esse numerosa & laboriosa & præ-
℞. Pul. rub. Pann. ꝑ. Bezo. ori. ciosa medicamentorum sylvæ, non
gr. 4. aq. card. b. ꝑ. 2. meliss. bor. an. raro plus damni ex antidotis illis ma-
ꝑ. M. gnis, præsertim si ex calidioribus
Interdum: ℞. Bezo. ori. gr. 7. consistit ingredientibus, & Naturæ
cum aq. meliss. card. b. an. ꝑ. M. obtigerint delicatioribus & imbecil-
Aq. cordialis: liores, ut eorum calor haud par, ad
℞. Aq. bor. bug. acet. ceras. an. ꝑ. sustinendas tam validas impressio-
cordial. Saxon. ꝑ. Ros. ꝑ. cinnam. nes, quin resolutus fatiscat, ut Natu-
ꝑ. marg. præp. ꝑ. Bezo. gr. 4. man, ra succumbat, per resolutionem spi-
Chr. perl. ꝑ. M. ritum vitalium. Quæ superius à me
Cum alvus adstricta: ordinata, cuilibet Naturæ sunt ac-
℞. Juris carnis ping. ꝑ. ol. amygd. commodata, & palato etiam haud in-
ꝑ. 4. vit. 2. o. sal. parum. f. cl. grata, quæ facilius à ventriculo re-
Perinde evacuata, ac si ex purgan- tenta, feliciter operantur: sin insua-
tibus concinnatum fuisset, cum per via cum nausæa hausta, vomitu reji-
2. horas retinisset. Restituta. ciuntur, & ita omnis labor irritus.

OBSERVAT. VI.

Censura de aquâ Platerianâ alexiteriâ.

CUM Dn. D. Felix Platerus a-Basilienſi ordinatam, & summo opere
quam suam Bezoarticanam in peste deprædicatam, quoniam aliis alexi-
teris.

teris præferendam existimet, eo præconio incitati Medici Memmingenses, ipsam in Urbe sua peste grassante, conficiendam curarunt, haud optato successu. Etsi illa concinnata ex ingredientibus appropriatis & *ἀλκίμων* vim habentibus, sed odore & sapore Naturæ humanæ adversis, cum ægris infectis oblata, eam averfantes, retinere non potuerunt, quin ilicò vomitu amandata, ut Medici suo sine frustrati, à cæpto desistere coacti. Duo cum faciunt idem, non est idem: fortassis D. Platerus

aquâ illâ, apud suos Helvetios, homines robustos, nec tam delicatos, magis prospero successu usus, quàm in nostro districtu, fieri queat, incolis præditis & stomacho & palato magis nauseabundo. Id etiam in aliis morbis sæpius contingit, ut medicamenta literis consignata videantur in morbos accommodata & plausibilia, sed ubi ad usum deventum, in primo statim limine impingimus, remorâ objectâ ab ægris immorigeris, & fastidiosis, vel refragante *ἀντιρροια* quadam occulta Medicis ignota.

OBSERVAT. VII.

Quæstio mihi proposita ad discutiendum, utrum Bezoartica mineralia, tuto intra corpus assumi queant.

Dn. D. Moyfi Heldio.

HAud abs re duxi illius resolutionem hîc inserere. Utrum Bezoarticum minerale, tuto per os exhibendum. Cum id insignem vim habeat hydroticam & diaphoreticam, quin in affectibus cutaneis, lue Gallica & Pestifera, malignis etiam febribus, sæpius cum fructu usurpandum, indubium. Sed & hîc opus manu ductione Medici discreti. Cum enim non sit proportionatum calori nativo & Naturæ vehementi sua commotione, vim inferat, quin complures sinistro illius usu (præsertim in febribus malignis, si vires

imbecilliores) succumbant, per resolutionem spirituum vitalium, quis negare aufit. Siquidem in affectibus malignis & pestiferis, non tantum est respicienda maligna qualitas aut venenositas, sed vires ægri in primis observandæ, quid ferre valeant. Cum Galenus lib. 5. d. simpl. med. facul. c. 18. asseverare non dubitarit & rationi etiam consonum, alexiteria esse media inter venena & corpus humanum, si in dosi major committatur excessus, quàm expediat, ad venenum infringendum & expellendum, tantum abest, ut quid opis

exin

exin sperandum, quin potius ob nimiam aſtivitytatem calorem nativum peſſudent, & ſpiritus vitales ſtrangulent atque reſolvant, eò magis, ſi vires infirmæ. Alexiteria-tum forent deleteria. Novi Medicum, qui præterito anno, peſte graſſante, ægros ſuæ curæ commiſſos, infelici auſpicio tractavit, ut pauci inter primores, quibus obtigit Natura mollior, evaſerint, quin in cymbam charontis præcipitari. Cauſam & culpam ego imputabam vehementioribus antidotis, in quanto & quali valdè exorbitantibus, dum poſthabitis viribus ille eò intentus ſolum, qua ratione venenum, magna vi per alexiteria, diſpellendum. Eadem mea eſt cenſura de Bezoartico minerali. Siquidem id conſeſtim ab exordio morbi, ubi vires vegetiores, & Naturis robuſtioribus, porrigantur, haud ambigo, quin ſapius effectus felix ſperandus: at ſi obrigerit Natura delicatior ac mollior, & corporis habitus facilè reſolubilis, quid exin aliud expectandum, quam de-lapſus in barathrum ſepulchrale, ob nimiam vim diaphoreticam, diſſipatis ſpiritibus vitalibus. Exin etiam Gal. lib. d. Ther. ad Piſon. c. 17. hujus uſum pueris interdixit, ob corporis conſtitutionem mollem ac reſolubilem, cum non proportionata calori nativo, ut ob intenſam aſtivitytatem, facilè ſuffocetur, haud ſecus ac oleum, lucernæ ardenti, in copia af-

fuſum, flammam exiguam reſtrin-guat. Exin relucet, quantum momenti conferat, ad proſperam medelam, dextra remediorum adminiſtratio, reſpectum habendo Naturæ, morbi, virium. Duo cum faciunt idem, non eſt idem. Sæpius contingit, ut unus Medicus, obſervans ac oculos dirigens ad ſcopos prædictos, hoc vel illud medium, felici ſucceſſu adhibeat, alius cum detrimento. Valeas & caveas tibi ab improvido illius uſu, & prædictum meum admonitorium, ſemper maneat altâ mente repoſitum.

Haud incommodam referre caſum memorabilem, quid mihi pridem contigerit in tuâ Fratriâ curandâ, ex uſu antimonii diaphoretici, quin ejus adhuc recorderis, nullus dubito. Cum illa haberet manus & pedes diſtortos, ſar diu ab alio Medico, variâ medicamentorum farragine in caſſum tractata, etiam meum reſuſcitatum conſilium, cui propoſui curam ex ligno ſ. & ſarſ. par. ſudoriferam, obſequium præſtitum. Cum aliquoties ex hauſtu ſudorifero, vel nullus, vel exiguus ſudor ſuccedaneus, ad copioſius elicium, conſultum videbatur, cum portione ſudorificâ offerre gr. 12. antim. diaphoretici, in provocando ſudore, à Chymicis tantoperè celebrati, eo aſſumpto, ægra ingentem ſenſit in ſtomacho anguſtiam, ſuccedente graviffimâ lipothymia, ut quaſi de

vitâ desperatum, & ægrè se recolligere potuerit. Et si ægra illa aliàs corpore sat robusto prædita, & vires sat validæ, non minus funesta subsecuta symptomata, qualis eventus sperandus, in Naturâ delicatiore & imbecilliore. Cum Bezoarticum minerale habeat vim diaphoreticam multo majorem, & minus benignum, quàm antimonium diaphoreticum, si offeratur in febribus malignis, ubi vires aliàs imbecilliores,

quin sapius letiferum, quis refragari ausit.

Videntur Hermetici hyperbolici in celebrandis suis medicamentis, ubi ad praxin ventum, in primo statim limine impingimus, succedente dubio, imò planè pœnitendo, non raro, effectu. Opus sanè in illis usurpandis, singulari discretione & felicitate. Sed mittam ista, cuivis æquo lectori, ponderanda relinquens.

OBSERVAT. VIII.

Utrum Syrupus Emeticus Angeli salæ ex infuso Antimonii, in Peste, tuto exhibendus.

UTrum vomitoria præsertim antimoniatâ, in Peste, sint administranda, magna inter Medicos est altercatio, & sententiarum contrarietas. D. Reimundus Mindererus celeberrimus Augustanorum Medicus practicus, qui & complurium annorum curriculo, Loimiatri functus officio, in erudito suo de Pestilentia tractatu, eos Medicos, qui curam ab Emeticis auspicantur, temerarios & impudentes vocare, haud est veritus, cum verendum illud symptoma, vomitus in Peste emergens, mortem portendat & indubium argumentum, à venenatâ qualitate septicâ vim habente, introductâ putredine, omnia interanea corrupta, & tam alimentales, quàm excrementici

humores mobiles, mixtim excernantur, si Medicus sanâ mente præditus, eò summis viribus, potius intentus esse deberet, ad periculosum illud symptoma inhibendum, quàm promovendum. Et si hoc rationi valdè consonum, reperiuntur tamen alii Medici haud vulgares, inter eos etiam Cl. Dn. D. Horstius, qui in nuperâ Peste edito consilio suadet syrupum illum Emeticum, tanquam utilissimum, statim ab invasione, assumendum, & ipsis etiam Infantibus, minimè noxium, asseverare non dubitat. Sed protegant superi miseros inprimis Infantulos, à tam sævo medicamine. Et si mihi fors tam benigna, cœlitum clementiâ obtigerit, ut Loimiatrum agere, nulla urserit

accels.

necessitas, non minus, in nuperâ Peste, quibusdam meam operam efflagitantibus, eam detrectare, in humanum duxi. Inter alias Personas vocatus ad civis Primarii filiam cum Peste conflictantem, quæ superveniente vomitu, haud diu amplius in vitâ superstes mansit. Cum igitur vomitus in lue illâ sit tam exitialis, & prodromus mortis, magna erit cautela adhibenda, in porrigendis vomitoriis, quin ea haud totaliter repudianda, sed cum hac limitatione, usurpanda existimarem. Si Pestis à causâ externâ, per aëris infectionem inspirati, contracta, nullâ præexistente cacochymia, quæ rejicienda, quin Emetica præsertim antimoniata, noxia, nemo contradixerit: sin verò à causâ internâ, ex pravâ victus ratione coacervatis vitiosis humoribus, exordium sumat, quin à primo statim insultu morbi, viribus constantibus, fomite eliminato, interdum cum fructu usurpanda, à ratione haud alienum. Cum verò ista Medico haud exactè comperta, & in ambiguo, qualiter interiora viscera disposita, & qualis corruptorum humorum colluvies, ibi recondita, an non consultius à tam violentis Pharmacis abstinere, quàm insperatam mortis occasionem præbere. Succurrit memoriæ, cum antè de-cennium, in ultimâ nostrate Peste, quidam Loimiater junior, in Syru-

po ematico antimoniato exhibendo cordatior, à me in quodam Pharmacopolio inquisitio facta de successu, à Ministris certâ mihi fide innotuit, haud prospero eventu exhibitum, quin plerique extincti, exin alii ægri in eodem Loimodochio decumbentes, cernentes tam infaustum effectum, illum averfantes, nullum amplius in assumendo obsequium præstiterint.

Cum syrupus ille ruber à colore dictus, in aliis etiam levioribus affectibus, quibusdam Medicis familiaris, Naturis robustioribus exhibendo, non minus, suam operationem tantâ violentiâ, per vomitum inprimis, perficit, magnâ assumentium querelâ, quasi in momentum, ipsis moriendum, periclitantium: Sanctè asseverare licet, me ex multorum ore gravissimas querimonias audivisse, quantas sustinuerint angustias, ut veriti ne in mortis fauces præcipitentur: quid spei concipiendum, si pestiferâ lue infectis, porrigatur, ubi vires infirmiores, & rarò ab initio morbi, ægri consilium Medicorum expectant, & D. Minderus, qui per complures annos, Loimodochio Augustano præfuit, palàm asserat, nisi intra horas 24. ab invasione, alexiteria exhibeantur, omnia præsidia medica esse irrita. Exin relucet, syrupum illum non tam benignum, aut tutum, quin
cum

cum magnâ discretione usurpandus, famâ & existimatione, periclitetur,
ne infecti de vitâ, Medicus verò de & pœnes luat facilis credulitatis.

De Febris intermittentibus.

OBSERVAT. I.

De febre Quotidianâ unico haustu profligatâ.



Xor mea dilecta Ursula, febre quotidianâ aliquandiu vexata, in cassum adhibitis purgantibus,

℞. Fol. card. ben. ℥ij. R. Genti. ℥j. f. p. cum vino dil. & exh.

Antè paroxysmum, exin ingens copia humoris phlegmatici, vomitu rejecta & ita febris unica vice expugnata. Siquidem experientia cum ratione conjunctâ contestatur, emetica & diaphoretica in febris intermittentibus plus opis præstare, quàm purgantia, Cum vomitiva

crassos ac viscosos humores intimius impactos & fortiter adhærescentes, magnâ vi revellant, diaphoretica autem relictam vitiosam partium constitutionem corrigant, insimul *mu* seu inquinamentum febrile resolvendo ac discutiendo. Et si multoties solutiva ingerantur, ad vitiosos humores educendos, sed cum restat *κακοπύρι* viscerum concoctioni inservientium, indies novæ pullulat materia corrupta, quæ recurrentis paroxysmi causa.

OBSERVAT. II.

De febre Quotidianâ & Tertianâ nothâ.

Expertus sum non rarò, corpore in aq. & vini. a. ℔. j. de col. exh. 34, prius probè evacuato, ad *mu* vi. cal. febrile discutiendum.

℞. Herb. card. b. centaur. min. a. m. ij. Interdum ad. R. asari. m. ℔. dec.

Per aliquot matutinas, præsertim si membrorum intumescencia adsit, in lecto sudor excipiendus.

OBSERVAT. III.

At tertianâ nothâ vino medicato brevi immunis reddita,

Cum

Cum Generosa Dn. Baroniſſa in *Wichſtätten* / febre Tertiana nothâ occupata, antè meum adventum alterius Medici conſilio, à quo ordinatum vinum medicatum, fed nihil penitus operatum, inſuper ei, cum eſſet ſymptomatis hystericis obnoxia, adverſarium: tum aliud genus vini laxativi à me præſcriptum.

℞. R. cich. ʒiij. ſœnic. polyp. q. an. ʒij. herb. beton. meliſſ. abl. rom. anth. cent. min. chamædr. adianti utr. a. p. j. fol. ſen. El. f. f. ʒj. agar. rec. tro. Rhab. El. a. ʒiij. gal. min. ʒj. cum ſind. al. f. ſac. infund. ʒ. quart. vini & lb. j. aq. cichor.

Alternis matutinis antè prandium dimidium quartale hauſit magno cum levamine, copioſâ ſed leni evacuatione ſuccedancâ, intra paucos dies, febris reliquit. Notatu dignum, quod Generoſa ægra uterinis ſymptomatis ſubjecta, inprimis abſtorens ab odore roſarum. Cum ali-

quando adhuc Virgo Auguſtæ Vinelicorum ægrotaret, & clyſma à duobus Medicis ordinatum, injectum, cujus ingrediens, inter cætera, mel roſatum, exin in lethalia incidit ſymptomata, ut magno labore vix ad ſe redire, quierit. Si vel minimum ex roſis alicui tragemati mixtum, ilicò antipathiam ſentit, & utri everſionem percipit. Oportet igitur Medicum eſſe catum & cautum, in præſcribendis remediis, prius diligenter perſcrutando cujuſque Naturam, prout per facultates humanas, licet.

Cum expeteret tragema, tum grvida, modò ne quid interſit, quod utero inimicum, tale à me præſcriptum, ipſi etiam gratum, id ſibi ſoli reſervans, ne quidem Ill. Dn. marito ejus fruendi copiam concedens.

℞. Cinnam. el. ʒj. Nuſ. muſc. ʒij. macis ʒß. gal. minor. ʒj. cardam. ʒß. ſacch. fini. ʒ4. M. f. Tr.

OBSERVAT. IV.

*De Febre Tertianâ exquisita cum vomitu humo-
râ biliôſâ.*

Nobilis. Dn. Philipp. Carolus de *Welden in Lapheim* / cum æniponti intereſſet nuptiis Archiducalibus, vina generoſa in copiâ hauſiens, domum reverſus incidit in febrim ʒ. exquisitam, in fine paroxyſmi choleram haud medicam vomitu reddens, Ullmâ evocatus, præſcripſi vinum laxat.

℞. R. cich. ʒiij. Garyo. gram. an. ʒij. herb. abs. rom. card. b. cent. min. chamædr. adiât. utr. a. p. j. fol. ſen. f. f. ʒj. Agar. rec. tro. Rhab. El. a. ʒiij. R. Jalap. ʒij. paſſ. min. ʒj. cinnam. ʒj.

K

cum

cum sind. al. f. sac. pro 3. quart. vini
& lb. j. aq. cichor. alternis diebus
quart. β.

Ante prandium : à quarto paro-
xyfimo febris profuga.

Pro potu:

Dec. hord. cum pafs. & mod. cin-
nam. cum fyr. ℥. fyr. ac. citr. ʒz.
Rib. è suc. viol. an. ʒj. M.

OBSERVAT. V.

*Febris Tertiana incipiens cum ardore sub dextro hypocho-
ndrio, sine ullâ notâ rigoris.*

EGo olim Febre Tertiana tentatus
citra ullum rigorem, invadente
paroxyfimo, è regione dextri hypo-
chondrii, cum ardore quodam, mo-
lesta, exin calidos vapores expiran-
tes, animadverti, haud dubiè ex ebul-
litione humoris biliosi, in venis me-
feraicis haud procul ab Epate di-
stantibus, pronata.

Cum quidam primarii Medici in
eâ sint opinione, febres suam habe-
re *visum* non ab obstructione & pu-
tredine humorum, sed variorum
humorum mixturâ & repugnantia
spirituum, exemplo olei tartari &
vitrioli, quorum contemperatione,
in signis fervor concitatur: rem ita
se in meâ febre habuisse, mihi vide-
batur plausibile & rationabile, bile
incensâ, non putrefactâ. Non tamen
in ficiandum, quin plaræque febres
ab humorum effervescentia ex pu-
tredine causatâ, emergant.

Sitis intensa mihi magis molesta,
quàm ipsa febris: licet jam excessi-
vum annum 77. nunquam tamen si-

tim non naturalem experiri conti-
git, ut extra pastum, potum assume-
re coactus, sed febre infestante, à po-
tu mihi temperare non licuit, ut eti-
am noctu, ipso die *ἀπρωξίας*, bibere
compulsus, & tùm demum, in meo
ergastulo didici, quàm molestum sit,
à liti torqueri.

Cum à secunda paroxyfimo usus
esset cholagogo, febris abiens nun-
quam reversa.

℞. Mann. El. ʒvi. dis. in aq. bor. q.
β. col. ad syr. ros. sol. d. Rhab. August.
an. ʒj. M. f. p.

Eti potio benigna, non minus 12.
secessus sat copiosi secuti; per vias
etiam urinales, vitiosos humores se-
rosos & biliosos excretos observa-
vi, cum mihi obtigerit Natura faci-
lis solutionis.

Ad sitim restinguendam, mihi ni-
hil jucundius, nihil gratius, quàm
aqua citri. 2. poma excort. in taleo-
los secta infusa in Mēns. is. aq. font.
& suff. sacch. dulcor.

OBSER-

OBSERVAT. VI.

De Febre Tertiana notha,

UXor cujusdam Medici, fœmina obesa, ac corpulenta, phlegmaticis & biliosis scatens humoribus, ex febre Tertianâ nothâ lecto affixa, etiam meum efflagitavit consilium, cui virum medicatum præscripsi.

℞. R. cich. Garyo. Enul. polyp.
q. a. ℥ij. herb. beton. hylf. prall. meliss. anth. a. p. j. abs. rom. card. b. a. m.
β. fol. fen. l. f. ℥j. agar. rec. tro. ℥iij.
Rhab. Mech. an. ℥ij. cremor. Tart.
℞4. pall. min. ℥j. cinnam. ℥j. gal.
mi. ℞ij. cum sind. al. f. sac. pro mens.
vini quart. β.

Antè prandium die *ἀνορεξίας*. Valde laudatum ob effectum & saporem sibi gratum, in præsentia sui mariti professâ, vina medicata ab ipso olim ordinata tam insuavia, & odore & sapore sibi tam adversa, ut sine magno fastidio, ea haurire non potuerit, meum autem tam amicū, ut cum voluptate assumat.

Pro potu:

Dec. hord. cum pass. & cinnam.
Interdum cum syr. viol. ℥2. vini granat. acid. ℥iβ. M.

Vena salvatella manus dextræ etiam aperta. Brevi convaluit.

OBSERVAT. VII.

A Tertianâ duplici liberatus.

Quidam juvenis 24. annorum Theologiæ Studiosus, ex Alfatia Ulmam veniens, febre tertianâ simplici nothâ est correptus, quæ brevi post ob inordinatam diætam, (inter cæteros enormes excessus, unica matutina ultra tres mensuras cerevisiæ albæ hausit) in duplicem degeneravit, cum ingenti vix satibili siti, graviter molestans, quotidie paroxismo invadente. Cum autem febris illa proveniat, à putredine & ebullitione humoris biliosi cum pituitoso mixti, intentio eò directâ, ut ambo exterminarentur.

℞. Rhab. El. ℞ij. R. Jal. ℞j. crem.
Tart. ℞β. f. p. exh. dil. in ℥iij. hydrom.

Cum *ἐν φασίᾳ* evacuatus, etiam per os rejecta virulentâ bile, cum observarem febrim tam refractariam, ut reiteratis aliquot evacuationibus non cederet, ad specificum aliquod antifebricitum confugiendum ratus, quod vi attenuandi præditum, & facultate diaphoreticâ instructum, fomentum febrile per sudores eliciendo resolveret ac discuteret. Cum autem æger in tenui re, pro parcendis sumptibus, hoc *ἐν φασίᾳ* experiri placuit.

K 2

℞. Sum.

R. Summit. herb. centaur. min.
 ℥j. f. p. pro dosi. cum haustum vini
 cal. in diluculo exh.

Et ultra horam opertus, sudando
 pergat. Illo pul. per tres matutinas
 reiterato, febris profligata, nec re-
 versa.

Rarius succedit, ut febres cujus-
 cunque generis solis purgantibus &
 sanguinis missionibus cedant, quin
 alia insuper alterantia requirantur,
 quæ malam *Algiditatem*, in membro vi-
 tiosos humores generante & fomi-
 tem febrilem suppeditante, corrige-
 re, & *putredinem* seu inquinamentum à
 paroxysmo relicto, virtute antife-
 britica specificâ, facultate hydro-
 tica & diaphoreticâ instructa, resol-
 vere queant, aliàs in orbem redit
 malum. Id pauci observant, & mi-
 seros ægros validis pharmacis & su-
 perfluis sanguinis depletionibus, te-
 merè exagitant. Quàm noxiæ sint

purgationes & venæsectiones, præ-
 sertim sæpius repetitæ, Joh. Bapt.
 von Helmond / Toparcha & Chy-
 miater lib. de febr. illustri demon-
 strat exemplo Ferdinandi Cardina-
 lis, fratris Regis Hispan. & in Bel-
 gio Gubernatoris, qui febre Tertia-
 nâ infestatus, die 29. à decubitu, est
 defunctus. Cadavere aperto, subla-
 to corde, Epate, Pulmonibus, adeo-
 que dissectis venis & arteriis, vix
 cochlear cruoris, in thoracis cavum
 confluxerat, totum corpus per ve-
 nâsectiones, purgationes, hirudi-
 num applicationes, & strictam dia-
 tam, ita exhaustum, (etsi Illustris.
 æger cibum appeteret, non tamen
 rigore medentium illius desiderio
 satisfactum,) sed nō minus Tertia-
 na suum typum servavit, usque ad
 extremum Fati diem. Casus ille albo
 calculo est notandus, ad circumspe-
 ctius procedendum.

OBSERVAT. VIII.

De febre Quartana brevi curata.

DN. Holzapffel / Capitaneus
 Reip. Ulm. ordinarius, Naturæ
 melancholicæ, facie lividâ, barbâ
 nigrâ, aliquandiu febre Quartana
 molestatus, tentatis variis mediis si-
 ne successu.

R. R. polyp. q. rec. ℥β. cich. fenic.
 rusci, aspar. a. ℥ij. herb. abs. cent. min.
 beton. culc. agrim. ceter. a. p. 2. adi-

ant. utr. a. p. j. fol. sen. f. f. ℥iβ. agar.
 rec. tro. ℥ij. Rhab. turb. al. Gumm.
 a. ℥ij. crist. tart. ℥iβ. sem. anis. gal.
 a. ℥β. cum sind. al. f. fac. pro 3. quart.
 vini, aq. beton. & cichor. a. ℥β.

Aliorum Medicorum opera fru-
 stranea, intra dies paucos febris re-
 misit.

OBSER-

OBSERVAT. IX.

*Febris Quartana gravis cum hydropo ascite consummato,
singulari felicitate, relegata.*

Quidam civis Ulm. ex ordine me-
chanico, febre Quartanâ fat, ve-
hementi exagitatus, prius usus ope-
râ Medici haud vulgaris, cum nihil
proficeret, pœnè quotidie per pur-
gantia procedendo, & alius quidam
concivis, ex febre Tertianâ nothâ,
valdè tumidus feliciter à me resti-
tutus, illi author ac suavor, mea præ-
sidia celebrando, ut me accersen-
dum curâret, vocatus ab eo & in il-
lius ædibus me sisto, hypocaustum
ingressus, ægrum offendo non tan-
tum febre Quartanâ occupatum,
sed & hydropo ascite consummato,
detentum, rei sermonem mecum
sociare cæpit, mirè erat conquestus
de prioris Medici medendi proces-
su infausto, si in illius curâ pergen-
dum, sibi moriendûm præsumens.
Cognitâ tantâ querelâ, hærebam
ego in suspensio, num consultum in-
choare curam, veritus, si ea non suc-
cederet ex voto, ne itidem ut prior
Medicus incurrerem in repræhen-
sionem, & Theoninis dentibus me
arrodendum exponerem. Eo magis
eram anceps ac dubius, dum obser-
vo, hydropem ascitem in summo
gradu conjunctum, totum abdomen
in tumorem ingentem sublatum,
inftar ventris gravidæ jam partui vi-

cinæ, utraque crura à summo usque
ad imum magnâ mole districta, scro-
tum vastum ad capitis magnitudi-
nem accedens. Hisce præ oculis lo-
catis, hæsitare cæpi, num quid phar-
maci præscribendum, vel potius, ad
præcavenda sinistra diæteria & fa-
mam sartam tectam conservandam,
prognosticis æger relinquendus,
cum morbus videretur supra præsi-
dia humana: aliquandiu inter spem
ac metum consistens, tandem animo
reassumpto, morbi periculum expo-
no, meam fidelem operam polli-
ceor, modò ipse debitum præster
obsequium. Ille salutis, ego laudis
avidus, uterque suum fecit officium.

Primò ordinatum vinum medi-
catum.

℞. R. polyp. q. rec. ꝑ̄b. fœnic. ru-
sci, aspar. asari. an. ꝑ̄ij. herb. abs. rom.
cent. min. chamædr. cusc. agrim. ce-
ter. adiant. utr. a. m. β. fol. sed. fl. ꝑ̄j.
agar. rec. tro. ꝑ̄iij. Rhab. ꝑ̄ij. cort.
frangul. ꝑ̄4. crist. Tart. ꝑ̄ij. sem. anis.
gal. min. a. ꝑ̄4. f. sac. pro ꝑ̄ quart. vini,
aq. beton. card. b. a. lb. β.

Alternis diebus quart. β. ante
prandium.

Corpore evacuato:

℞. R. asari. m. i. β. R. Genti. ꝑ̄iij.
herb. card. b. cent. min. chamædr.

K 3

a. m.

a. m. 2. concisa dec. in aq. card. b. & vini. a. mens. β.

Singulo diluculo quart. β. cal. assumebat, in lecto pro virium tolerantia sudans. Intra 12. dies æger & à febre & ab hydrope liber ac immunis evasit, quod omnium visitantium opinio, & ego primitus, pro

impossibili æstimabam. Exin apparet, in Medicinâ factitandâ, Fortunam dominari, dependentem à nutu Altissimi, qui cogitationes & consilia eò dirigit, si hominem salvum velit, quo ejus afflatu succurrant, accommodata præsidia.

OBSERVAT. X.

Febre Quartana refractaria etiam emetico antimoniâli non cedens.

DN. Vitus Wickius, in militiam Profectus, in Ungariâ adversus Turcas, Vexilliferi munere functus, eo bello confecto, ad patrios Lares redux, febre Quartanâ est correptus, & cum esset in assumendis remediis valdè immorigerus, etiam aliis grata averfando, proposui rotulam exiguo pulvisculo constantem sacch. mixtam, & jucundam, sed cujus operatio, sat valida, sursum & deorsum, bihorii spacio, absolvenda, modo velit obsequium præstare, tum ille regessit, si palato sit accepta, se libenti animo pariturum. Fuit præparata & oblata, cum autem secundum meum effatum, intra duas horas non capisset operari, mihi per ancillam significari jussit, se vereri, nè illius medicamenti *integritas* sit frustranea, cum nè minimam alterationem, aut commotionem sentiret. Eò cognito, ipse in ædes illius me con-

tuli, & dum sella lecto vicinæ infideo, querelas de irrito medicamento effectu, audivi, & jussi aliquantulum sustinere patientiam, etsi operatio opinione nostra diutius dilata, vix credendum, eam penitus sublata, isto colloquio semihoræ spacio durante, operatio *ava & nãra* secuta, præsertim ingens copia biliosorum humorum per vomitum rejecta, ut ego anxius, ne ob exorbitantiam, aliquid immineret periculum, sed Deus id avertit, & ille operationem æquo animo tulit.

Etsi verò antimoniâ facultas in abigendâ Quartanâ etiam à majorum Gentium Medicis celebrata, & in illo subiecto, magna excrementiorum humorû saburra per utrumque guttur eliminata, febris tamen non recessit, quin refractaria sat diu perseverarit, dum victas dedit manus. Exin relucet, quàm incertè sint

non

non raro Medicorum observationes, dum uno eodemque morbo laborantes, consimili remediorum genere, non possunt restitui in integrum, quin saepius contingat, ut uni proficuum, alteri infructuosum, pro diversitate Naturarum & varietate causarum morbificarum.

Rotulae tales erant:

℞. Vitri antimon. hyacinth. gr.
4. gumm. trag. ℥j. sac. fini. in aq. ros.
diss. ℥ij. ol. anisi. gut. 2. f. conf. unius
rotulae.

Et si rarius succedat, ut febres intermittentes qualescunq; solis purgantibus cedant, quin alia insuper alterantia requirantur, quae malam *Albidionem* in membro vitiosos humores generante, & fomitem febrilem subministrante corrigere, & *pusillum* seu inquinamentum à paroxysmo relictum, specifica virtute antifebricitis, discutere ac resolvere, queat: aliàs in orbem redit malum.

OBSERVAT. XI.

Febris Quartana unico pul. purgante evicta,

Cum cujusdam Nobilis Officialis aliàs Natura sit robusta praeditus & difficilis alui, diu Quartana febris laborasset, aliis in cassum exhibitis, isto pul. expugnata, succeda-

neà admodum largâ vitiosorum humorum, excretionem.

℞. R. Jalapæ. ℥4. diagr. præp. gr.
vi. crem. Tart. ℥β. f. p. diss. cum hydrom. ℥ij. M.



OBSER-



OBSERVATIONUM MEDICINALIUM
 LIBER SECUNDUS.
 DE AFFECTIBUS REGIONIS
 SUPERIORIS CAPITIS.
 DE DOLORE.

OBSERVAT. I.

*De immani hemicrania ex causâ frigidâ, per
 consensum Uteri.*

Um Illust. ac Generosa
 Dn. Juditha, Baronissa
 de *Wetz*/Naturæ me-
 lancholicæ, intenso fri-
 gore hyemali, adeo sævo ac immani
 capitis dolore correpta, ut summo
 diluculo accersitus, dum adhuc ab
 ædibus remotior, in ipsâ plateâ eju-
 lantem audierim, in conspectum &
 conversationem admissus, varias per
 contari circumstantias cæpi, quarum
 medio eò commodius in cognitio-
 nem causarum pervenire liceret,
 exin depræhendo, tam atrocem cru-
 ciatum à causâ frigidâ concitatum.
 Erat autem Hemicrania tempora si-
 nistra occupans, & non tantum pe-
 ricranium infestans, sed & interio-
 rem cerebri substantiam contrahi
 sentiens, & actuale frigus per os &
 nares expirare percipiens, aura igitur
 frigida haud carens malignitate,
 tam diri symptomatis causa effe-
 ctrix censenda, ab utero impuro sur-
 sum levata. Cum ingens querela de
 immenso dolore capitis, is inprimis
 erat placandus, sed hic labor, hoc
 opus, qualia præsidia adhibenda,
 dolore illo etiam discruciante ani-
 mum meum, sed Deo Opt. Max. sit
 laus, qui sospitor utriusque fuit, &
 salutaria mihi inspiravit remedia,
 cum præsentaneo effectu.

Primo: ℞. Aq. Theriac. ceph. ʒi.
 Hirund. cum cast. ʒj. sp. lil. conval.
 ʒβ. M. Linteola imbuta & expressa
 apl. parti dolenti, ubi refrig. reno-
 vandum.

Cum suspicio ex matrice venena-
 tam auram ad cerebrum delatum.

℞. Aq.

℞. Aq. Hyster. seu d. Meliss. com-
 pol. ℥iij. cum 2. cochl. assumptisset,
 ilico relevamen percepit, atque con-
 jecturam haud vanam, ipsa praxis
 confirmavit, sopito dolore.

Exterius inung Bals. major. & na-
 res. Lateri dolenti apl. gumm. Ta-
 cam. diss. & corio. rub. inductum,
 bene contulit.

Vesperis clystima injectum:

℞. Herb. malv. mer. beton. me-
 liss. a. m. s. fl. chamø. p. 3. mel. anet.
 a. p. j. sem. anis. fenic. carvi. a. ℥ij. dec.
 ad med. col. ℥. ℥x. diss. El. diacath. ℥j.
 Hier. simpl. Gal. ℥iij. s. ol. chamø.

℥z. amyg. d. ℥j. mell. anthos. ℥x. vit.
 j. o. sal. parum f. cl.

Sequenti matutina:

℞. Mann. El. ℥j. diss. in aq. bor. col.
 ad syr. d. Rhab. August. d. Mann. lax.
 a. ℥j. M. sedes o. habuit.

Infra umbilicum apl.

℞. Galb. El. Gumm. Tacam. a. ℥vi.
 M. extend. alutæ palmæ manus la-
 titud. forma rotunda.

Pro cerebro corroborando:

℞. Fl. anth. major. beton. salv. a.
 m. s. caryo. ℥ß. Nuc. mus. ℥j. lig. al.
 ℥j. cum modico gossipio interpass.
 & sind. rub. f. Cuc.

OBSERVAT. II.

*Dolor capitis per consensum uteri, tinnitu aurium,
 in gravidâ.*

Generosa Dn. Baronissa in *Lich-
 stätten* / rüm gravida, dolore
 capitis cum dolore aurium è Matri-
 ce expirantibus halitibus molestata,
 cautè erat agendum, cum aliàs faci-
 lè offendatur, incidens in sympto-
 mata hysterica.

Pro dol. cap.

℞. Ol. Nuc. mus. expres. ℥j. Bals.
 major. ℥j. ol. succ. gut. 4. caryo. gut. 2.
 M. pro vertice inung.

Pro tinnitu:

℞. Ol. amyg. am. ℥ij. ol. balan. ℥j.

ol. carvi. petrol. a. ℥ß. M. parum cum
 gossip. immitt.

Ad corroborandas partes prin-
 cipales.

℞. Amyg. d. exc. ℥vi. pin. ℥ß. cin-
 nam. el. ℥4. macis. ℥j. cort. citr. cond.
 ℥ß. ol. cinnam. gut. 4. lac. in aq. bor.
 diss. ℥4. f. Mors.

Trag. à pastu:

℞. Sem. cor. præp. ℥ß. sem. anis.
 ℥ij. cinnam. ℥4. coral. rub. præp. ℥iß.
 marg. præp. ℥j. lac. fini. ℥4. f. Tr.

Omnia sibi profuissè, aliis refe-
 rens prædicabat.

OBSERVAT. III.

Dolor capitis filiola Septimestris.

Filiola septimestris Baronum de **Wetz** / in cunis jacens oculis clausis, facie pallidâ, ut conjectura, eam dolore capitis infestari, & Dn. Parentes anxii ac solliciti, ne oboriatur apostema in cerebro, cum antehac aliquot infantuli illo pathemate è vitâ sublatis, idem de illâ suspicantes & præcautionem expetentes. In casu ancipiti, subitaneum erat capiendum consilium. Ilicò

Ung. alab. linteo dupl. oblitum fronti & tempor. apl. iussi, vesperi ℥x. ℥ij. Mann. el. in primo cochl. pultis.

Per os ingestum per intervalla r. 2. cochl. de ista aq. capitali & cordiali.

℞. Aq. bor. bugl. ceras. an. ℥j. lil. convall. ℥β. man. Chr. perl. ℥ij. M.

Cum primâ vice oblata, vomitu rejecit materiam pituitosam. Sequenti matutinâ mihi relatum, ab unguenti apl. confestim dolorem mitigatum, circa meridiem 2. secessus habuit materiæ viscidæ, circa vesperam, totaliter ad se rediit, ridere, & cibum capere cepit. Id mihi commendationi fuit.

OBSERVAT. IV.

Dolor capitis à lue Gallicâ chronicus, aliorum Medd. consiliis frustraneis, curâ sudoriferâ, sublatu.

Quidam Nobilis in superiori Styriâ chronico dolore capitis annum excedente, excarnificatus, cum Medicorum Græcensium consilia frustranea, tandem ego in illius arcem vocatus, diligenti inquisitione causarum factâ, cum adverterem Gummata in genu dextro, suspicari cepi de infectione luis Gallicæ, spem faciens restitutionis, si meo obsequi consilio, sit animus, curam

sudoriferam proponendo. Tùm ille salutis avidus, in assumendis remediis obedientiam pollicitus, ita in integrum est restitutus, cum nominis mei encomio haud modico.

℞. Ling. sancti ℥x. cort. ℥j. sarf. paril. ℥iβ. in f. ℔. 12. aq. dec. ad med. col. Pro potu: Reliquis affund. aq. ℔. 12. dec. ad conf. 3. partis, in fine ad liquir. ℥ij. passul. mund. ℥iβ. col.

OBSERVAT. V.

Dolor capitis à serosis & pituitosis humoribus.

Cum

CUm in oppido Durlacensi di-
versarer, hospes ad coronam, de
sævo dolore querulus, meum expe-
ctiit adjumentum, eum prodire à sc-
rosis & pituitosis humoribus sum
arbitratus.

℞. M. pil. d. agar. ℥i℥. aur. coch.
a. ℥j. diagr. præp. gr. iij. cum aq. be-
ton. f. p. 27.

Dolore eodem die recessit. Me de-
prædicare & aliis commendare non
destitit.

OBSERVAT. VI.

*De Dolorē & gravedine capitis ab humoribus
pituitosis.*

Quidam honestus civis Ulm. do-
lore & gravedine diurnâ capi-
te laborans à pituitosis humoribus
causata restitutus.

℞. M. p. sine quibus ℥ij. an. ℥j.
Ex cath. Theo. ℥℥. cum aq. beton.
f. p. 23.

Mirè laudavit exoptatū effectum.

OBSERVAT. VII.

*Dolor capitis chronicus præsertim in syncipite, per
consensum uteri.*

CUm Uxor Dn. Johan. Weiß/
Prætoris Reip. Iſnenſis, diutur-
no dolore capitis, præsertim in synci-
pitate intra cranium desaviente, infe-
stata, aliis frustraneis, cum conjectu-
ra, istum cruciatum à malignis vapo-
ribus ab utero exhalantibus & cere-
bri membranas percipientibus, coar-
citarum.

℞. Castor. elect. ʒj. cum aq. me-
lif. f. p. exigua. ℥℥.

Per aliquot matutinas exh. cum
luculento juvamento.

Pro cerebro confort.

℞. Mithrid. Ther. vet. an. ℥ij.
conf. melifs. ʒj. anth. ʒ℥. M. mane
ʒj.

OBSERVAT. VIII.

*Dolor capitis feminae Gravidae ingens ex
causâ calidâ.*

UXorem cujusdam Scribæ Ulm.
primarii gravidam immensus do-
lor capitis invasit, derepentē, circa
mediam noctem sum excitatus è so-
mno, & ut accederem rogatus, re-
cularare nefas duxi, domum vix in-
greſſe

L 2

gressus, ægram ejulantem & vociferantem audio, in conversatione querelas, de intolerabili cruciatu percipio, ex fervida massa sanguinea dolorem pronatum, conjicio.

℞. Aq. ros. plant. d. melil. an. ℥z. nucl. ceras. sem. pap. al. a. ℥β. f. Emulf. cui ad. aceti ros. ℥β. M. pro epith.

cum linteo imbuto & expres. tep. apl. fronti & tempor.

Incantamenti instar dolor sopitus. Idem medium in aliis plurimis concitato dolore à causâ calidâ, proficuum deprehendi, sæpius etiam premissis pilulis cephalicis purgantibus.

OBSERVAT. IX.

Dolor capitis à sanguine calidiore concitatus aliis inviduus v. f. cephalica, cessit.

Filia Dn. Henrici Schwartz/Archigramm. Reip. Ulm. Catharina Virgo, gravi dol. cap. sæpius molestata, is nullo alio medio commodius & expeditius placari & removeri potuit, quam sectâ venâ cephalicâ, inter pollicem & indicem lateri affecto respondente. Si vena in brachio etiam ejusdem lateris incisa, ne

minimum levaminis securum, ac sanguine demisso ex prædictâ cephalicâ inter pollicem, ilicò dolor evanuit, quia cum illâ venâ conjunctâ est arteria & per *anastomosis* sanguis etiam tenuior & fervidior profluit, quod in venis brachiorum apertis, non contingit. Idem à me in aliis sæpius est observatum.

OBSERVAT. X.

Dolor cap. & dentium à defluxionibus,

Filia Virgo Nob. Dn. Præfecti in Weiffenhorn/sat magno dolore capite & dentium diu exagitata à defluxionibus originem trahentibus, ad eas avertendas.

℞. R. cich. Enul. fœnic. a. ℥i. herb. beton. hyss. meliss. anth. abs. rom. card. b. a. p. j. dact. sebest. an. ℥β. fol. fên. f. f. 3x. agar. rec. troc. ʒiij. Turb. al. gum. ʒiij. Jal. Rhab. a. ʒij. R. gal.

ʒj. cinnam. ʒij. crem. Tart. ʒiij. f. lac. cum sind. al.

Pro Mens. hydromel. alternis matut. quart. β. ante prand. Errat difficilis alui & icteritiæ obnoxia.

In ore continendum cal.

℞. Aq. saly. serpilli, orig. an. ʒiij. sp. vitr. ʒβ. M. Gum. Tacam. dif. extend. alutæ & tempori affecto apl. Exh. gut. vi. sp. matric. camph. cum aq. melif. Pro potu dec. fassifr.

OBSER-

OBSERVAT. XI.

A dolore capitis chronico liberatus.

Quidam peregrinus 30. annorum, complexio- nis sanguineo phlegmaticæ, diuturno dolore capitis infestatus, aliquandiu usus fustitu Tabaci, ad eum velut sacram anchoram, suum habens refugium, cum nihil proficeret, me consilii causa accessit, cum conjectura, ab humoribus phlegmaticis, id mali, concitatum, præmissa venæsectione medianæ in brachio dextro, ordinatæ pil.

℞. M. pil. aur. coch. line quib. an.
℞j. cum aq. beton. f. p. 21.

Spes concepta ex voto successit, ut in copia evacuatis superfluis humoribus, à tanta molestia immunis redditus, effectum pil. celebrando.

De Memoria labascente dum ex toto sublata & in apoplexiam, & paralyfin terminata.

OBSERVAT. I.

Cum Ill. ac Generosus Dn. Dn. Christophorus Trucecius, L. B. zur Scheer/ tanto cerebri stupore correptus (ob intemperiem frigidam & exorbitantes humores phlegmaticos corruptos inferentes) ut indies magis memoria adeo violata ac debilitata, quin tandem ex toto abolita, ut sui etiam nominis oblitus. Si literæ ad subscribendum oblata (salvâ adhuc manu) suum assignare nomen non potuit, nec si liberi vocandi, cujusque agnomen succurrebat. Post aliquot demum septimanas, invasit apoplexi-

cum, desinens in paralyfin dextri lateris. Cum ab Ill. Filio natu Majore & Præside Camerali Spirensi à me efflagitatum, ut casum Paternum literis comprehensum, ipsi communicarem, quo eum suo Medico Camerali Spirensi ostendere queat, ejus etiam judicium desiderans. Ill. Dn. ægri totius corporis & partium principalium constitutionem, unâ cum morbo & symptomatis, & mendendi ratione ita adumbravi, ut exin magnam laudem assecutus.

Casus ille descriptus circumstantialiter, reperitur in meis consultationibus.

OBSERVAT. II.

Aphonia ex crapula, soluta.

L 3

Qui-

Quidam Nobilis ex Saxonia oriundus, in re militari, Electori Bavariae, suam locans operam, cui oppidum Lauinganum erat commissum, ex in animi recreandi gratia, ad nos exspatiatus, in hospitio, cui Bos candidus pro insigni divertens, & Baccho nimis indulgens, quadam nocte, aphonus factus, in summo diluculo ego ad opitulandum Advocatus, offendi illum in lecto sedentem erectum, salva ac integra mente, illaesis etiam manibus, quibus animi sui sensa literis consignare, erat expeditus, sola lingua vineta ac restricta, quo minus libera, ad ullum verbum proferendum, attonitis adstantibus & sinistrum eventum suspicantibus.

Extat apud Hippocratem lib. 5. aph. 5. Si quispiam Ebrius repente obmutuerit, convulsus moritur, nisi febris ipsum corripiat, aut vocem recuperet, ea hora, qua crapulae sol-

vuntur. Si aponia per crapulam causata proveniat à repletione principii nervorum à crassis humoribus oblatorum, ager per convulsiones perimendus, nî febris succedens, materiam illam absumat ac resolvat, si autem vox redeat, ea hora, qua ternulencia abire est solita, argumento, nervos vaporosa vini materia obsepros, inprimis autem septimum par movendae linguae inseruiens, stipatum, quò minus spiritibus animalibus, liber pateat influxus, ut à calore nativo, aliquot horarum intervallo discuti ac resolvi queant, praesertim si manus Medica admovenda. Prout Patiens noster praemisso clymate, & exhib. aq. cephal. ex hirund. cum castor. & Theriac. cephal. M. cum sacch. cando albo, circa meridiem, vocalis evasit, & lingua ab impedimentis soluta, sermonem expedite protulit.

OBSERVAT. III.

Apoplexia in paralyfin dextri lateris desinens.

Casus ille à me latino idiomate conceptus & circumstantialiter descriptus cum curandi processu, Dn. D. Gutmanno, & D. Jenischio Medicis Augustanis, (id expetenti-

bus ipsius aegri propinquis) transmissus, quo & ipsi suum adjuverent consilium. Is extat in meis consultationibus delineatus, & contextus laudatus.

OBSERVAT. IV.

*Apoplexia desinens in paralyfin dextri lateris cum
gru torturâ.*

Chicur.

Chirurgus Nosodochii Reip. Ulmenf. ordinarius annum excens 60. Georgius Riedlinus Naturæ melancholicæ, apoplexiâ correptus, in dextri lateris paralyfin terminata, brachio & pede respondente, resolutus, restitante sensu, motu tantum privatis, cum tortura oris & linguæ balbutie. Principio nervorum in cerebri basi residentium, ab humoribus pituitosis non admodum crassis irrigato & obstructo, qui postmodum, è posticâ cerebri cavitate, per dextri lateris vertebra, depluentes, & in nervorum substantiam se insinuant, prædictis membris motum ademerunt, viam spiritibus animalibus, ad irradiandum, intercipientes. Ad serofos & pituitosos humores in cerebro & nervoso genere hærentes, exterminandos, præscripti hydromel laxat.

℞. R. Enul. sænic. Garyo. an. ℥ij. hyss. beron. card. b. meliss. anth. saly. ivæ arteth. a. p. j. fol. sen. l. f. ℥j. agar. rec. troc. ℥iij. turb. al. gumm. ℥ij. hermodaor. ℥iij. gal. ℥j. sem. anis. ℥iij. f. fac. pro mens. hydr.

Alternis diebus quart. s. magno cum levamine, ut intra octiduum omnia symptomata, majori ex parte sublata.

Postremò hæc pil. ordinatæ.

℞. Extr. pil. coch. ℥j. Ex Panchym. Croll. pil. aur. an. ℥ss. cum aq. saly. f. p. 15.

Pro residuâ materiâ in nervoso genere per sudorem resolvenda ac discutienda.

℞. Milii excort. q. s. dec. in aq. adcrepat. d. col. ℥. ℥. 34. vin. generosi ℥2. M.

Intra dies 12. haustu illo sudorifero manè tantum assumpto, totaliter fuit restitutus.

Spir. ceph. Ahal. cum jusq.

Pro cerebro corrobor.

℞. Aq. Theriac. ceph. mirab. Lang. an. ℥ss. antep. Lang. ℥j. confect. alkerm. ℥j. M. vel confect. Tab. diambra.

℞. Sp. diambra. ℥j. succ. al. præp. ℥j. ol. suc. rect. gut. 4. fac. dif. in aq. ceras. ℥iij. f. Rot.

Pro potu : Dec. lig. fassifr. ℥ij. bull. in M. ij. aq.

OBSERVAT. V.

Utriusque manus & utriusque pedis contractura.

UXor Dni. Pauli Heldii, Scribæ ædilitii ultra semestre contracturâ utriusque manus eas extendere nequens, & utriusque pedis in-

primis calcanei distortionem, ut eos neque movere, neque insistere, minus ingredi posset, à mucilaginosi humoribus, in tendines & nervos si inci-

se infirmantibus, in lecto decumbens, alterius Medici opera irrita, unguentis & balneis ex dec. herb. sine fructu, per aliquot septimanas adhibitis, tūm & meum requisitum consilium, corpore prius evacuato.

℞. R. Mech.al. ℥iij. El. scam. gr. 7. crem. tart. ℥ss. cum mell. anthos. f. Ecl. Post ℞. R. Enul. fenic. Ireos. a. ℥ij. abl. card. beton. meliss. anth. a. p. j. fol. sen. f. l. ℥iij. ag. rec. tro. ℥iij. turb. al. hermodact. an. ℥iij. Mech. al. ℥ij. crem. tart. ℥ss. cinnam. ℥j. gal. ℥ij. f. sac. infund. in mens. hydromel. Cum esset dura alui, alternis diebus quart. s. Præscriptum dec. lig. Sancti, sarf. paril. cum mod. sassifr. sed absque notabili commodo. Plurimum adjuventi præstitit ampl. diaphor. Dn. Adriani à Wynsicht.

℞. Picis naval. ℥iij. gumm. ammon. tereb. al. a. ℥j. colophon. bdell. a. ℥ij. Thuris alb. mast. a. ℥ij. sandar. galb. in ac. dil. a. ℥ss. succini citrini. ℥iij. cer. flav. ℥vss. f. Empl.

Linteo extensum distortis pedibus circa calcaneum admotum, bis

in die renovando, miro effectu, attractis serosis & pituitosis humoribus, amorem semper depræhensum madidum, quasi copioso rore conspersum.

Pro inundatione manuum;

℞. Ping. hum. Ursi & Lupi, an. ℥ij. tassi. ℥iij. liquef. ad. ol. Vulp. ℥ij. M. remoto ab igni ad ol. anis. ℥ss. ol. cera. ℥ss. agit. & benè misc.

His tantum profecimus, ut manus extendere & cibum capere licitum, & pedibus ingredi concessum, sed nondum sat expedite, quin postremo majoris corroboracionis gratia, usu balnei dec. herb. cum mixtura mineralium, integritati restituta. Forma Balnei erat talis,

℞. Alum. sulph. bac. lauri. a. ℥j. bac. & summit. juniper. fol. sal. nob. a. m. j. omnia in mortario contusa & sacco inclusa decoq. in aheni aq. pro Baln.

Medietas istius mixturæ sumenda pro uno Balneo, per triduum usurpando.

OBSERVAT. VI.

Præservatio à metu apoplexie.

Quædam femina primaria 50. annorum, brumali tempore frigus in cerebro sentiens, insuper catarrho infestata, ab insultu apoplectico sibi metuens, corroborantia tantum expetebat.

℞. Conserv. fl. anth. meliss. a. ʒvi. major. ℥ss. Nucl. musc. conchi. ℥ij. confect. alker. ʒj. M.

Manè & vesperi sum.

℞. Fl. major. m. j. anthos. sal. a. m. s.

m.ß. stech. arab. p. j. Nuc. musc. ʒj. terpass. & sindon. rub. f. cuc. formast. caryo. an. ʒß. Styr. calam. lig. ma rotunda.
alo. an. ʒj. cum modico gossip. in- Multum sibi contulisse, prædicabat.

OBSERVAT. VII.

Contractura ex colicâ.

DN. M. Nicodemus Sitzlinus, Naturæ melancholicæ, dum in Alfatia concionatoris munere functus, vinis generosis tartareis in copia hauftis, colicâ correptus, exin resolutus & contractus manibus pedibusque, materiâ morbificâ per *perâ-* *factis* ad nervosas partes, & extremos artus delatâ. Primò usus Thermis plumbariis in Lotharingâ sitis, sine ullo profectu, tandem restitutus Baln. dec. herb. orig. cunilæ, rosmar. maj. chama. salv. vulg. 9. Bad. manè hor. 3. & vesperi hor. 2.

OBSERVAT. VIII.

Paralysis ex colicâ.

Quidam Canonicus in cœnobio Secoviensi Episcopatus superioris Styriæ, (in quo Sereniss. Archidux Carolus, cum suis posteris magnificam, imò regiam habet sepulcruram) præcedente colicâ, totaliter resolutus, omnium membrorum motu privatus, materiâ morbificâ translata ad musculosas & nervosas partes, viam spiritibus animalibus intercipientem, quò minus penetrare, easque irradiare ac collustrare poterint. Et si varia exhibita convenientia evacuantiâ, & cura sudorifera ex dec. Sancti & sarf. paril. à me administrata, absque levamine. Cum res visâ desperata, tandem superis aspirantibus, in integrum est restitutus beneficio Balnei dec. herb. chama, salv. major. orig. rosmar. mente, bac. cum summit. Juniperiæ. Verè Plato dial. Tim. Sicut hominibus fatale vivendi spacium, ita & morbis fatalem esse cursum. Res mira, dum complures ægri, chronicis morbis discruciat, & vario remedium genere, in cassum tractati, tandem instante fatali juvandi termino, non absque singulari Numinis inspositione, ex imperato, tale medium succurrat, quod salutem.

M

OBSER-

Utriusque cruris paralysis.

Cum essem Laphemium evocatus ad Nob. Dn. Phil. Carolum de **Welden**/inter alios egros, cujusdam subditi Filia 10. annorum curanda presentata, utriusque cruris patalyli detenta, totaliter motu privata ab obstructione nervorum circa os sacrum procedentium à crassis pituitosis humoribus & viam spiritibus animalibus motioni intervenientibus, præcludentibus. Cui sequentia ordinata & feliciter curata.

Ad humores phlegmaticos evacuandos. Præscriptum hydromel laxat.
℞. R. Enul. sænic. Ireos flor. an. ʒij. herb. beton. meliss. anth. salv. a. p. j. fol. sen. s. l. ʒj. agar. rec. troc. ʒss. Mech. al. ʒijj. Turb. al. gumm. ʒij. gal. min. ʒj. f. sac. pro mens. hydrom. exh. quart. s. pro vice.

Corpore depurato, ordinatum Baln. ex dec. herb. salv. orig. anthos. major. chamo. gr. & summit. Juniperi.

De convulsionibus Epilepticis.

OBSERVAT. I.



Um Filius meus Nathanael, 20. ann. artis Pæoniæ Studiosus, Naturæ melancholicæ, in Pharmacopolio Argentoratensi Ringleriano, suam locans operam, feбри continuâ malignâ aliquandiu detentus, ab eâ tandem liber ac immunis, cum videretur in salvo, convulsionibus Epilepticis erat correptus, interdum sola crura motibus convulsivis per intervalla, agitata: malo isto per aliquot hebdomadas perdurante, Argentinam relinquens, ad nos velut Patrios Lares, se recepit, expectans morbi eventum, secundum Dei beneplacitum. Erat casus miserandus & deplorandus. Invadente paroxysmo Epileptico, ingens stertor subseditus, qui de summitate ædium in plateâ exauditus, ut metus immineret suffocationis. Casus rarus & paucis Medicis, præsertim in nostro districtu, cognitus. Ego ponderans varias circumstantias, imprimis respiciens illius Naturam melancholicam, observare cæpi illa symptomata non per *idiopatiam* à cerebro dependere, sed per *sympatiam* hypochondriorum, sub quibus in venis mæraicis delitescat *laburra* vitiosorum humorum.

morum melancholicorum, cum bile & sero mixtorum, è quorum *φροσύνη* ac fervore, per putredinem concitato, dum expirant maligni ac corrupti vapores, cerebrum & nervosas partes impetentes, & suã inimicã qualitate, facultatem expultricem irritantes, ad rem noxiam persequendam, motus illos convulsivos concitari. In hac meã opinione sum confirmatus haud frivolis conjecturis, dum quotidie paroxysmo redeunte, in lecto decumbens, per horas 6. 7. 8. 12. quasi attonitus, sine loquela, immensum capitis dolorem percipiens, quasi cerebrum funiculis *constrictum* contraheretur, *insuper* in toto æstum sentiens, febrilem dispositionem arguens, imprimis circa sinistri hypochondrii regionem, ardorem animadvertens. Exin effumantes vapores mala qualitate imbuti, tam gravium symptomatum authores. Ad malum illud debellandum, rationi consonum videbatur, vitiosos illos humores evacuare, obstructions reserare, & malignitatem propulsare. Eum in finem diversa ordinata purgantia, sed sine fructu, ut ipse etiam dixerit, eorum medio, morbum suum eradicari non posse, nisi alia succurrant præsidia, actum de suã salute, cum & Medici Argentinenſis opera, evacuando procedentis, frustra. Tentavi etiam venæsectionem in brachio sinistro, aperta splenetica, haud levi

cum levamine, exin quasi subtracto igneo funiculo, qui sub sinistro hypochondrio, herere videbatur. Cum autem malum tam refractarium, tam contumax, ut hisce præsidis non cederet, cum iste affectus mihi videretur magnam habere cognationem, si non identitatem, cum morbo illo epidemio Hassiaco, quem *die Kirbelsucht* indigitant, à corruptione serosorum cum ichoribus biliosis, mixtorum humorum, pronato, cum motibus convulsivis conjuncto: Exin scopum curationis direxi, ad infringendam venenositatem, salutari successu & eventu.

℞. *R. vincetoxici, succisæ, Enullæ, pæon. maris decr. L. coll. Garyo. an. ʒiʒ. bac. lauri. ʒʒ. anth. sal. serp. pilli. a. gr. xv. sp. plirifarch. diamof. dul. dianth. a. ʒʒ. f. p. cujus prima vice. ʒi. oblata, cum aq. pæon. ceras. n. a. ʒiʒ. M.*

Vix persuaderi, aut impelli potuit ad assumendum, tam erat nauseabundus, aut more melancholicorum suspiciosus ac diffidens. Tandem obsequium præstitit. Pul. illo oblato, in lecto decubuit à summo diluculo ad vesperam usque, sine loquela, oculis clausis, quasi attonitus. Cum ad se rediisset, percontanti de medicamento successu, respondit, se tantam contractionem in capite sensitisse, per aliquot horas perseverantem, quasi tota cerebri substantia per oculos, nares & aures erumpere

conaretur, velut funiculis divulsa. Cum suavissem illius pul. usum per aliquot matutinas continuaret, cum impossibile, annosam quercum, unico ictu prostrernere: ita morbum radicatum, unica vice expugnari non posse: sed totis viribus restitit.

Non minus unica illa dosis pul. prædicti alexiteriam vim habentis,

miraculosum reliquit effectum, dum omnia symptomata evicta & profligata, nec amplius reversa. T^{is} ^{est} in morbis, & vim occultam pauci respiciunt, solis purgantibus & obstructiones reserantibus, cunctos morbos propulsare, in cassum annitentes.

OBSERVAT. II.

Epilepsia non à solâ vaporosâ materiâ, sed humorosâ copiosâ in cavitatibus cerebri contentâ, proveniens.

ILLust. ac Generosus Dn. Erasmus de Teuffenbach/ L.B. in Styria, cum febre hecticâ contabuiisset, ut nihil residui, præter cutim & ossâ, tandem convulsiones Epilepticæ supervenêre & finem vitæ imposuêre. Erant panè continuæ die noctuque affligentes, ultra biduum perseverantes, dum Natura evicta & prostrata, eram attonitus, & etiamnum quoties recordari soleo, admiror, tantum sceletum, tantam violentiam symptomatum, tamdiu sustinere potuisse, observatum ex capite materiam creberrimè descendere per fauces in œsophagum, eam deglutire Ill. æger est coactus, interdum etiam per os rejecta, ad viriditatem & nigritiem inclinans, exin perspicuum, humores corruptos, cum bile & humore melan-

cholico mixtos, illius mali effectores. Etsi haud levis controversia, utrum p̄aroxysmi Epileptici à vaporosâ, vel humorosâ materiâ, ventriculos cerebri opplente, proveniat. Quamvis indubium, quin sapius à malignis vaporibus facultatem expultricem stimulantibus, ad noxium removendum, emergant, sed in illo subjecto, quin cavitates cerebri fuerint repletæ copia corruptorum humorum, τὰ μὲν, hoc est luculentum, dum æger frequentius materiam delabentem deglutire coactus, quæ tamen non tam ratione obstructionis ventriculorum cerebri, τὰ δὲ illud concitavit, quin potius ob malignam ac inimicam qualitatem, qua infecta irritando cerebri membranulas investientes, ad noxium amoliendum.

OBSER-

OBSERVAT. III.

Epilepsia à colicâ cum geminatâ visione.

Rever. Pater, Prior Cœnobii If-
nensis, Naturæ melancholicæ, fa-
cie & barbâ nigricante, aliàs fat ro-
busti corporis, inordinatè vivens, co-
licâ graviss. exagitat, compressio-
ne valida torquendo intestina, tan-
dem materia morbifica translata in
cerebrum, terminata in convulsio-
nes Epilepticas. A dolore levatus,
per aliquot hebdomadas obambu-
lans cibum capiebat, de nullo am-
plius symptomate questus, quam
quod cunctas res, quas intuitus, ge-
minas cerneret, alterutro humore
cristallino è sua sede dimota, & per
convulsionem, sursum tracto, vel
deorsum delato. Id admiratione &
commiseratione dignum, etsi spe-
ctatores non rarè ad risum concita-
ti. Si quis ei manum porrigebat, ad
excipiendum, tùm ille geminam se
videre putabat, dubius utra appræ-
hendenda. Idem contigit in cibo ex
patina capiendò, & cyatho ori ad-
movendo, ut aberraret in eligendo.
Id mihi conspicanti, sæpius ritum ex-
pressit. Isto symptomate menstrui
spacio molestante, tandem recessit,

sed vitrea erat valetudo, intra dies
14. convulsionem Epilepticam inopi-
natò bonum illum Patrem torque-
re cæperunt, die noctuque affligen-
tes, nec prius desinentes, quàm ipso
è vivis sublato.

Itidem ille, ut in superiori obser-
vatione citatus Dn. D. continuo ma-
teriam viridem & nigricantem, talis
etiam interdum per os ejecta, è ce-
rebro per palatum descendentem,
deglutire est coactus, dum suffo-
catus.

Cum prima vice dolore colico
corruptus, nec cederet, exhibitis pur-
gantibus etiam ritè operantibus, ad
opiata compulsi necessitas.

℞. Laud. op. cum magist. gr. 4. f.
p. j. Dolor sopitus.

Cum magna adesset *avogelie* quæ-
vis cibaria averfando.

℞. Aq. bor. bugl. an. ʒʒ. Ros. ʒiij.
tij. ceraf. lil. conval. cinnam. a. ʒiij.
man. Chr. perl. ʒj. M.

Ista aqua per aliquot septimanas
fuit recreatus & sustentatus, aliquot
vitra absumentò & deprædicando.

OBSERVAT. IV.

*Epilepsia colicæ succedens à corruptis ac putidiss
humoribus.*

M 3

Nob.

Nobil. Dn. Michael Donspergerus, Naturæ melancholicæ, cum sævis. doloribus colicis infestatus, ad ipsum vocatus in oppidum **Leibn** / superioris Styriæ, sed antè meum adventum, convulsiones epilepticæ eruperunt, ut de vitâ periclitaretur. Cum æger & Conjux multis precibus instarent, nè ipsum defererem, quin aliquam convenientem curam susciperem, quo & à præsentî malo penitus liberari, & ab imminenti, seu recidiva, præcaveri queat, corpore prius probè evacuato, proposui decoctum lign. sanct.

cum sarf. paril. Obsequium præstitum, assumptum, & feliciter ad finem perductum, magno cum emolumento. Ab haustu, sudorifero semper promanabant sudores valdè fortidi, ut cum sudore absoluto, lecto detecto, detergendus, sua graveolentia, adstantibus abominandi, indubium corruptorum humorum argumentum. Per mensem apud illum hæsi, interea etiam alii valetudinarii, consilii causa, me accersiverunt, ut tandem benè nummatus domum reversus, relicta honorificâ, mei memoriâ & benevolentia.

De Convulsione,

OBSERVAT. I.

Convulsio diversarum partium à Vermibus causata.

Ellia 14. annorum Dn. Davidis Wolfii, Cōsulis Reip. Isnensis, in collo constrictionem sentiens, Chirurgi operam adhibuit, qui per gargarismum succurrere malo, (ratus à materia catarrhali profectum) tentavit frustra. Cum in horas deterius haberet, & magnum impenderet suffocationis periculum, tandem circa mediam noctem ego excitatus & vocatus, comparui, thalamum ingressus, offendi ægram erectam in lecto sedentem & querulam, de in-

genti contractione faucum sibi respiratione interceptâ moriendum clamitantem, nî subveniatur subito. Conspicius etiam aderat motus convulsivus, utriusque brachii, & utriusq; cruris, modo dextrum brachium, modò sinistrum ad pectus, modò dextrum crus, modò sinistrum, magna violentia ad nates usque, invita ægra, quasi funiculis alligata, alternatim reflectebantur. Tam miserandum & condolendum spectaculum, mihi haud obvenit. Cum ob instans discrimen vitæ, consilium

filiura capiendum præsentaneum, & in suspenso, quid de causâ morbi statuendum, & qualia remedia præscribenda.

Primò astite gratiâ divinâ, ordi-
navi aq. cordialem.

℞. Aq. bor. ceras. an. ʒ2. lil. con-
val. meliss. beton. an. ʒj. cinnam. ʒʒ.
corall. rub. præp. ʒj. Bezo. ori. gr. vi.
man. Chr. perl. ʒvi. M.

Vix unius atque alterius cochl.
dosi assumpta, constrictio colli re-
cessit, liberior respiratio successit.
Exin suspicari capi, illa symptomata
concitari à vermibus, qui suavitate
aq. cordialis pacati conquiescant.
Id meum effatum, quibusdam mu-
lierculis præsentibus, (quæ Medicis
ob hebetudinem mentis, semper
adversariæ & ad calumnias intentæ,
id dolendum, vix corrigendum) ab-
sonum videbatur. Sed ipsa praxis &

eventus, meum vaticinium compro-
bavit, cum ea matutina hausisset po-
tionem laxat.

℞. Fol. sen. ʒij. agar. rec. tro.
Rhab. el. an. ʒij. cinna. zing. a. ʒʒ. in-
fund. in aq. beton. sp. vit. g. iij. In col.
leviter ex pres. ʒ3. dis. Mañ. El. ʒj. f. p.

Post horas 4. duo oblongi ver-
mes cum vitiosis humoribus excre-
ti, & symptomata remissiora rarius
infestabant. Ad reliquias penitus
propulsandas.

℞. R. dict. al. zedo. tormentill.
an. ʒj. sem. santon. p. ij. herb. abs. rom.
card. b. cent. min. a. m. ʒ. fol. sen. f. f.
ʒvi. agar. rec. tro. Rhab. el. a. ʒ4.
cinna. ʒij. zing. gal. a. ʒj. f. fac. pro
vini ʒ. 2. aq. card. b. ʒ. j.

Cujus quart. ʒ. ante prandium as-
sumpsit, vesperi adhuc unicus tan-
tum vermis rejectus, & ita ægra à
præsentis periculo liberata.

OBSERVAT. II.

*Motus quasi convulsivus territans, noctu & interdum, per
intervalla, repetens.*

Cum Dn. Johan. Popius, 70. ann.
civis Ulmenf. ultra semestrem per
quam molesto symptomate exagita-
tus, motu quodam convulsivo, mul-
tociens die noctuque paroxysmo re-
pente, territante & conquassante,
à malignis vaporibus ex abdomine
expirantibus, nervosas ac sensiles
partes percellentibus & extimulan-

tibus, ad rem adversam excuten-
dam. Prius usus consilio Dn. D. Hor-
stii, sed absque ullo profectu: exin
mea requisita opera, quæ itidem ir-
rita. Tandem fortuito, utriusque fe-
lici Fato, liberatus ex insperato.
Cum enim *ixuxia* & *dyuria* gravissi-
ma urinæ suppressio urgeret, me ac-
cessendum curavit, cui symptomati
abigen-

abigendo, inter cætera, ordinavi. lestum symptoma, in simul profligatum.

Ol. still. succ. rectific. gut. vi. cum
aq. petros. cochl. 2. 3.

Id calidè oblatum aliquoties. Res
mira & inopinata, non modo lo-
tium provocatum, sed & illud mo-

Vel exin relucet, non rarò Me-
dici phantasiàm à causa superiori ita
dirigi, in ægrorum salutem, & sui
nominis laudem.

OBSERVAT. III.

Dolor & contractio dorsi, motu ἐπισθόρως.

DN. N. Bienlin / ordinis mer-
catorii dolore ingenti cum con-
tractione dorsi, motu ἐπισθόρως con-
vulsivo, à defluxione in nervos se in-
finuante, & miserè torquente, infe-
status, seq. unguento liberatus.

℞. Ung. Aregon. Marti. agrip. an
ʒij. ol. chamo. anet. lil. al. a. ʒj. lum-
bric. terr. vulp. a. ʒiʒ. ping. taxi, hum.
vulp. a. ʒʒ. M. cal. inung.

Bono Genio sit laus, qui præsen-
taneum suggestit præsidium.

OBSERVAT. IV.

Motus convulsivus cum risu involuntario.

Quidam Sacellanus cujusdam
Nobilis in nostro districtu, Na-
turæ melancholicæ, aliquandiu risu
involuntario exagitatus, sæpius in
die paroxysmo repetente, sat diu du-
rante, & ad cachinnandum impel-
lente, cum extremarum partium
tremulo ac convulsivo motu, à col-
lectione humoris atrabilarii circa
viscera secundæ concoctionis coa-
cervati, fermentantis, & peculiari
modo corrupti, exin pravi vapores
expirantes, ad diaphragma pertin-
gentes, id vellicantes, ad risum, præ-
ter voluntatem provocant, ad mus-
culosas & nervosas partes extimas
delati, inimica & acri sua qualitate,

Naturam stimulantem, motum con-
vulsivum concitant. Corpore prius
evacuato per melanogoga & phle-
gmagoga, usus sæpius 4. v. cochl. hy-
dromel. laxat. tartarifati. Tandem ad
discutiendam materiam corruptam,
nervoso generi infestam, seq. pul.
appropriati ʒj. exh. cum aq. ceras.
& veron. desuper sudando in lecto,
per aliquot matutinas continuando.

℞. R. angel. vincetox. a. ʒj. farf. pa-
ril. Garyo. pæoniæ, succisæ. a. ʒij. an-
thol. salv. thymi. a. ʒʒ. bac. lauri. ʒj.
spec. diamb. compl. diamof. amari.
a. ʒʒ. confect. diaxylal. ʒʒ. f. p. Cura
ad nutum & votum successit.

De

De Catalepsi.

OBSERVAT. I.



Vxor cujusdam mercatoris Ulm. corporis habitu melancholico, per complures annos, melancholicis phantasmatis exagitata, valde inquieta, ut non interdum solum, sed & non raro per integram noctem, garrula, quasi praesentes opposcentes, de rebus variis, quibus respondendum & resistendum. Aliquando depræhendi illam catalepsi correptam, in sella sedentem, apertis & in conniventibus oculis, motu & sensu privatam, velut totam rigidam, instar statuae, & in *curia* constitutam. Consimilis casus rarus, mihi antea non obvenit spectandus, nec ingratum, tum cognovisse. Etsi auctores, de causâ istius affectus admodum discrepantes, mihi tum rem penitus contemplanti, videbatur *ad* illud concitarum à vaporibus frigidis ac siccis, à sanguine melancholico emergentibus, & cerebrum impetentibus, & in ipsius nervorum tunicas, praesertim posticas, se insinuantibus & spiritus animales sisten-

tibus, velut fulmine perculsos, quod etiam vim habet vinum in dolio coagulandi. Cum malum illud subito invaserit nec diu durarit, exin conjiciendum, materiam vaporosam in culpa.

Non autem vapores illi melancholici, frigiditate actuali (cum talis frigoris gradus in vivente non datur) coagulandi vim habent, cum plures multo frigidiore cerebri interperie praediti, & tamen non evadant cataleptici: sed sua virtute acidâ vitriolatâ, ac ponticâ, figendo spiritus animales, & nervorum tunicas constipando.

Per intervalla evacuata:

Ꝟvi. hujus syr. in jus. Gall. Ꝟ. cort. R. Ell. n. præp. Ꝟb. polyp. q. Ꝟiib. epith. Ꝟvi. R. bar. bug. a. Ꝟv. ceter. fumar. cap. ven. cusc. chamædr. agrim. a. m. j. fol. sen. l. l. Ꝟx. sem. carth. Ꝟb. Rhab. Ꝟij. Mechioc. Ꝟiiib. sem. anis. Ꝟij. cinnam. Ꝟij. pafs. Ꝟij. dec. in aq. ad lb. 2. col. clarif. ad suc. pom. dul. Ꝟiiij. syr. epith. Ꝟ4. sacch. lb. iib. dec. ad consist. syr.

De Melancholia.

OBSERVAT. I.

Melancholici phantasia corrupta se totius orbis Monarcham.

N

Cum

Cum antè annos 36. ab Ill. ordinibus Ducatus Styriæ, pro medico ordinario receptus, ut in Styriâ superiori, in Metropoli Judenburgensi habitarem, & operâ medicâ Ill. Proceribus inservirem. Eram tùm admodum juvenis 24. annorum, ob id parum confidentiæ in me velut inexperto Medico, locatum, posthabito, quod ob theoriam haud vulgariter fuerim commendatus. Quam primum in illo oppido appuli, literas commendatitias, Illust. ac Generoso Dn. Dn. Julio, L. B. de **Touffenbach** / supremo Inspectori inscriptas tradidi, iis referatis & perlustratis, me benignè excepit & officia sua obtulit. Contigit autem felici meo Fato, ut illius Frater Dn. Ehrenricus &c. (cui Natura obtigit melancholica, & corrupta phantasia per annos complures molestatus, ut sibi imaginaretur, se totius orbis Monarcham) altero statim die à meo adventu, dolore colico exagitatatus, meum requisitum consiliam, non tam eo finè, ut restitueretur

in integrum, prout opinio vulgaris, quin potius, ut à me, velut Medico juvene (juxta tritum adagium. Novitius Medicus, novo opus habet camiteric) ad orcum ablegaretur. Sed vix uno atque altero clysmate injecto, liber ac immunis à cruciatu evasit, & cum inter excernendum, cum vitiosis humoribus, unâ status erumperent, tum Illust. æger, ex corruptâ imaginatione, se animam efflare, & sibi moriendum, dictitaret. Primâ istâ curâ tam prospere succedente, præter aliorum spem, tùm Illust. Frater D. Julius me celebrare & aliis etiam Magnatibus commendare cepit, & per hunc gragum *Fortuna, seu Providentia divina, me ad sublimiora evexit*, ut exin majori concitatâ famâ & confidentiâ, obvenerit facunda praxis medica. O felicem, cui favor ab alto. Cum non rarò Deo O. M. ita disponente, nobis non animadvertentibus, talia media occurrant, quæ admirationi in procurandâ nostrâ salute.

OBSERVAT. II.

Fœmina funestis cogitationibus intenta, & pænè desperabunda.

Fœmina primaria melancholicis symptomatis ad eò sævis molestata, ut interdum tam tristes ac funestæ animo obversarentur cogitationes, de violentis malis sibi inferendis, ac filio vitæ abruptum.

rumpendo insuper querela aderat, de oris amarore, & corporis per intervalla repetente horrore. Cum illius propinqui valdè anxii ac solliciti, nè impos mentis evaderet, dum nec blando sermone, nec severiori objurgatione, à viâ erroneâ ad regiam reduci possët. Cum ipsius Frater haud pridem lue pestiferâ è vivorum numero exemptus, ipsa perterrita, & assiduâ imaginatione agitata, quasi consimili pathemate, sibi foret emigrandum. Cum meum requisitum consilium, accessi, offendi ægram pavidam & pusillanimum, exin amicis suggesti, afflictam non esse magis affligendam, importuno affatu, quin potius sit excipienda & tractanda benigno alloquio, ad præcavendum, ne ad desperationem redigeretur. Cum animadverterem oris amarulentiam, ob *ἀναδρεμὴν* regurgitationem humoris biliosi ad os ventriculi delati, ex obstructione vesicæ felleæ: quin & cum in præcedente puerperio, lochiâ corruptâ rejectâ, exin sum suspicatus, pravos humores in vasis uterinis & venis meseraicis hærentes, plurimum contulisse ad formidinem ingerendam, & phantasiâ corrupendam, subvectis malignis vaporibus cor & cerebrum percellentibus. Proin ad depurandam massam sanguineam à spurcicie humorum biliosorum & melancholicorum.

℞. Extr. d. carth. ℥j. syr. viol. sol. d. Rhab. Augustan. an. ℥j. dec. fol. sen. ℥iib. M.

Ad eventilandum sanguinem; aperta mediana brachii sinistri. Dehinc ad reliquias intimius impactas averrucandas, ordinavi vinum laxat.

℞. R. cich. polyp. q. a. ℥β. abs. rom. card. b. beton. citrar. anth. chamæd. a. p. j. fol. sen. ss. ℥j. agar. rec. tro. ℥iiij. Rhab. Jalap. a. ℥ij. crem. tart. ℥4. pass. ℥j. cinnam. ℥j. gal. ℥ij. pro vini ℥b. 3. & aq. cichor. & meliss. a. ℥b. 8.

Alternis diebus, dimidium quart. hausit, magno cum levamine. Eo absoluto, cum per intervalla melancholicæ imaginationes redirent, ratus, eas prodire à malignis uterinis vaporibus.

℞. Aq. Hyster. seu d. meliss. compos. ℥. 3. Manè & vesp. coch. 2.

Ad ventriculum corroborandum:

℞. Elix. propr. parac. gut. v. 6. cum 2. coch. jus. Gall. cal. manè exh.

Et ita curæ colophonem imposui, illa restitutâ sanitate gaudens corporis & mentis, felicem medelam deprædicans. Exin patescit, quantum intersit, causas morbificas habere cognitâs, ipsa etiam ægra tandem advertit, tantam animi angustiam, à corruptis matricis vaporibus, cõcitata, dum quoties assumpsit aquam illam antihystericam, illicò levamen percepit.

N 2

OBSER-

OBSERVAT. III.

*Melancholicus in summo gradu vini haustu
recreatus.*

DN. M. Nicodemus Sitzlinus, purus purus melancholicus, valdè pusillanimis, anxius & meticulosus, à nulla re, majus capiebat solatium, quam haustu vini, Naturâ frigidiorè incalescente & per regenerationem spirituum, accidentariam hilaritatem procurante, sed ubi sanguis defervuit, pristina rediit tristitia. Exin sum exoratus, ut ad propulandum ac mitigandum animi mœrorè, remedium *universis* communicarem.

℞. R. bugl. ab. inter. cort. mund.

℥4. fl. bor. bugl. anth. an. ℥2. citrar. cum fl. m. 3. pass. min. mund. ℥viij. cinnam. ac. ʒiʒ. f. sac. pro. v. mens. vini in dol.

In prandio haustum sumpsit, id laudibus extollens. Post annos complures à catarrho suffocativo è vivo est sublatus, illius morbi decursus & qualia viscera, cadavere aperto, reperia circumstantialiter à me consignatus extat in meis consultationibus, multa singularia & notabilia occurrent.

De Mania.

OBSERVAT. I.

Duo Maniaci restituti.

Um quidam Vir honestus Civis Iſnenſis, cum uxorè ex Ducatu Wirtembergico, domū reversus, ambo tanto furore correpti, ut catenis constringendi ac coercendi, ne sibi & aliis exitium ac damnum inferrent, vulgò creditum, toxicum oblatum, mentem evertens, erant die noctue valdè inquieti, cum continua

dygnia & absurdis dictionibus. Si causa naturalis, quin ab atra bile incensa ac deusta *ad* illud concitatum, indubium. Maritus ita tractatus & curatus.

℞. Fol. sen. f. f. ʒʒ. Rhab. El. ʒ4. cort. Ell. n. præp. ʒij. prun. dul. v. sem. anil. ʒj. inf. per. n. in dec. fl. & fr. Mane facta ebull. & expref. ʒ. ʒ4. in qua dis. El. lenit. diacath. a. ʒiʒ. conf. Ham. ʒ4. syr. ros. sol. Mann. a. ʒʒ. M.

Erat

Erat difficilis alui. V.S. primò mediana in brachio dextro, post etiam aperta cephalica utriusque manus inter pollicem & indicem.

℞. Ung. popul. ʒiβ. ol. Nymph. viol. pap. expref. a. ʒij. op. theb. gr. 7. cro. gr. ij. cer. parum. f. lin.

Pro lavacro pedum:

℞. Nymph. lact. viol. a. m. iisβ. Ros. m. isβ. aneth. chamo. a. m. β. fa. lic. m. j. cap. pap. al. 7. dec. in aq. ʒ. Amyg. d. ʒiβ. sem. 4. fr. ma. a. ʒij. sem. pap. al. ʒisβ. cum aq. hord. f.

Emuls. ad. syr. viol. pap. errat. a. ʒiβ. M.

Tandem ℞. aq. Ros. ʒx. op. El. ʒj. cro. ʒiβ. M. pro epith. frontis & temporum, cum linteolis imbutis & expressis, tep. apl.

Parum etiam naribus instill. ante cubitum.

Exh. etiam gr. 4. laud. op.

Eâ nocte dormivit, cum antea, per dies 14. insomnis, & menti restitutus. Quin & uxor consimilibus recuperavit ^{in x. partibus} corporis & mentis.

OBSERVAT. - II.

Cum Dn. Caspar Hilleri, Pastoris Reip. Insensis Filius M. artium, Maniâ savâ obsessus, Pater meum efflagitavit consilium, pareo, trans-

mitto, id à Medico illius loci laudatum, cujus apographum extat, in meis consultationibus.

De Catarrho,

OBSERVAT. I.

De variis symptomatis à catarrho materiæ concitatis:

De qualitate camphoræ, & situ cordis.

Um olim Durlachii Marchionatus Badensis oppidum hæsilsem, ipse Illustriss. Dn. suum intimum Secretarium ad me ablegavit offerentem chartam, in qua varia consignata symptomata, à catarrho proficiscentia, quibus S. C. molestata, meum desiderans iudicium. Consilium

erat conceptum & oblatum & laudatum. In aulâ dici solitum, Ill. Dn. Marchionem ab Alchymistis olim ita tractatum, ut rota ipsius Natura corrupta, si maturius tale obtigisset consilium, indubium, quin à gravioribus symptomatis præservari & commodiore frui valetudine licuisset. Illius apographum reperitur in

meis consultationibus. Quid mihi contigerit tūm in aulā, haud abs re commemorare notatu digna. Eram invitatus ad cœnam unā cum Mediculo, adierant & duo nobiles cum Marchionisā, cum tabulæ assedissemus, tūm sua Celsitudo, mihi proposuit quæstionem dissolvendam de camphora, cujus esset temperamenti, calidi vel frigidi, cum respondissem, rem intricatam, dum discrepantes & è diametro repugnantes Medicorum extant opiniones, mihi probabiliorē videri eorum sententiam qui statuunt devertere ad crasū frigidam, non tam manifestā qualitate, quā *διὰ τὴν ἐξωθεν* potentia essentiali refrigerare, istam *ἐπιχειρήσας* & operationem esse cognitā ex effectu, dum arcere solet morbos ex calidā *διὰ τὴν ἐξωθεν* concitatos, & Erysipelata propellit. Contraria autem contrariorum esse remedia. Tūm S. C. instabat, cum camphorā conferat plurimum in affectibus hystericis, hī autem à causā frigidā proveniant, erit igitur qualitatis calidæ: huic objectioni per distinctionem, occurrendum asserui: commendari medicamenta camphorata, non ad corrigendam intemperiem frigidam, sed ad profliganda symptomata matricialia, si in culpā vapores corrupti & maligni, ad eos, vi alexiteria infringendos, (eā de causā camphoram velut insigne alexicacum in ipsā pestilentia, summopere de præ-

dicatur) dum per os assumpta, Effentia tenuitate, per intima penetralia se insinuare, & haud levi amaritie & acrimonia, & insitā *ἰδιοσυγκροσία* malignitati repugnare & tetros halitus resolvere & propulsare, assolent, vel *ἰδιοσυγκροσία* quadam, occultā proprietate prodesse. Adhæc S. C. conticuit & aliam quæstionem protulit, percontando, ubi cor suam sedem habeat, respondi, in thoracis medio: tūm S. C. regessit, potius inclinare ad regionem sinistram, ob pulsū eò loci magis conspicuum, referebam id contingere, ob sinistrum cordis ventriculum, in quo arteriarum origo, à quibus pulsus obveniat, aliās teste Galeno lib. 6. de vl. part. consistere in medio pectore: adhæc etiam silit.

Quod autem quæstionem de situ cordis proposuit, ex in nata est occasio. Cum aliquando ingenti cordis palpitatione laboraret, duo Medici Heidelbergā evocati in auxilium, inter cætera remedia ordinatum Epithema cordiale, ibi rixa & contentio cum Medico aulico Durlacensi, quò loci illud esset applicandum, & tūm litigium de situ cordis, illis contententibus in sinistro latere locatum, isto autem in medio situm, asserente, tandem cum neutra pars cedere velleret, de conceptā opinione, Medici Heidelbergenses provocabant ad experientiā, & anatomiam, cujus medio ista controversia sit

fit dirimenda. Cum autem Scrofae apud S. C. deferentes, quod tam viscera interrana, quoad situm, imperitum alar Medicum, cui incohaud dispari modo, disposita, ac in gnitus situs cordis. Exin Dn. Marchio tantam concepit indignationem, ut Medicum aulicum officio & in conclave delata, corpore aperto, cum videretur cor inclinare versus latus thoracis sinistrum, illi triumphantes de victoria, Medicum aulicum incusantes ignorantiae & mentosa calumnia.

OBSERVAT. II.

Quidam Vir primarius chronicis catarrhis obnoxius, aliis frustraneis, pul. Nicotianæ per nares attracto, & dec. Sassafr. pro potu, liber evasit.
℞. Fol. Nicot. cum ol. anis. præp. ʒj. fl. major. ʒj. mol. gr. j. f. p.

OBSERVAT. III.

*De Tabaci præstantiâ in defluxionibus, in abigenda crapulâ,
& mirâ qualitate in præservando ab inedia.*

Cum in toto terrarum orbe, nulla planta reperiatur, quæ ob præcellentes qualitates, ad omnis generis ægrotudines, internas & externas partes obsidentes, propullandas, tantum elogium, præsertim in affectibus catarrhosis suffitu & pulvere adhibito, ac ipsa Nicotiana, exin suo merito, sana sancta dicta, ab effectu, ob præclaras & quasi divinas sanandi dotes. Etsi illa ob insignes virtutes summopere celebranda, non minus, cum ab hominibus delictiosis, illius usus non ad morbos profligandos, sed vitia propaganda, adhibeatur, in multorum reprehensionem incurrit, dum ipsius suffitu & pulvere, libidine effrenatâ abutuntur bibuli, ad cerevisiæ & vini vapores in cerebro coagulatos & adglutinatos, resolvendos ac detrahendos, ut temulenti exin sobrii redditi, denuò computationibus indulgere, & non unâ vice in die Ebrietati studere, liceat. O vitium execrandum! O vita belluina. Adeò illa ~~maxime~~ inolevit, ut deploranda, vix emendanda, dum non solum Martiales, sed & oppidani ac ipsi etiam pagani, suam illic voluptatem quærant & capiant. Mihi ex relatione cujusdam viri fide digni innotuit, haud
-ridem

pridem in Belgio, inter duos Nobiles, certamen institutum de copiosiore Tabaci haustu, victori proposito præmio 200. Thalerorum, quorum alter 300. fistulas absorpserit.

Cum antè triennium, in dioecesi Eisenburgensi, diversaret, incidi in quendam militem Salva-Guarda dictum, pro subditorum custodia ac tutelâ destinatum, qui asseveravit, suffitum illum inter milites tam vulgarem, ut si quid de stipendio menstruo residui relictum, in Tabacum impendant, subjiciens: O quàm dives essem, si haberem eos nummos, quos pro Tabaco exposui. Cum ille suam olim operam etiam locarit in naumachia, mihi retulit, suffitus Tabaci frequentissimum usum esse inter milites classarios, præsertim si commeatus inopia, ad famem præcavendam & dispellendam, per 2. 3. dies mediam sustinentes, citra ululum incommodum. Cum videatur à ratione alienum, ab ullo suffitu sperandam alimoniam, ad famem placandam, accommodatam, haud abs re, inquirere in causam, tam admirandi effectus.

Ultra 10. lustra abiêre, quod Nicolai Monardis Medici Hispani de rebus Indicis commentaria perlustrare contigerit, ubi refert, ipsos Indos, præsertim si per loca deserta peregrinandum, in cibi ac potus defectu, ad famem & sitim fallen-

dam, masticare pilulam pisi magnitudine, ex Tabaco concinnatam, cujus beneficio per quadriduum, absque ullo cibo ac potu, iter peragant, sine ullo sensu famis ac sitis.

Author ille rejicit causam in phlegma per pilulam Tabacinam masticatam, è cerebro tractum & deglutitum, quod pro alimento inserviat, sed absolum. Cum multa reperiantur simplicia, è quibus apophlegmatissimi componuntur, phlegmata è capite allicientia, iis deglutitis nulla inest facultas famem & sitim per quadriduum (intellectum velim hominem sanum, non morbosum) remorandi, sine ulla offensione virium. Accedit & hoc Herculeum suffragium, quod ipse etiam suffitus Tabaci, eundem præstet effectum. Quis amabò fumo ulli attribuat nutriendi facultatem per se. Ergò alia occultior subsit causa, necessum est, videlicet, *δύναμις* quædam *ναρκωτική* orificio ventriculi impressa, quod aliàs ob sextum par nervorum à cerebro implantatum, admodum sensibile, & sedes famis animalis, si ejus sentiendi & alimenti capiendi facultas, à Tabaci qualitate narcoticâ, vel *ιδιοσυγκρασία* quædam, inhibeatur, aliquandiu licitum abstinere à cibo ac potu dum *σύνεργον* Tabaci absoluta, sensus indigentia, & cibum ac potum assumendi desiderium redit. Memoria succurrit, quod aliquando in Herbario Andreae Lobetii legi,

ʒ. Syr. liquir. ʒi. viol. f. ʒj. d. adi-
anto. ʒvi. M.

Lateri dol. apl. lint. imbutum seq.
ol. & expressum. ℥. ol. chamo. a-
neth. amygd. d. a. M.

Cum ingens querela de alvo ad-
stricta & cruciatu quasi ventrem di-
vellente, hoc clyfma injectum:

ʒ. Ol. amygd. d. chamo. a. ʒiij. mell.
anthof. ʒiij. sacch. rub. ʒj. vit. 2. ouor.
brodii Gall. ʒx. M.

Id per 3. horas retinuit, postea ex-
crementa remollita in copiâ reje-
cta, dolor sopitus, & fœtus ex-
clusus saluus ac incolumis. Illud
clyfma albo calculo est norandum,
in gravidis & puerperis, si alvus ad-
stricta, vel tormina infesta.

Aq. cordialis etiam proficua:

ʒ. Aq. bor. bug. ceras. Ros. an. ʒiij.
meliss. ʒj. cinna. ʒvi. marg. præp. ʒiij.
man. Chr. perl. ʒij. M.

De Phtisi,

OBSERVAT. I.



Um Illust. ac Generosus
Dn. Wolfgangus L. B.
ab Herberstein/an. 19.
de tussi questus, inclina-
tionem habens ad Phti-
sin etsi tum nihil purulenti excerne-
ret, & ad illam mitigandam, Medici
Argentoratenses, ubi tum commo-
ratus, in vanum laborassent, Ulmam
rediens meo usus consilio, ordinavi:

ʒ. Sp. aromati. Ros. ʒj. sp. diatrag.
frig. ʒi. sem. cor. præp. ʒij. sem. anili.

ʒj. sacch. ros. tab. ʒi. f. Trag. Eâ usus
super pane tosto vino madef. à cibo.

Valdè commendabat sibi aded
profuisse, ut nihil tussis ultra annum
fenserit. Sed cum itinere in Styriam
suscepto, per alpes nivosas Equis ve-
redariis vectus, exin corpore aliis
pulsillo & molli, concusso ac con-
quassato, & in victus ratione delin-
quens, in tussim recidit, Ulmam re-
versus, diu cunctatus, antequam me-
dicamenta usurpasset, tandem me
accer-

accesfiri curavit, cum olim à me ordinata tam proficua: sed nimis serò, cum Pulmones ulcere depafcente detenti, rejectâ materiâ purulentâ & acri, tuffi pœnè affiduâ, perfeverante. Varia administrata, sed absque fructu notabili. Præ cæteris hic pulvis multum contulit in materiâ purulentâ mundificanda.

℞. Pul. Haly. ℥vi. sp. diatr. fr. ℥ij. diatr. f. ℥j. sac. can. al. ℥j. penid. ℥i℥. man. Chr. perl. ℥℥. f. p. cum jusc. & pane vino mad. exhib. Quin & alius Medicus in consilium adhibitus, at omnis noster conatus irritus, quin ex hac miseriarum valle, evocatus ad superos,

OBSERVAT. II.

A chronico pectoris affectu immunis redditus.

Quidam Italus 26. annorum complexionis à prædominio melancholicæ, ultra biennium pectoris angustia cum difficili respiratione laborans, tuffi insuper molestatus, excreta materia viridi, ardorem etiam circa anteriorem pectoris regionem percipiens, aliquando sanguinis rejectio per os successit, exin haud levis conjectura, pulmones malè affectos & phtisi obfesos. Cum Patientis ille Stutgardii negotiorum causa commoratus, cujusdam Medici usus consilio, eo frustraneo, cum indies deteriora subsecuta symptomata, Ulmam pertingens, cognito, me complures illius conterraneos, gravioribus morbis decumbentes, felici auspicio restituisse, me accessit & meum efflagitans subsidium. Et si prima fronte morbus videretur ita comparatus, ut ambigua medicatio censenda, non minus vela ventis committere & Fortunam experiri

placuit, à superis expectando optatum successum. Cum animadvertirem in pectore hospitari humores pituitosos & biliosos, primò ordinavi: ℞. Rhab. El. Rad. Jalap. an. ℥ij. Cremor. Tart. gr. xij. decocti pectoralis cum ℥ij. fol. sen. ℥iij. f. p.

Exin aliquot secessus habuit, succedente multo liberiore respiratione. Ad reliquias penitius tollendas, præscripsi hydromel. laxat.

℞. Rad. Enul. Ireos Flor. polyp. queri rec. an. ℥ij. herb. Hyff. veron. absint. rom. card. b. adianti utr. an. p. j. fol. sen. El. f. f. 3x. agar. rec. tro. R. Jalap. an. ℥iij. Rhab. El. ℥i℥. crem. Tart. ℥i℥. Jujub. sebest. an. ℥℥. cinnamo. gal. an. ℥℥. cum sindon. al. f. facc. pro Mens. hydromel. de quo ℥℥. ℥.

Calidè jejuno stomacho, hora una ante prandium hausit, benigna & sufficienti operatione peracta, anhelitus expeditior successit, & ardor pecto-

R 2

pecto-

pectoris recessit. Ad pulmones à for-
ditie emundandos.

℞. Loh. fani & experti. ℥iij. spec.
diar. simpl. ℥ij. sp. diatrag. frig. flor.
sulph. ritè præp. an. ℥β. syr. liquir. Ju-
jub. an. q. β.

F. Eclegma liquidum, cum bacillo
liquiritiæ sumendum manè & antè
cubitum per dies 14. continuando.

Pro potu quotidiano ordinatum:

℞. R. Chinæ El. rasuræ ligni fan-

cti. an. ℥vi. liquirit. rasæ. ℥v. Jujub.
Sebesten. an. ℥vi. cinnamo. ℥iij. con-
cisa. M.

De quo ℥. quantum volà manus
comprehendendum, decoq. in Mens.
2. aq. aliquot. ebullit. id merum bi-
bendum vel interdum vinum eo
contemperandum. Intra paucas se-
ptimanas ab illo gravamine levatus,
& cum antea macilentus, corpulen-
tior evasit.

OBSERVAT. III.

Filiola Anna Catharina 9. ann. Dn.

Joh. Eitelii Neubrunneri in *Si-
senburg*/Generi meæ, Naturæ me-
lancholicæ, cum diu anhelitu fæti-
do, corruptionis internæ indice, mo-
lestata, tandem forex se prodidit,
qualis interius latitans caula, cœpit
tussi exagitari cum excretis cruentis
& purulentis, veræ phtiseos indu-
bium argumentum. Interdum etiam
portiuunculæ de ipsorum pulmonum
substantiâ rejectæ animadvertæ, non
meo tantum, sed & aliorum spe-
ctantium, judicio. Cum exulcerati
pulmones, eò eram sedulo intentus,
quo materia purulenta absterisâ re-
moveretur, nè ob diuturniorem
moram, latius serpendo, majorem
corruptelam acquirat & pulmonum
substantiam indices magis corrodat.
Inprimis contulit ista aq. pectoralis,
cujus non unam mensuram assump-
psit, noctu & interdum 2. 3. cochl.
sensim deglutiens.

℞. Aq. scab. ℥iij. Hyff. Veron. tuf-
sil. an. ℥2. card. ben. ℥iβ. sac. cand. al.
℥vi. M.

De pul. hoc pectorali aliquot un-
cias per morbi decursum accepit, ter
in die super pane tosto vino mad.
manè, à meridie & antè cubitum.

℞. Pul. Haly. ℥iij. sp. diatr. fr. ℥j.
diar. f. ℥β. sac. cand. al. ℥β. penid. ℥vi.
man. Chr. perl. ℥ij. f. p.

Cum autem interdum ingenti tuf-
si exagitata, ut metus suffocationis
immineret, nec materia procederet,
observatum, materiæ purulentæ ex-
cretionem ab hujus usu confestim
subsecutam.

℞. O. amyg. d. rec. ℥3. sac. cand.
al. ℥iij. M. cochl. 2. cum jusç. Gall.
cal. exh. vel etiam per se.

Interdum ad infringendam ma-
teriæ acrimoniam:

℞. Syr. Jujub. ℥2. liquir. pap. er-
rat. an. ℥j. M.

Uta etiam crebro troch. bech. de
Radice

Radice Ireos. Pro potu seq. dec. usurpatum.

℞. Rad. Chin. ʒvi. lig. sancti. ʒʒ. liquir. ʒi. pass. m. j. Jujub. dact. a. ʒvi. cinnam. ʒʒ. de quo ℥. m. ʒ. dec. in aq. Menf. 2. ℥. Syr. Jujub. ʒi. pap. errat. ʒj. M.

Intra mensis spatium est restituta præter meam & aliorum spem, incredibilis copia materiæ purulentæ & cruentæ, interdiu & noctu, excreta per tussim. Erat autem in assumendis prædictis remediis abhorrens à Morte, obsequentissima.

OBSERVAT. IV.

Singulare exemplum Phthisis in tribus fratribus non hæreditariæ.

NOB. Dn. Doctor Leo Krafft/ Patricius & JC. Ulm. tres habuit filios adultos, major natu excedens ann. 30. medius 28. minor 24. qui omnes, licet duorum Medicorum opera adhibita, annuo spacio phthisici, è vivis sublati. Res stupenda, antea inaudita & nunquam lætione mihi cognita, eò magis mirandum, cum neuter parentum illi morbo obnoxius & è diametro diversa illis & Natura ac temperatūra obrigerit, Senior erat complexio-

nis melancholicæ & macilentæ, medius autem corpulentus inclinabat ad Naturam sanguineo phlegmaticam, junior vilis præditus bona ac laudabili corporis constitutione. Quoties illorum recordatio obvenerit, tories fatalis illa trium Fratrum dispositio, animum meum admirandum percellit, qui licet temperatūra contraria obvenerit, ætas & vitæ ratio diversa, eodem tempore, uno eodemque morbo defuncti.

De cordis palpitatione.

OBSERVAT. I.

Nobilis. Virgo Maria Elizabetha Claudia, 18. ann. Filia Nobil. Dn. Philippi Caroli de Welden / in Laphheim / cum tam vehementi cordis palpitatione molestata, ut motus in pectore non contactu tan-

tum depræhensus, sed & visui obvius, à serosa & vaporosa materiâ, capsulam cordis, seu pericardium obsidente, cum insigni faciei pallore, labiorum livore, conjunctus erat morbus virgineus, proficiscens à crassis ac lentis humoribus pituitosis

R 3

lis

sis cum bile mixtis & obstructiones in venis meseraicis, concitantibus. Ad totius corporis depurationem & obstructionum reserationem & corroboracionem viscerum concoctioni inservientium, sequentia sunt ordinata.

℞. R. cich. Enul. fœnic. Caryo. a. ʒij. herb. abs. rom. card. b. cent. min. chamædr. cusc. meliss. adiant. utr. a. p. j. fol. sen. l. f. ʒj. Rhab. El. ʒj. Agar. rec. tro. ʒj. Mech. al. ʒij. crem. Tart. ʒij. cinnam. ʒi. gal. ʒij. sem. anisi. ʒij. f. sac. pro. ʒ. quart. vini & aq. cich. card. b. a. lb. ʒ. alternis dieb. quart. ʒ.

Interdum exh.

℞. Rhab. El. ʒij. R. Jalap. cremor. Tart. a. ʒij. f. p. cum jus. exh.

Felici successu.

℞. Sp. diagal. aromat. caryo. diacinnam. a. ʒij. dianisi. ʒij. man. Chr. perl. ʒvi. sac. fini. ʒij. fr. Tr. à pastu cum crustâ panis tosti vino irror. sumenda. ℞. sp. arom. caryo. ʒij. diagal. ʒij. diamb. ʒij. ol. stil. macis. gut. 4. sac. in aq. meliss. dil. ʒij. f. R. Interdum sumpsit gut. v. vi. ol. stil. macis in jus. Gall.

Permutatis vicibus.

℞. Cort. citri cond. ʒij. conf. meliss. bor. a. ʒij. dianth. ʒvi. sp. latif. G. diamb. diamof. d. a. ʒij. sem. citri. ol. c. c. a. ʒij. myrob. embl. condit. frag. lap. prec. omnium præp. a. ʒij. cum syr. cort. citri. f. El.

℞. Ladani. El. ʒij. G. tacam. ʒij. f. scutum stom. ext. alutæ cum sindon. rub. interpass. Hisce fuit restituta.

De cordis angustia.

OBSERVAT.

Summo diluculo vocatus ad quandam mercatorem Ulm. offendi ipsum in lecto erectum sedentem, & querulum de ingenti pectoris angustia, cor quasi tenui filo pendulum, sibi moriendum dictitans, nisi subitaneum ad manus sit auxilium, exin & mihi concitatus angor mentis, ut in suspenso, quale iudicium de morbi genere ferendum, & quæ præsidia expedienda, conjectura oborta, id mali à corruptis vaporibus causari

capsulam cordis impetentibus, idcirco ad bezoartica refugium habendum ratus, ordinavi.

℞. Bezo. ori. ʒij. marg. præp. gr. v. aq. card. h. bor. a. ʒij. M.

Desuper in lecto opertus, pro virium tolerantia sudaret, vix semihoræ spacio post, succedaneo sat largo sudore præter spem, liber ac immunis evasit ab omni languore.

Pro cerebro & ventriculo corrobor.

℞. Aq. stomach. ʒij. Theriac. ceph. Lang.

turgescere, è contrario, Liene compresso, copiosum sanguinem ad ventriculum restagnare, & per vas breve effundi, deprahenderunt.

Cum illi agro obtigerit Epar scirrhodes, proin ineptum ad sanguinis laudabilis generationem: etli Lien colore sanguineo præditus, ut Vicarius esse in sanguine elaborando valeat, nec is inculpatus genitus, quin serosior, fortassis etiam biliolior seu

acrior pronatus, tum suâ tenuitate fluxilis redditus, tum acredine stimulans Naturam (accidentibus etiam externis causis superius allegatis) ab eâ molestiâ se liberandam, nec desinens laceßere, dum totalis excretio facta, concurrente etiam imbecillitate facultatis retentricis, omnia temerè diffluere, permittentis, & fuga vacui.

De fastidio ciborum, insigni oris amarore,

OBSERVAT. I.



Xor Dn. M. Andreae Herrenschildii, Profess. Ulm. fastidio ciborum & insigni oris amarore molestata, reurgitante bile ad orificium ventriculi & appetitum evertente, diversis cholagogis exhibitis, etiam vino medicato laxat. sed absque fructu, suasi.

℞. R. cich. herb. absint. rom. card. b. a. m. j. cent. min. m. ℞. decoq. in vini & aq. cichor. a. menl. ℞. ad consump. 3. partis. Manè & vesperi ℞. ℞. cal.

Per dies aliquot continuando. Liberata. Exhibuisssem libenti animo Emeticum, sed nostrates, præsertim sexus feminei, ea averfantur.

OBSERVAT. II.

De sero totius capitis dolore cum vomitu.

Virgo 17. annorum filia civis Ulm. primarij, inopinato ingenti capitis dolore correpta, succedente vomitu enormi corruptorum humorum diu noctuque infestante, cum malum vix amplius tolerandum, mea requisita præsentia, percontanti de qualitate resectorum, respondit, in ventriculo acorem se sentire molestum, adesse inappetentiam, abs-

que ullâ siti. Exin suborta conjectura, ventriculum frigidâ affectum dyscrasiâ, & ab ejus indigestione, ob præcedentes, in victus ratione, enormes excessus, tantam excrementiorum humorum saburram coacervatam. Quin ex impuro stomacho, copiâ pravorum vaporum sursum ad capitis regionem delatâ, atrocem cruciatum concitarit.

OBSERVAT. III.

De ventriculi mala dispositione, cum angore & ciborum fastidio.

Quædam Virgo sat diuturna inappetentia & ventriculi angustia ac compressione molestata, ut conjectura, in eo residere humores biliosos & pituitosos, nauseam concitantes. Ordinatum:

℞. Gumm. Gamadr. ℥ss. syr. ros. sol. ℥vi. aq. cinnamo. borag. an. ℥j. M.

Sat copiosa materia cholericæ cum phlegmate mixta, vomitu reddita, & nihil per alvum excreta. Exin ab omni gravamine immunis evasit. Si conjectura in ventriculo & primis viis hæere viscosos humores,

qui agrè medicamento attrahenti cedunt, quin per emetica commodius averruncandi, tùm præferrem illud Gummi non præparatum cum sp. vitr. qui adimit vomitoriam ejus qualitatem. Et si ei vis insita vomitum provocandi, tamen suam operationem peragit non tantâ violentia, more aliorum emeticorum. Si desideras liber ac immunis esse à morbo, haud grave sit, aliquantulam medicamenti sustinere molestiam.

OBSERVAT. IV.

Cum ventriculus tam nauseabundus, ut vel jusculum gallinaceum ilicò rejiceret, insuper ipsius agræ Natura delicata & immorigera, remedia aliàs haud injucunda averfando, ut Medicus perplexus in ordinando. Ad revellendos vitiosos humores clyfma propositum, & obsequium præstitum.

℞. Herb. beton. malv. mercur. meliss. a.m. j. fl. chamo. melil. a.m. β. fem. anisi, fænic. car. an. ℥iβ. dec. in aq. ad med. col. ℥. ℥viiij. dif. El. diacath. ℥vi. Hier. f. Gal. ℥iii. mel. Ros. sol. ℥iβ. ol. amygd. dul. ℥ij. sal. parum f. cl.

Et si exterius & ventriculo & capiti, topica admota, sine tamen notabili levamine. Quo autem utriusque parti subvenirem, à meridie obtuli gut. viij. Elix. Propr. Parac. cum 2. cochl. jusc. Gall. cal. Id quidem, sed agrè retinuit, & brevî post levamen sensit, & subsequenti nocte, benè dormivit, postera matutina vindicata, in meliorem statû, vomitus remissit, dolor capitis recessit, & appetitus postliminio rediit, exin magna ego cura ac sollicitudine sum levatus.

OBSER-

OBSERVAT. V.

*Ad cachexiam dispositus abhorrens à medicamentis solertiâ**Medicâ restitutus.*

Cum quidem Serenif. Archidux Austriacus in Alsatiâ, in adversam valertudinem incidisset, ad cachexiam dispositus, à diversis Medicis in cassum tractatus, tandem remediorum pertæsus, ea averfatus, nullum amplius obsequium præstitit. Ne autem expers auxilii relinqueretur, salutari fraude cujusdam Medici Reinfeldenfis, mira & memoratu digna solertia, in integrum est restitutus. Is inito pacto cum coquo, cui tradidit scaturam, pulvere ex tartaro concinnato, refertam, injungens,

eo loco salis, in omnibus illius cibariis condiendis, uteretur: eo aliquandiu procedente, cum alvus fluida reddita, Serenif. Archidux dolum odorari cœpit, & inquisitione instituta, quid actitatum, illius Medici callidam machinationem cognovit, & cum Stratagema illud Medicum, fælici auspicio cæptum, ad finem optatum deductum, ut Serenif. Dom. ab omni morbosa dispositione liber ac immunis evaserit, Medicum illum ingenti ac planè regio munere, dōnavit.

OBSERVAT. VI.

*De chronica abstinentiâ, à cibo & potu, causis**potioribus.*

Fortunius Licetus Philosophus eximius peculiarem tractatum, de diurnâ abstinentiâ, in lucem emisit, viginti septem Authorum opiniones diversas proponit, omnes ceu insufficientes refellit, tandem suam sententiam subjungit & statuit, æqualitatem & certam proportionem caloris nativi & humidi radicalis, communem esse causam. Si ista ratio locum haberet, tum illi abstinentes, à primâ statim nativitate, vel Infantiâ haud opus habuissent alimentis, hoc autem redarguit Expe-

rientia, quin in adultiori demum ætate, quidam à cibis sibi temperare cæperunt, & in aliquem morbum lapsi, edendi desiderium perdiderunt. Erit igitur causa morbosa, non à Natura insita. Dum homo sanus degit, totius corporis moles in perpetuo est fluore, quem calor insitus excitat, cum consimilis altera substantia, pro eâ, quæ defluxit, restituitur, successivè evaporaret ac dissiparetur corpus univèrsum: ne autem id contingat, requiritur ejus, quod resolutum est, per assumpta alimen-

ta instaurationio. Sin verò more insolito, quidam diuturnam sustineant inedia, quin causæ etiam haud vulgares reconditæ, rationi est consonum, quæ triplices mihi videntur, in Natura investigandæ, relictis hyperphysicis. Prima causa reputanda, humidum fixum ac stabile, quale pituita in vasis, vel solidâ substantiâ redundans, peculiari modo, disposita, calor in illa depascenda debilior, & iusta inter duo illa proportio in agendo & resistendo.

Secunda causa æstimanda, *στένωσις* pororum cutis angustia, occlusio seu constipatio. Cum enim cutetenus semper fiat per *ἀόλησις* ac insensibilem transpirationem, evacuatio, tantundem per alimentum ingestum reponendum, quantum effluxit, aliàs totum corpus contabesceret. Si nihil resolveretur, nulla foret assumendi alimentii necessitas. Cum nutritio nihil aliud sit, quam evacuatorum repletio. A ratione haud alienum, in quibusdam, talem humorem qui vim habeat narcoticam, per totum corporis habitum, dispersum, meatus omnes occludentem, & resolutionem prohibentem. Prout contigit Apolloniæ Schreieræ Helvetiæ, ultra septennium abstemiæ, cui totius corporis cutis ad eò insensibilis reddita, ut muscæ insidentes non perceperit. An huic meæ sententiæ adstipulatur, historia illa, de populis Lu-

comoris, ulterioris Sarmatiæ regionem incolentibus, qui quotannis, tempore brumali 27. Novembri, velut hiundines & rana, obrigescunt, quasi exanimis jacentes & redeunte post vere 24. Aprili, denudò reviviscunt, tot mensium intercapedine, sine ullo cibo, perdurantes, cum à *στένωσις* seu circumstante frigore, omnes totius corporis meatus constipati, ut nihil penitus exhalare queat, calor autem insitus ad interiora profugus, tamdiu concentratus subsistat, dum jubare Solari redeunte, rectiores radios demittente, sulcatus, & poris referatis, à centro ad circumferentiam, revocatus, sua munia obire incipiat.

His adjungenda causa haud potestrema paralytis ventriculi, seu *ἀναισθησία* ac insensibilitas.

Cum enim corporis substantia continuò diffluat, & semper venæ vicinæ sibi propinquis, eliciant materiam, ad instaurationem deperditi convenientem, exin succedit appetentia naturalis, tandem cum ad ventriculum ventum, venæ exinantiæ, è chylo exugentes succum alimentalem, non ferentes morsus molestiam, orificium ventriculi vellitantes, appetitum animale concitant ad cibum capiendum. Cum autem os ventriculi paralyti occupatum, & facultas sensitiva sublata, quo minus famescere & cibum appetere, valeat. Si autem deficiat edendi

edendi cupiditas, nullus venarum
fuetus succedit, nullus appetitus ani-
malis in ventriculo emergit, nec na-
turalis in habitu corporis efflore-
fcit, exin nullò opus erit alimento-
rum ingestione.

Si argumentum capiendum ab
exemplis eorum, qui diu abstemii,
in plerisque phlegmaticos redun-
dasse humores, fides historica pro-
bat: quin & Naturæ frigidæ achu-
midæ seu phlegmaticæ, omnium
diutius jejunium, tum in sanitatis,
tùm ægritudinis statu, ferant, indu-
bium, cum calor debilior minus
aptus ad digerendum ac resolven-
dum. Et si haud negandum, quin ex
illis abstinentibus reperti, Naturâ
melancholica præditi, ob id cau-

sa non imputanda, humori me-
lancholico, cum melancholici ut
plurimum voraces, propter calidam
Epatis & Lienis intemperiem, citius
æquo, ex chylo, per venas mela-
ricas, succum alliciant & attrahant:
tùm etiam, cum in illis accumulati
spiritus acidi vitriolati, attenuantes
& orificium ventriculi stimulantés,
ad cibum capessendum, inspellunt.
Accedit, quod Melancholici pitui-
tosus etiam scateant humoribus. Exin
clarefcit, si ulli humori sit assignan-
da causa diuturnæ inediæ, eam acce-
ptam ferendam pituitoso sed pecu-
liari ac singulari modo disposito, ra-
tioni humanæ impervio. Nî fortal-
sis aliquis etiam Genius superveniat,
& sua ludibria exerceat.

OBSERVAT. VII.

*De πτενδισμῶ casus singularis, cui sat diu duranti,
hydrops successit,*

DN. Theobardus Pastor Lutzhu-
sanus 62. annorum, complexio-
nis phlegmaticæ, per aliquot menses
πτενδισμῶ, pœnè assiduâ salivatione
diu noctuque perseverante, molestus
cum ipse materiam illam à capi-
te prodire putaret, ego autem ex
ventriculo eam ascendere observa-
rem, cum ἀδύνατον, tantam copiam
intra paucas horas, non unius li-
bræ, aquosorum & pituitosorum
humorum quantitatem exspuendo,

à capite vel cerebro profluere, cum
nec ipse, rem exactius observans,
exin quidpiam descendere sentiret.
Quod autem tam exundans serosæ
& pituitosæ materiæ, diu & noctu
infestantis rejectio, ex ventriculo
proveniat, velut lacuna pituitæ, vel
exin patescit, cum per 2.3. horas à
cibo ac potu ingesto, dum conco-
ctio peragitur, præcedente lipothy-
miâ, copiosior materia sursum con-
tendat, & per os effluat, non conti-
nuò,

T

nuò,

rud, sed sensum & per intervalla, in-
super cibi inappetentia & sitis mo-
lesta.

Consimilem casum ego nunquam
antea vidi, nec in ullius Medici ob-
servationibus consignatum reperi.

Dum causarum investigationi sum
intentus, etsi primâ fronte tam mul-
ta salivæ ac sputi generatio, suam ori-
ginem habere, existimari queat, à
vaporibus ex ventriculo humido &
imbecilliore elevatis, & cibariis as-
sumptis indigestis ac corruptis, sur-
sum elatis ac coagulatis, & ad os per
œsophagum evehctis. Etsi ista con-
templatio Rationi consona, sed haud
videretur sufficiens, cum æger pauca
cibaria assumat & vinum sat bonum
hauriat, ut *ἀλογος* tantam superflui-
tatum copiam exin resultare, tan-
dem artificiosa conjectura me eò de-
duxit, ut statuerim materiam illam
aliundè scaturire, & regurgitare ac
restagnare ex vasis hypochondria-
cis, & in ventriculum se insinuare, è
quibus se extorquens, dum effluit,
angustiam & lipothymiam concita-
re solita, & æger ipse præcedentem
horboryguum percipiat. Cum mens
mea speculabunda, ista plausibilia
judicaret, non tamen succurreret
alicujus probati authoris testimo-
nium, vel suffragium, idem sentien-
tis: re ultro citroque pensitata, de-
prehendi Senertum (tract. de Scor-
buto) mihi *ὁμόψυφος* & adstipulan-
tem in Scorbuticis tam copiosâ salivæ

causam provenire asseren-
tem, à sero & aquâ illâ, quæ chyli di-
stributioni inserviat, & *ὄχημα τῆς τε-
φῆς*, vehiculum nutrimenti, ab Hip-
pocr. nuncupata. Illam igitur mater-
teriam à Liene effundi in ventricu-
lum, præsertim per vas breve & ve-
nas vicinas, hac ipsa de causâ, & alios
melancholicos, Screamores & Saliva-
tores esse: quin & hæc causâ ad a-
mussim in illo ægro locum habeat,
indubium arbitror.

Ad molestiam illam abigendam
& humores phlegmaticos cum sero-
sis dimovendos, primò ordinatum
hydromel laxat.

℞. R. Enul. fœnic. Garyo. an. ʒij.
herb. abs. rom. card. b. hyss. meliss.
anth. a. p. j. fol. sen. El. s. s. ʒx. agar. rec.
tro. ʒiij. R. Jalap. turb. al. gumm. an.
ʒij. gal. min. ʒj. sem. anif. ʒij. cum
sind. al. f. sac. pro Mens. hydr.

De quo alternis matutinis quart. ʒ.
sumat. Cujus beneficio licet copiosi
humores serosi & pituitosi evacuati,
sine tamen notabili levamine.

Post præscriptæ pilulæ stomacha-
les bis in septimanâ exhib.

℞. Mas. pil. de succino Craten. ʒij.
Extr. Panchymag. Crollii. ʒj. cum
aq. abs. f. p. 30. pro 2. dof.

Istas commendavit, sibi pluri-
mum contulisse.

Cum aliquando per totam no-
ctem ingenti ventris cruciatu exagi-
tatus, nec exactè de causâ constaret,
doloris sopiendi & evacuandi gra-
tia hoc exhibitum.

℞. Mann. calabr. El. ꝑvi. dif. in jusc. Gall. cochl. ʒ. cui ad ol. amygd. dulc. rec. ʒiij. M.

Cum magno levamine alvus soluta inspectis excretis, pœnè manipulus exiguarum spinarum pisciculorum, quos præcedentibus diebus comederat & illas unâ deglutierat, depræhensus, exin Sorex ille, tantam torturam inferens, innotuit.

Pro ventriculo corroborando, usus:

Elix. Propr. Parac. gut. 6.7. cum jusc. cal. Gall. vel vino.

Bis in hebdomade tanto cum emolumento, ut lipothymia stomachica recesserit, & major tenacis phlegmatis copia attenuati, per os processerit.

Ordinata tragea singulâ matutinâ cochl. parum super crusta panis albi tosti vino inebriati, usurpanda:

℞. Spec. arom. Garyo. diagal. an. ʒiij. diaxyl. diambr. an. ʒj. Nuc. musc. cinnamo. macis. an. ʒß. sac. fini ʒiij. f. Tr.

Exin cibi fastidium & sitis remissit, sed πρὸς τὴν ἀνάγκην restitit, rarius tamen & minori copiâ infestans. Pro parcendis sumptibus, cum Pastorum paganorum reditus sat tenues, experiri placuit ἐπιπέσειν exigui precii. ℞. Herb. abs. rom. card. b. saly. a. m. j. macer. in vino, de quo cyathum cal. per aliquot matutinas hausit, id ventriculo plurimum contrulisse animadvertit, πρὸς τὴν ἀνάγκην mul-

tum diminuto. Cum querela de abdominis duritie & inflatione, tumore pedum accedente.

Hic pulvis præscriptus cum ʒiijß. hydrom. simpl. sumendus. ℞. R. Mech. al. ʒß. crem. Tart. ʒß. f. p.

Copiosa exin cholera vomitu rejecta, & sat magna saburra vitiosorum humorum per alvum excreta, tam facilis erat solutionis, & multum à tam simplici medicamento, levaminis.

Cum abdomen turgidum remaneret cum pedum intumescentiâ, ut hydropis suspicio præ foribus, ordinatum:

Ol. still. fœnic. gut. vi. cum cochl. 2. jusc. Gall. cal.

Multum phlegmatis expectorum & copiosa urina provocata, cum abdominis residentia,

Pro inappetentiâ & sitis molestiâ, ut conjectura rufiduos humores biliosos:

℞. R. Jalap. ʒß. Rhab. El. ʒj. crem. Tart. ʒß. f. p. cum ʒij. hydromel. simpl. exhib.

Ët si vix quadrantis horæ intervallo post assumptionem, vomitus redditum, non minus semihoræ spacio post operari cepit, sursum & deorsum, copiosa biliosorum & serosorum humorum excretio subsecuta, non tam vi medicamenti, sed redundantia corruptorum humorum, irritata Natura, exin tumor ventris refedit, sed nullam constan-

tiam præstitit, quin ob resitantem
~~xxxxxx~~ viscerum secundæ con-
 coctioni inservientium, vitiosi hu-
 mores repullulantes, abdominis &
 pedum intumescantiam denuò con-
 citarint, indubia hydropis præludia.

Sed cum æger sibi visus commo-
 dius habere, Ulmâ discedens ad suam
 parochiam se recepit, suo munere
 aliquandiu functus, at tandem ascit-
 icus evasit, abdomine, scroto, pedi-
 bus, indies magis intumescantibus.
 Cum illius uxor 14. dierum spacio
 exacto, Ulmâ rediens id mihi signi-
 ficasset, & opem medicam implo-
 rasset, cui respondi, animum meum
 promptum ac benevolum ad feren-
 das suppetias, sed non esse in Medici
 manu Naturam & morbum, ad
 nutum habere obsequentem, cum
 ultra 26. annorum decursum mea o-
 perâ, usus in multis gravissimis pa-
 thematis, semper exoptato successu,
 sed jam instare fatalem ex hac vitâ
 migrandi terminum, cum hætenus

in rem accommodata administrata
 remedia, morbus tamen tam contu-
 max non cesserit, etsi symptomata
 aliquoties remissiora visa, exin ar-
 guendum, viscera interiora corru-
 pta, vel hecicâ intemperie affecta,
 ut nulla restitutionis spes residua.
 Mihi dolori, tantam pervicaciam
 morbi, ut auxilium ferre haud sit in
 meâ facultate, si abnuat fidem meo
 prognostico, per me sit liberum, a-
 liorum experiri consilia. Exin à me
 discedens ad maritum reversa, meam
 sententiam exposuit, & cujusdam
 pagani Balneatoris operam adhi-
 buit, qui cum illum curandum susce-
 pisset, & quendam pulverem pur-
 gantem obtulisset, eo tertiâ vice as-
 sumpto, eodem die, quo accepit, in
 hypercatharsin incidit, & aquosis
 humoribus in copiâ proruentibus,
 derepentè ac inopinatò, per resolu-
 tionem spiritum vitalium, absque
 ullo roncho, expiravit.

De Hydropè,

OBSERVAT. I.

De Hydropici ascitici defuncti, casus peculiaris & rarissimus.



Um Reverend. & cele-
 bratis. Theologus Dn.
 D. Conradus Theodo-
 ricus, Superintendens

Ulm. per aliquot annos fa. cocele te-
 sticuli dextri affectus, cum tumore
 pedum, tandem supervenit asthma,
 cui successit hydrops ascites. Etsi tri-
 ga Me-

Lang. Epi. a. ʒj. fac. cand. al. ʒij. M. DEO sit laus inspiranti talia re-
 ꝑ. Sp. diamb. diamof. d. diaxyl. an. media, quæ repentinam attulere sa-
 ʒij. conf. alker. ʒj. ol. stil. macis. succ. lutem.
 a. gut. ʒ. fac. in aq. ros. & laudiff. ʒ4.
 f. R.

De morbis infimæ regionis, seu abdominis,

De ventriculi imbecillitate,

OBSERVAT.

*Remedium singulare ex Bals. fœnic. si causa frigida
 & flatulenta.*

IN ventriculi affectibus à causa frigidâ & flatulenta concitatis, Balsamus fœniculi juxta descript. Dn. D. Hortii, suo merito est commendandus. Quædam fœmina primaria hunc Balsamum præ omnibus aliis ordinatis, sibi contulisse prædicabat. ꝑ. Bals. fœnic. ʒj. ol. macis. gut. ʒ. M. pisi mag. cum jus. cal. vel plus.

OBSERVAT. I.

De dolore immensi ventriculi,

Ulm Nobiliss. ac Strenuus Dn. Gallus à Teuffenbach / in Styriâ superiori, immenso dolore ventriculi torqueretur, aliis frustrancis, cum animadverterem corpus plethoricum, & Naturam melancholicam, conjectura dum quærela de ardore, ne subsit inflammatio, venam aperendam consulo, obsequium præstitum, exin dolor, instar incantamenti, ilicò conquievit, nec opus erat aliis præsiidiis. Exin etiam perspicuum, quantum momenti conferrat causæ morbificæ cognitio.

OBSERVAT. II.

De dolore circa regionem ventriculi punctorio,

UXor Dn. Michaelis Clausii Ulm. dolore punctorio circa regionem mercatorii ordinis conquesta de ventriculi, præsertim si anhelitus trahen-

trahendus, aut respirandum, cum causa ignota, nec artificiosa conjectura assequenda, ad dolorem demulcendum, anodynum exhibendum duxi.

℞. Ol. amygd. rec. ꝑijss. cum jusc. Gall. cal. exh.

Res stupenda intra tres horas, acicula per vias urinales, unâ cum lotio, excreta, cruciatus disparuit. Quâ occasione illa intra corpus devenerit, omnes latebat. Deo sit laus, qui tam conveniens suggestit remedium.

OBSERVAT. III.

Filia mea Anna Maria 30. ann. ingenti dolore totius abdominis, profundas etiam partes occupante, exagitata, ex causâ frigidâ, per totam noctem discruciante omnia medi-

cameta averfata, ægrè sibi persuaderi passâ, ut assumeret 4. s. gut. ol. still. carvi. cum jusc. Gall. cal. vix quadrantis horæ spacio post, clamorosus ille cruciatus recessit.

OBSERVAT. IV.

Filia 15. ann. Generi mei Dn. Joh. Eitelii Neubrunneri ab Eisenburg / sævo dolore ventriculi exa-

gitata cum ejulatione & pœnè desperatione, exh. gut. v. ol. still. carvi. cum jusc. cal. coch. 2. ilicò liberata.

OBSERVAT. V.

Filia mea Rosina Catharina Virgo, ingenti dolore per intervalla, præsertim à sumpto cibo, ad scapulam se extendente, infestata, conjeci causam hæere in ventriculo, pro-

pter sympathiam orificii superioris alligati septimæ dorsi vertebræ. In primis contulit ol. succ. rect. gut. v. cum jusc. vel aq. melis.

OBSERVAT. VI.

Filia 12. ann. Dn. Christ. Clausii, mercatoris Ulm. ventriculi anxietate & dolore diu exagitata ex causâ frigidâ, ordinatum hydromel.

laxat. sed absque fructu: exhib. ol. succ. gut. v. cum jusc. cal. per dies aliquot convaluit.

OBSERVAT. VII.

Vidua 80. ann. Dn. Georgii Mülleri, mercat. Ulm. dolore ventris diu molestata, conjectura à fla-

tulentâ materiâ exoriente à pituitoso humore.

℞. R. Enul. fœnic. caryo. pol. q. a. ꝑij.

a. Zij. herb. beton. meliss. hyss. anth.
 abs. rom. a. m. b. fol. sen. ʒj. agar. rec.
 tro. Zij. Rhab. el. ʒij. cinnam. ʒj. gal.
 ʒij. cum lind. al. f. fac. pro ment. vini.
 Sed inprimis contulit sp. absinth.
 comp. cum vini haustu.

Pro virium confortatione:
 ʔ. Confer. Ros. lyl. ʒj. conf. alk.
 ʒij. spir. Ros. ʒiib. ol. cinnam. gut. 4.
 M. ʔ. Syr. d. cinnam. ʒj. syr. d. cort.
 citri. ʒj. aq. cinnam. ʒvi. M.

OBSERVAT. VIII.

SAmuel Clausius 8. ann. Filius Dn.
 Jacobi Senatoris Ulm. circa ven-
 triculi regionem & sub utroque hy-
 pochondrio dolore quotidie repe-
 tente, per aliquot horas durante, in-
 festatus. Primo ordinavi:
 ʔ. R. Enul. angel. zedo. an. ʒij.
 herb. abs. card. b. scord. hyss. a. m. b.
 fol. sen. ʒj. ʒj. agar. tro. ʒij. Rhab. El.
 ʒij. Jalap. ʒ4. crem. tart. ʒj. gal. ʒ2.
 cinnam. ʒj. pro Mens. hydromel.
 alternis diebus quart. ʒ.

Et si videretur ab illius usu, ali-
 quando à dolore immunis, sed cum
 rediisset, & requisita mea presentia

ad causam investigandam, ea mihi
 innotuit, dum ex ipsius ægri relatio-
 ne percepi, se actuale frigus interius
 sentire, ex in conjectura, dolorem il-
 lum concitatum à *divergeria* frigidâ,
 flatuum esse & rice, ad eam corrigen-
 dam & flatulentam materiam resol-
 vendam: Exh. ol. stil. carvi gut. ʒ. 6.
 cum jus. cal. per aliquot matutinas.

Etiam isto pul. oblato;

ʔ. Rhab. ʒj. R. Jalap. ʒij. crem.
 tart. ʒb. f. p. exh. cum hydromel.

Exterius apl. ʔ. Lad. El. G. Ta-
 cam. a. ʒvi. dif. & extend. alutæ pro
 scuto stom.

De nimia cibi appetentia.

OBSERVAT.

Cujusdam Doctoris Ulm. infan-
 tulus masculus bimulus in cunis
 adhuc jacens, ventre solo intume-
 scente, cæteris membris tabescenti-
 bus, etsi valdè vorax, fame non na-
 turali molestante, ut vix exaturan-
 da, exhib. syr. ros. sol. per alvum ex-
 cretâ materiâ copiosâ quasi puru-
 lentâ, in integrum est restitutus, de
 cuius salute desperatum.

Vomitus chronicus cibariorum.

OBSERVAT.

DN. Theobardus, tertiæ Classis Gymnasii Ulm. Præceptor, ultra qua-
 S drien-

driennium ciborum vomitu molestus, ob imbecillitatem ventriculi ab intemperie frigidâ, causato, aliorum Medicorum & medicatricum operâ frustrancâ, feliciter à me est restitutus.

℞. M. Pil. d. Hier. cum ag. d. succino, assaier. a. ʒj. cum aq. absf. f. p. 27.

℞. Sp. aromat. Garyo. diaxyl. a. ʒj. Nuc. mus. ʒβ. mac. caryo. cinnam. a. ʒj. fac. al. ʒ4. f. Tr. exh. cum crusta panis tost. vino mad.

℞. Ol. absf. ʒj. nard. mast. ment. a. ʒβ. Nuc. mus. express. ʒ4. M.

℞. Cer. stomach. Gal. ʒj. Lad. cl. ʒβ. M. ext. alutæ pro scuto stom.

De ventriculi angustia,

OBSERVAT. I.

Nobil. Virgo Maria Elisabetha Claudia de **Welden** / in **Lapheim** / diu pallida cum magnâ ventriculi angustia, aliis frustraneis.

℞. R. cich. fenic. tulci asper. an. ʒij. herb. absf. rom. centaur. min. card. b. hyss. chamædr. chamæpit. culc. a.

m. β. Rhab. cl. ʒβ. Rhapont. veri. ʒij. cinna. ʒβ. cum sind. al. f. fac.

Pro quart. ʒj. vini. Primo haustu quart. β. assumpto, materiam viscosam ac mucilaginosam, pugni magnitudine vomitu rejecit & sospes evasit.

OBSERVAT. II.

Quædam fœmina plebeia ex ventriculi imbecillitate, magnam sensit angustiam, cum resolutione virium.

℞. Ol. absf. ʒβ. ment. nard. mast. a. ʒij. ol. nuc. mus. express. ʒj. M.

℞. Cer. stom. Gal. q. β. ext. al. palmæ manus latitud. cum sind. rub. interpass. f. scut. stom.

Deprædicavit exin vires restauratas, corroborato scil. ventriculo.

De angustia chronica ex hypochondriis sursum ad ventriculi cor & cerebrum pertingente.

OBSERVAT.

Cum Theobaldus **Schwartz** / Juris Studiosus, Filius Archigrammat. Ulm. ex Academiâ Altorfensi domum reversus, chronico

affectu detentus, qui ab illius loci Medicis propulsari non potuit. Erat querela de insigni molestia & angustia, sub hypochondriis incipiente, sursum

furfum ad ventriculum, cor & cerebrum repente, quotidie per interval-
la recurrente, erat suspicio à corruptis humoribus in mesenterii venis delitescens, exoriri vapores effu-
mantes ad illas partes, eas vellicantes. Cum meum expetiisset consili-
um, ad vitiosos humores eliminandos, præscripsi primo pilulas, post
vinum med. laxat. at sine profectu,
quin symptomata perseverarent in
pristino statu, cum animadvertirem
purgantia parum proficua, ratus, ad-
esse quandam *δυσκοιλία* viscerum
concoctioni inservientium, contra-

cta à potu cerevisiæ illic consueto, ad
illam corrigendam.

℞. Sp. aromat. caryo. diagal. dia-
nif. diaxyl. a. ʒʒ. diamb. ʒij. sac. fini.
ʒij. f. Tr. Manè & vesperi cochl.
cum crusta panis tosti vino genero-
so, vel malvatico imbuti.

Liber ac inamunis à tantâ mole-
stiâ evasit. Exin luculentum capien-
dum exemplum, plerosque morbos
folis pharmacis purgantibus non ce-
dere, *νὴ κακοπραγία* viscerum interio-
rum, quorum culpa humores vitiosi
generantur, emendari queat, om-
nem Medici conatum esse irritum.

De Passione cholericâ funesta,

OBSERVAT.

Illust. ac Generosi Dn. Leopoldi
ab *Serberstein* / Generosâ con-
jux Baronissâ de *Madrus* / 60.
excedens annum, in metropoli Ju-
denburgensi superioris Styriæ, suum
habens domicilium, cholericâ pas-
sione gravissimis symptomatis stipa-
ta decubuit, viridi ac virulentâ bile
in tantâ copiâ deorsum, sed inprimis
furfum per os re ccta, ut admirationi
ni, ubi tam ingens saburra vitioso-
rum humorum reservata, dum Na-
tura pravâ eorum qualitate extimu-
lata, ad excretionem, conjectura ob-
orta, totam mesenterii regionem,
iis farctam ac repletam, nec à ratio-

ne alienum, quin ex totius corporis
venis confluerint etiam humores
corrupti, ob debilitatem facultatis
retentricis. Consimilem casum com-
miseratione dignum, observare mihi
antea non contigit. Ego cum alio
quodam Medico Italo in subsidium
acceritus, etsi pro nostris viribus
Naturæ periclitanti, suppetias ferre,
in propulsando tam gravi morbo,
anniteremur, sed instante fatali vitæ
termino nostra opera erat frustra-
nea, quin Ill. ægra, relicto terreno
hoc domicilio, demigrare coacta, in
ædes superas à cœlesti Janitore rese-
randas.

Sanguinis vomitus enormis lethalis.

OBSERVAT.



Um Dn. M. Andreas
 Herrenschild / Gy-
 mnasii Ulm. Metaphys.
 Professor, Naturæ san-
 guineo-melancholicæ,
 quosdam balneantes, in Thermis
 Dalsingensibus, visitasset, & vini lar-
 giori hauſtu se exhilarans & vesperi
 tardius, Sole jam vergente in occa-
 sum, domum repetens, celesti gradu,
 ne clausis portis, urbe excluderetur,
 eò contendens, insigni æris æstu, vi-
 ni copiosiore potu, & corporis vali-
 diore motu, massa sanguinea incale-
 scente, in sanguinis vomitum exun-
 dantem incidit, ad mortem usque
 perseverantem. Ipso vitæ functo, ca-
 davere reserato, interiora viscera ita
 depræhensa disposita. Epar in gib-
 bosâ parte passim scirrhis obsessum,
 coloris lividioris, repertum: vesicu-
 la fellea subiecta grandior solito &
 copioso humore bilioso, conferta
 apparuit: Lien sat magnus coloris
 sanguinei, sine ullâ labe conspicuus.
 Illud autem unice mihi erat admira-
 tionem, in totâ venâ cavâ & arteriâ ma-
 gnâ, in lumbis recumbentibus, ne-
 quicquam sanguinis repertum, in
 aliis etiam valis nihil, præter quas-
 dam mucilagines tantillo cruore im-
 butas, observatum. Ni ego ἀυτοπτε-
 ρως, vix mihi persuaderi passus fuissẽm,
 id δεικναι, Naturam ad eam extremi-

tatem redactam, ut totalem massam
 sanguineam, velut suum thesaurum,
 dimittat, eâ penitus privatâ ac dispo-
 liatâ. Et ita tam ex venoso, quàm ar-
 terioso genere, sanguis evacuatus, ut
 nihil reliqui manserit, è venis cras-
 sior & nigrior per intestina ac seces-
 sum, exitum quaesivit, ex arteriis au-
 tem rubicundior ac floridus ceu le-
 vior sursum contendens, ad ventri-
 culi regionem delatus, per vas breve
 arteriosum vomitu redditus. Et si
 vena coronaria in ventriculo nonni-
 hil turgidior visa, ut exin sanguinem
 regurgitasse, conjectura captanda:
 Cum autem non modo venosus, sed
 & arteriosus sanguis vomitu re-
 ctus, id rationi haud consonum. Quin
 potius, cum quintuplo plures arte-
 riæ à splenico cæliacæ ramo (pro-
 ut Adr. Spigelius in suis Anatomicis
 tradit,) prodeuntes, in primis gastri-
 ca & vas breve arteriosum, & ad
 ventriculum pertingentes, compe-
 riantur, plausibilis videtur, exin
 tantâ sanguinis rubidi ac floridi co-
 piam, in ægro illo promanasse. Haud
 absolum rem illustrare exemplo
 anatomico ex Valuerda de prompto,
 de cardinale Cibone, qui sanguinis
 per vomitum rejectione extinctus,
 cum Medici, aperto cadavere, cau-
 sam effluxûs inquirerent, ventriculo
 compresso, conspexerunt Lienem
 turge-

ga Medicorum illi curando inferviret, tamen morbus erat tam contumax, ut nullis cederet praesidiis. Usus hydragogis variis.

℞. Magist. Jal. ℥j. mag. Gumm. Gamandr. ℥β. syr. cinna. ℥ij. M.

℞. Extr. Mech. al. ℥j. cum vino, parca purgatio secuta. A nullo purgante, major copia serosorum humorum exterminata.

℞. R. Mech. al. ℥4. Rhab. el. ℥ij. El. scam. gr. 4. crem. tart. ℥β. f. p. cum hydromel. Vel

℞. Mech. al. ℥4. El. scam. gr. 7. crem. tart. ℥β. cum hydromel.

Pro asthma ad mundif. & abstergendam materiam phlegmaticam, hoc praestans depræhensum, ingens copia per tussim rejecta.

℞. Aq. athmar. ℥4. aq. hyll. scab. a. ℥j. sac. cand. al. ℥β. M.

℞. Oxymel. scyl. ℥ij. ol. sulph. ac. gut. vi. M.

Dec. Chin. & sarf. paril. administratum, sed absque levamine, indies magis abdomine intumescente, ipso etiam seroto in tantum tumorem levato, ut ad 20. lb. pondo aestimaretur, & in lecto cubare nequirit, quin in sellâ, formâ hemicycli, die noctuque sedere coactus, seroto vasculo imposito, spongia magna vino calido imbuta & expressa, involuto.

Cum autem Dn æger ex fatali dispositione ex hoc Mundi theatro demigrarit ad superos, divina speculaturus, optandum, ut à propinquis

licentia concessa, cadaver rescandi & in abdomine inquirendi, qualiter viscera eò loci contenta fuerint disposita opera precium fuisset vel hac potissimum de causâ, cum per totius morbi decursum, facies plena & color vividus conspicuus ad rubedinem vergens, ut hominis sani formam repræsentaret, pectus & brachia carnosa observata, ut ex in dubia conjectura captanda, ipsum Epatis *πνεύματα* haud vitiosum, quin facultas sanguifica suo munere functa, eò magis, cum in supernis partibus nulla *αρεσφία* animadversa, proin facultas nutriens inculcata arguenda, secus quàm in aliis hydropticis, evenire solet, in quibus vultus luridus apparet, & superiora membra marcescunt, abdomine & pedibus turgescuntibus. Huic conjectandum, istam hydroplin, qua ille sublatu, non primariò ex læsâ Epatis

functione, à *δυσχεροσία* frigidiorè seu defectu caloris, vel scirrhosâ ipsius dispositione, concitatam, ut *δυναμὶς αἰμαλιωποισιτικὴ* haud magnoperè debilitata, quin potius à scirrhis in mesenterio, pancreate, omento (dum etiam de abdominis duritie esset querela) hærentibus, & *ἀνάδοσι* seu distributionem seri impediens, hydropem illum causatum, à ratione haud alienum. Etenim cum materia liquida ac potulenta (eam Hippocrates *ὄχημα τῆς τροφῆς* vehiculum alimenti vocare est solitus) ad chyli distribu-

stributionem inferviat, quæ ubi suo munere perfuncta, non amplius in venoso genere remanere debet, quin à venis emulgentibus attracta, & ad Renes delata, per ureteres ad vesicam amandata, eliminanda. Serositatis illius *ἀναδεδω* interceptiunt scir- rhi in abdomine contenti. Utriusque mea conjectura congruat cum experientia, ipsa *ἀνοψία*, beneficio anastomix, id manifestare potuisset, si aperto cadavere, interiora viscera rimanda, quomodo comparata. Sed invidia Fati id denegavit.

OBSERVAT. II.

Consummatus & desperatus Hydropicus asciticus restitutus.

CUM Nicodem^o Herrenschild/ in Gymnasio Ulm. Philosophia Studiosus, hydrope ascite consummato laborasset, siti ingenti insigni totius abdominis tumore, crurum amplitudine, seroto immenso ad capitis magnitudinem, ultra 4. septimanas in lecto supinus die nocturne recumbere coactus, ut ne minimum se commovete potuerit. Pro desperato ac conclamato habitus, nec ego magnam restitutionis spem conciperem, præsertim cum ipse in assumendis remediis valdè refractarius, per totam meam jam supra 76. annorum ætatem, nullus mihi obtigit, qui abhorreret ac respueret ea medicamenta, quæ vel pueri citra nauseam, imò cum voluptate assumerent. Cum si quid pharmaci hauriendum, in forma pil. expeteret, curavi hydragogas præparari.

℞. Alo. epi. ʒj. gr. 15. G. Gamandr. pul. & cum vino malv. diff. & lavi-

gati. gr. 45. diagr. eodem modo præp. ʒß. G. ammon. gr. 45. Tart. vitr. gr. 15. cum syr. ros. sol. f. M. De qua ʒ. gr. 15. f. p. 7.

Aliquoties reiterata, singulis vicibus copia serosorum humorum evacuata, sed ventris tumore, ne minimum subsidente, exin de felici medelæ successu, eram valdè ambiguus, eò magis cum Patiens Medicorum dictis haud obsecundans. Exin me contuli ad externa præsidia: abdomen infra umbilicum bis in die cal. inungendum curavi.

℞. Ung. de arthanita. ʒvi. agrip. ʒiij. M.

Pro seroto aquositatibus repleto ad eas resolvendas ac discutiendas, mirabilem effectum præstitit, catapl. ex cochleis contulis cum testis, asperso pul. stercoris capr. & sem. carui.

Exin quotidie copia serosorum humorum promanare cœpit, qui jam

jam putrilaginem conceperant, id ex insigni fœtore innotuit, ea proluvis perseveravit per aliquot septimanas, dehinc tumor crurum & scroti majori ex parte resedit, sed ventris & abdominis intumescencia fixa ac stabilis permansit, id admirationem peperit, cum tanta saburra vitiosorum humorum per scrotum, emissa, abdomen pristino in statu permansisse. Tandem vix magno labore ægro persuadere licuit, ut assumeret seq. pul.

℞. Magist. G. Gamandr. gr. 7. Tart. vitr. ʒj. f. p. cum ovo forbili exh.

Exin tam optatus successus, ut per os ac vomitum ultra mensuram

aquositatam ejecta, insimul per secessum consimili materix copia excreta, ut & totus venter detumescens redierit ad naturalem statum, & revocatus sit ille, qui jam in orci faucibus hætere existimatus, in vitam.

Pro potu usus:

Vino Juniperio, dec. sem. anisi, fœnic. carvi. a. cochl. parvum, R. petros. ʒ. pro ʒ. Mens. aq.

Ultra annum sospes permansit, sed postea ex inordinatâ dietâ, præsertim copiosiore cerevisiæ nauustu, denuò recidivam passus, omnia medicamenta aliis suavissima averfatus, vitam cum morte commutare e& coactus.

Ad Dn. D. Hældium Collegam.

Mihi in votis, ut Patiens noster inobediens saluari nostro consilio, & animo ad opitulandum benevolo, obsecundasset, fortassis ex imbre siccitatem facere, & divinâ aspirante gratiâ, ab aquâ intercute immunem reddere, prout ante sesqui annum contigit, licuisset. Recidit mihi in memoriâ historia (author Philostratus de vita Apollonii) de quodam adolescente Assyrio, qui delitiis affuetus & Ebrietate gaudens, ex afortiâ, hydropisim contraxit, in templo Æsculapii medelam petens, ab eo neglectus fuit: id agrè ferens, graviter in illum est investus, ob de-

negatam operam: Exin ipsum affatus per insomnium, ut accederet Apollonium, spondens salutem. Exin dicto audiens convenit Apollonium & Dei mandatum exposuit, qui sanitatem quidem promittat, sed non præstet, quærens num quidpiam adjumenti ab ipsius sapientiâ sperandum, id dedit responû: quod Æsculapius sanitatem volentibus tribuere sit solitus, ipse autem sanari nolit, quia ea faciat, quæ morbo augendo inserviant, delitiis enim disfluat, abdomini indulgeat, & pœnè corruptis intestinis & aquâ redundantib⁹, cibos quasi lutum superinfundat.

Ex

Ex ista conversatione adolescens ille collegit, suam intemperantiam in culpâ, quò minus restitui queat: deinceps continentior factus, & præceptis obsequium præstans, deperditam recuperavit valetudinem.

An non hydropicus noster illi adolescenti comparari potest, quoad intemperantiam non autem quoad obedientiam, cum nec in victus ra-

tione, nec in medicamentorum assumptione, imperata faciat, sed suo Genio indulgeat. Quid igitur miri, si nulla restitutionis spes concipienda, quin in cymbam charontis præcipitatus, brevi ad orcum devenendus. Condoleo ob animum tam obstinatum. Sed fortassis instat fatalis emigrandi terminus, ut nulla salutaria monita, locum inveniant.

OBSERVAT. III.

Notabile exemplum restituti hydropici ascitici in lib. i. mearum

observat. de febre Quartanâ rependiendam.

OBSERVAT. IV.

De Fœmina Ascitica singulari felicitate curata.

Uxor cujusdam Theologi Ulm. in summo templo, ascitica, immenso abdominis tumore, quasi gravida jam partui vicina, abhorrenti à medicamentis, aliis frustraneis, præscripti.

℞. G. Gamandr. cum ol. vitr. præpar. gr. x. man. Chr. cum ol. cinnam. ℞. f. p. exh. cum jus. pisorum cal.

Exin cum stupore venter detumuit, cum à meridie ægram visitassem, antequam ad limen hypocausti pervenissem, ancilla occurrens hilari vultu, mihi lata nova denunciavit: Dn. D. meam Heram intra di-

midium diem, sanavit: & ipsa post Hera, januâ hypocausti aperta, mihi obviam facta, vultu sereno me excepit: Cum ipsam intuitus, & ego eram quasi attonitus, tam ingentem ventris molem, tam brevi disparuisse.

Aq. cordialis ob suavitatem laudata: ℞. Aq. bor. bug. meliss. lil. convall. capon. l. a. ʒj. ceras. ʒz. cinnam. ʒvi. coral. rub. præp. ʒj. marg. præp. ʒß. bezo. ori. gr. 4. man. Chr. perl. ʒvi. fol. auri fini. j. M.

Aq. odorif. ℞. Aq. cinnam. ros. a. ʒß. odorif. ʒiß. vitæ Fuchf. ʒj. M.

OBSERVAT. V.

Ab anasarca unico pul. liberatus.

Quidam

Quidam Juvenis cœlebs, cachecticus, cum totius faciei, ventris & pedum sat magna intumescentiâ, cui ordinatum.

℞. Rhab. El. ʒij. R. Jal. ʒiij. diagr.

præp. gr. ʒ. crem. tart. ʒß. f. p. cum hydromel. exhib.

Exin copiosum alui profluvium subsecutum, ut non parum debilitatus, sed à morbo liberatus & brevi post^{ivovax} evaluit.

OBSERVAT. VI.

Fœmina ab Asciticâ dispositione curata.

Cum Uxor Dn. Danielis Marii, Præfæti ædilitii Ulm. inappetentiâ, oris amaritie, siti ingenti, cum totius abdominis & pedum magnâ intumescentiâ molestata, ut hydropis rudimenta indubia, obvia.

Primò ℞. Rhab. el. R. Jalap. a. ʒij. diagr. præp. gr. ʒ. crem. tart. ʒß. f. p. cum hydromel.

Sat copiosa operatio secuta.

perito) astite Gratiâ divinâ, ab affectu lethali cum tanto cruciatu conjuncto, ut ipse æger sæpius circumstantes obtestatus, ut se interficerent, se id pro magno beneficio habiturum, liberatus; sed hospes tam ingratus, ut muneris loco nihil, præter quartam carnis vitulinæ partem, oblatum, exin mihi in votis, illum suo languori conficiendum reliquissim, cum aliâs omni ope humanâ destitutus ultra duos menses, continuus doloribus excarnificatus, Multos etiam florenos pro aliorum Medicorum pharmacis ordinatis, expendere est coactus, absque ullo emolumento, quin sæpius cum detrimento, cum exin dolores multiplicati; à me autem levi impensâ liberatus à tam sævo & aliis invictò malo.

OBSERVAT. IV.

Cum prædictus æger quadriennio post, denuò calculo vesicæ infectus, & per sectionem à lithotomo liberatus, sed circa collum vesicæ, ingens ardor & dolor restaret, nec vulnus duorum mensium intervallo coalesceret, profluente materiâ purulentâ admodum fætidâ, nec aliorum opera esset proficua, ab ipso etiam lithotomo derelictus. Tandem meam opem imploravit.

Pro potu: ʒ. R. liquir. ʒj. Chin. ʒʒ. Jujub. sebest. a. m. s. pass. m. i. de quo. ʒ. m. i. hord. m. s. dec. in aq.

Ad infringendam urinæ acrimoniam, Foris circa pubem ad calorem & ardorem mitig.

ʒ. Ung. Ros. Mel. ʒʒ. anodyn. ʒij. ol. viol. mucil. sem. cydon. cum aq. plant. extr. a. ʒj. M.

Injectio per syringam:

ʒ. Sem. cyd. fanugr. a. ʒj. mac. per h. 2. in dec. hord. lb. iʒ. exprim. per linteam f. mucilago liquida, cui ad ol. amygd. ʒi. mell. ros. col. ʒj.

Vix bidui spacio post ardor & dolor remiserunt. Absterisa materia purulenta, consolidatio facta per seq.

Z

inje-

injectionem: ℞. Agrim. plant. ma. ros. colati. ℥ij. M.
 equif. fanic. alchymill. a. m. ℞. dec. in Brevi iterum à tanto malo immen-
 aq. plant. & beton. a. q. ℞. ad con- nis redditus, ab aliis desertus.
 sumpt. 3. part. de colat. ℥. ℞. i. mell.

OBSERVAT. V.

De causâ generationis calculi præcipuâ.

CUM prædictus Vir præditus fue- rit Natura melancholicâ, quæ red:ndat facibus tartareis, exin nihil miri, quod tam facunda ad productionem calculi vesicæ. Sæpius observavi & hisce oculis lustravi, materiam excretam per vias urinales, crassam & albicantem, sed liquidam ac fluidam, ubi ea aliquandiu aëri exposita & super tabulâ moratâ coaluit, & quasi congeriem copiosi sabuli repræsentavit. Id antea à me non visum, libens inspexi & pergratum exitit, tam commodam oblatam occasionem contemplandi rem rariùs contingentem: cum exin quorundam Medicorum repugnantes opiniones impugnari & refutari queant, dum magnæ inter illos gliscant alterationes, utrum à calidâ, vel frigida intemperie calculorum generatio procedat: Ego neutri assignarem coagulationis causam ac culpam primariam, sed ipsi succo lapidescenti, quo imprægnata materia, suo opte nutu præona ad coalitum. Ut in Macrocosmo fontes reperiuntur, succo lapidescente scaturien- tes, quorum aqua, in suo decursu, limpida apparet, sed si ex suo alveo promanet ac disfluat, in terræ superficie consistens, in tophaceam vertitur substantiam. Notatu dignum judico, quod Gregorius Wernerus tract. de aquis Vngaricis, literis tradidit, de fonticulo prope Zepusium emergente, cujus aqua pellucida effluens, protinus lapidescat, & ex faxeâ illâ materiâ incolas sua ædificia construere, exin dici solitum, illos habitare in domiciliis ex aquâ factis. Quidnî haud absolum, & ipsa experientia suffragium ferat, in Microcosmo consimilem materiam tartaream generari, quæ in calculum abeat. Prout ex luculento superiùs allegato exemplo clarescit Cum enim Naturâ melancholicæ faculentis scateant excrementis, præsertim quibus obtigit ventriculus imbecillior, & qui magis voraces, in cibo & potu nullum delectam observantes, proin ex indigestione cibiorum, nulla succedat laudabilis *χολωσις*, hinc resultent multæ cruditates, à quibus in Epate haud con-
 veniens

veniens sequitur *aipeuritis*, sed succus crudus massæ sanguineæ in venis commixtus, ad Renes & Vesicam delatus, diutinam moram trahens, suo lentore adhærescens, insitâ Naturâ faciliè concrefcit & lapidescit. An non his adjungenda, *idiorryuogola* seu peculiaris Naturæ, ad calculum procreandum, dispositio, à Genitoribus communicata, in ipso statim seminio delitescens, cum complures reperti, optimi succi cibariis utentes, in quibus tamen, velut lapidicina, copia calculorum pronata. Sed qualis illa sit, haud obvium, nec expeditum, ex ætè determinare. Ad rem magis illustrandam, ad calculi generationem plurimum conferre alicujus subjecti peculiarem dispositionem, à Naturâ insitam, testimonio sint capræ Indicæ, lapidem Bezoarticum, in quodam ventriculi receptaculo, producentes, quorum quinque in orientalium marsupio plerunque contineri, in occidenta-

lium autem decem reperiri, referunt fide digni authores. Ergò facultas illa *Aithoniasis* prædictis animalibus est ingeniata, cum aliàs de nullo alio constet animali, iisdem in locis degente, & consimili pastu utente. Quis inficiari ausit, aut refragari, quin in societate humanâ, compluribus iisdem cibariis vescentibus, aliis obtigerit naturalis *Algebris* ad copiam lapidum accumulandam, alii verò ab illo incommodo sint immunes. Prout præcitatus æger, intra decennium quartâ vice per sectionem à Seniore Merckio, nostrate lithotomo, à calculo vesicæ liberatus, nec tum immunis mansit, quin denuò nova recollecta materia, calculosus evaserit, haud dubiè, quintâ vice se lithotomix subjecisset, nî lithotomus ille dudum defunctus, & ita miserimus ille Vir, omni humanâ ope destitutus, à chronicis & immensis cruciatibus, viribus attritis, ex hac calamitatum valle, migrare est coactus.

OBSERVAT. VI.

De Dysuria gravissima à calculo vesicæ causata,
disquisitio.

Cum quidam Ecclesiastes Ulmen-
sis, in summo Templo, sexagenarius, corporis habitu melancholico præditus, statura brevior & crassior, facie livida, capillis & barbâ nigris, sed canitie respersis, cum ali-

quandiu dysuriâ & stranguriâ gravissimâ, seu urinæ difficultate & ingenti cruciatu exagitatus, sæpius die noctuque lotium reddendo in paucâ quantitate, immenso semper cum dolore, sat diu post urinæ excretio-

Z

neno

nem perdurante, eam dum per canalem commearer, acerrimam sentiens, instar aceti acutissimi, collum vesicæ lancinantem, ut corrosionis metus impenderet, ob insignem acrimoniam humorum, qualitatem vitriolatam prodentium. Urina alba cruda, sæpius turbida & graveolens reddita. Primâ vice accersitus, cum observarem redundantes humores corruptos acorem præferentes, ordinavi hydromel laxat.

℞. R. Enul. fenic. polyp. rec. an. ʒij. herb. beton. hyss. card. b. adiansi utr. a. p. i. fol. sen. s. l. ʒj. agar, rec. trô. ʒij. Rhab. El. ʒiij. crem. Tart. ʒj. liquir. ʒiij. dactil. Jujub. a. ʒij. gal. mia. ʒij. f. sac. pro Menf. hydromel.

Singulis matutinis quart. s. interpolatis diebus hausit & operationem cum *eupeptis* tulit. Corpore à spurcicie humorum probè évacuato, cum dysuria non cederet, à meridie vocatus, auditâ magnâ querelâ, de magno cruciatu, in excernendo lotio, ilicò curavi adferri ol. stillat. cârvi, cujus gut. ʒ. cum 2. cochl. jusf. macri cal. obtuli, & confestim levamen sensit, sequenti nocte probè dormivit, bis tantum urina reddita, multo minori cum molestiâ, eo medio aliquoties reiterato, ab omni gravamine liber ac immunis evasit: sed vitrea sanitas visâ, quin post octiduum, dysuria recrudesceret, me inscio, cujusdam feminae suadelâ, usus aquâ diureticâ, exin sat copiosa ma-

teria sabulosa, commixtis interdum granis majusculis, colore rufis, per vias urinales, citra vllum dolorem excreta, dum transiret per penem, sed tum demum cruciatum percepit, ubi urina reddita. Urgentibus doloribus, me denuò accersiri curavit, cum animadverterem querelam, de cruciatu circa finem excretionis urinæ, tantum molestante, & sabulum crassiusculum cernerem, artificiosâ fretus conjecturâ, palam assèrui, id mali aliunde provenire non posse, quàm à calculo vesicæ, ejus collum, si commotus, vellicante ac lancinante, cum & ipse Hippocr. l. 4. aph. 79. astruat, quibus sabulosa in urina subsidunt, calculo vesicæ laborare. *Esti aphorismus ille non semper congruat cum Experientia, cum & arenosa in urina sint conspicua sæpius, absque ullius calculi in Renibus & Vesicâ, præsentia. Sed me imprimis impulit & indubium argumentum subministravit, in illius ægri vesicâ, calculum residere, dum dysuria & stranguria, quoties lotium reddendum, multo intensior & acerbior, & quidem in fine excretionis urinæ dolore magis urgente & aliquandiu perseverante, id indicio, eam molestiam à calculo resistente, collum vesicæ stimulante, provenire. Cum aliàs, si merè arenosa, in urinâ hæreant, & aliquam molestiam pariant, ab ejectione, symptomata mirentur & evanescant, in illo autem*

antem subjecto exasperata, luculento fuere testimonio, a residuo calculo, sua aspredine percellente, tantum concitatum tormentum. Sed hac in ea gentiina & Rationis fulcris in-nixa crisi, spretâ ac neglectâ, experiri contigit quosdam refractarios, me- rum adesse sabulum putantes. Qui- dam lithotomus jactitabat, si calcu- lus in vesicâ resideret & vel pisi ma- gnitudinem vix excederet, se cathe- tere immisso, illum deprehensurum. Sed ille seipsum & alios duos Me- dicos sefellit. Cum enim semestris spacio post, quidam Juvenis Patri- cius chronico dolore vesicæ infesta- tus, se illi explorandum commisit- set, negavit calculi præsentiam. Ex in- conlilio Medicorum, qui illi a veri- tatis orbitâ multum deflectenti, fi- dem accommodantes, rati, dolorem illum a frigida vesicæ dyscrasiâ & materiâ phlegmaticâ concitari, in thermas ferinas fuit ablegatus, sed spe inani. Etenim æger ille, post ali- quot dierum moram, convulsioni- bus Epilepticis est correptus & a morte abreptus, eo defuncto & ca- davere referato, in vesicâ grandior calculus oblongus (eum ipse vidi) f.ij. pendens fuit repertus. Exin re- luctet, quam incerta sit calculi vesi- cæ probatio, cum & præstantissimi lithotomi non raro decepti, haud abs re vel unicum singularem & no- tabilem casum inserere, cujus men- tionem facit Marcellus Donatus d.

Histor. mirab. de Præfecto Ducis Mantuani, quem Medici omnium sig- rum co- cursu, calculo vesicæ laborare, sint arbitrati, ut de majori constaret certitudine, aliquot peti- tissimi Chirurghi sunt convocati, qui Syringâ argenteâ impositâ, se nul- lum lapidem sentire, constanter una- nimi consensu, affirmarunt. Cum autem omnia præsidia medica fru- stranea, Patiens ille Patavium se con- tulit, famâ Gabrielis Fallopii excel- lentis. Medico-chirurgi concitatus, eâ spe conceptâ fore, ut restituatur in integrum. Fallopius omnia signa calculum attestantia conspicatus, eum in vesicâ residere asseruit, sed cathetere immisso, se calculum non sentire, sap- is est admiratus. Quare æger ille omni spe destitutus, Man- tuâ reversus, ab immensis doloribus confectus tandem è vitâ decessit: cadavere resecto, insignis calculus in vesicâ repertus, sed undique co- piose ac viscoso phlegmate, velut pelle involutus, integumentum il- lud erat obstaculo, quò nimus ex Syringæ contractu, lapidis ictus de- præhensus. Hæc proferre in medi- um placuit, pro cautelâ, ad circum- spectius agendum. Cum ad nostram ægrum curandum alterius insu- per Medici opera requisita, & hujus opinio, in *Agrius & Degeneris*, a meâ sententia dissentanea, dum ego pro- posui medicamenta in nostris offi- cinis prostantia & ab antiquioribus

Medicis præstantis. per multa lustra, maximo cum fructu & encomio, usurpata, illo autem renitente & laudibus quasi ad astra evehente, aquam diureticam, in quodam nostrate cœnobio, destillari solitam, cum Natura mea à contentionibus aliena, vehementer repugnare, inconsultum duxi, cum & ægri, & quarundam fœminarum animum eò inclinare adverterem, libens cessi, & ad præcavenda majora inconvenientia, ægrum non amplius visitans, illi soli curam reliqui, tacitâ mente præsumens, illam jactantiam fore irritam. Etsi mihi haud ignotû, aquâ illam monachalê, in fabulosâ materiâ & exiguis lapillis propulsandis, sat proficuum, at in calculo vesicæ abigendo, præsertim si major, infirmam, imò noxiam æstimo. Cum pleriq; practici, diuretica imprimis fortiora, in calculo vesicæ ceu perniciofa, dissuadeât, eò magis, si corpus impurum, dum loco vehiculi inserviunt, & excrementa, per vias urinales deducunt ad Renes & vesicam, fomentum & augmentum calculo subministrant. Idem Gal. lib. 5. de med. simpl. facult. 13. astruit, instituta comparatione cum iis, quæ lac coagulare solita, separando serosas partes, reliquum indurant: Haud secus valida diuretica, excrementa attenuando, subtiliores eorum partes per vias urinales amandant, crassiores autem inspissant & coagulandi

occasionem præbent, præsertim in Naturis melancholicis, quali æger ille præditus, quæ fecibus tartaræis scatent.

Accedit, quod diuretica lithontriptica ad vesicam pertingentia, ab alterâ materiâ molliore, ceu sabulosa, eam cum lotio exterminant, calculum autem residuum asperum & angulosum reddunt, majorem dolorem concitantia, liber id luculento comprobare exemplo. Quidam Juvenis Ulm. calculum habens in vesicâ, sat diu eum tolerans citra notabilem dolorem: cum autem cujusdam Medici consilio, uti cepisset aquâ illâ monachali, eam aliquandiu continuando, indices intensior dolor illum torst, ut tandem lithotomiæ se subjicere sit coactus, astite etiam illo Medico. Cum calculus à lithotomo exemptus asper & inæqualis in circumferentiâ apparuit, in medio autem perforatus. Ex in lithotomo ad Medicum præsentem conversus, graviter objurgavit, & culpam imputavit, quod miser ille ad sectionem admittendam compulsus, cum alias si ab aquâ illâ abstinuisset, per complures annos, tolerabili dolore, vitam transigere, ob calculi lævorem, licuisset. Cum haud levis altercatio inter Medicos, utrum calculus vesicæ, per lithontriptica qualiacunque sit curabilis, Etsi prostant quædam exempla restitutorum, tamen Fabricius Hilda-

nus

nus celebratis. ille Chirurgus, pro-
pendens in partem negantem, asse-
verare non dubitat, se neminem
unquam vidiſſe, per interna medi-
camenta ſanatum, quin tandem, ur-
gente neceſſitate, lithotomiæ ſe
commiſerit. Etſi in Juvenibus interdum
medela per lithontripica ſuc-
cedat, ſi calculus friabilis, non com-
pactus ac ſolidus, ac in corpore ſeni-
li, omnino *admirari* ille cenſet, haud
deſunt rationes ſuffragantes. Ipſe
Hippocr. lib. 6. aph. 26. palam aſſe-
rit: Renum & veſicæ vitia ſeu do-
lores (ut calculus & ulcera) vix cu-
rantur in Senioribus. Ratio eſt in
promptu, ob defectum caloris nati-
vi, qui alias omnium operationum
naturalium *omnes* præcipuus, &
morborum domitor, quo languente,
etiam virtus expulſiva, in dimoven-
dâ materiâ morbificâ, torpida, & di-
geſtiva ad concoctionem promo-
vendam, infirma, exin etiam viarum
ſeu vaſorum anœſtia prohibet tran-
ſitum excre. titiis ſuperfluitati-
bus. Rem ita ſe habere, æger ille il-
luſtri ſit documento. Etſi enim ha-
tenuſ per complures meſes, va-
ria medicamentorum contra calcu-
lam ſarragine exagitatus, & interdum
ſpes affulgeret melioris ſtatus,
dum quotidie labuloſa materia cum
urina excreta, agro id ſolatii ſugge-

ſtum, calculum ſenſim ac pedeten-
tim, diminutum ac reſolutum iri, ſed
ſpe inani.

Aſt quid cauſa, cum ultra annum,
arenoloſa materia in copia rejecta à
calculo per diuretica abraſa, ut con-
jectura rationi conſona, ipſum ſuc-
ceſſu temporis, ceſſurum. Succur-
runt rationes probabiles, quò minus
id fieri queat, indigitantes. Etſi à
calculo pars mollior ac friabilior ab-
ſterſa proceſſerit, relicta autem ſoli-
dior & aſperior reddita, acerbioſam
dolorem concitavit. Accedit, cum
æger annum ætatis ſexageſimum ex-
ceſſerit, ob defectum caloris, per in-
diſteſtionem, alia materia cruda, de
novo, accumulata, calculo priori ad-
glutinata, coadjuvante pravâ veſicæ
ad calculum generandum, diſpoſi-
tione, coaleſcat, & ita proceſſus qua-
ſi in infinitum eſſet inſtituendus te-
merè. Cum autem omnibus mediis
fruſtraneis, ſeſquiannuo ſpacio poſt,
æger ille deſunctus, ejus cadavere
aperto, ipſa *anæſtia* demonſtravit &
in apicum protulit, geminos calcu-
los aſperos, quorum grandior ovi
gallinacei magnitudinem & for-
mam uncias tres ſenis, pendens, mi-
nor drachmas ſex, repræſentavit, &
ita tandem veritas, quæ temporis ſi-
lia, victrix evaſit.

De morbis Uterinis,
OBSERVAT. I.

De suffocatione matricis sepe cum convulsionibus
Epilepticis.

VNica Filia Virgo Dn. Samuelis Kiechelii, Civis Ulm. primarii & opulentissimi, ex suffocatione matricis, pœnè in lethalia incidit symptomata, in lecto decumbens prostrata, oculis clausis, nullum edens sermonem, n̄ interdum brachia quatiens, vociferata, prius Parentes alterius Medici operâ usi, cum nihil proficeret, & meum requisitum consilium, accedo, ægram intueor, varias percontor circumstantias, & qualia adhibita remedia, sciscitor. Inter cætera aquam odoriferam ex aqua cinnam. & conf. alker. constantem, exhibitam comperio, cui me oppono & in affectibus hystericis, noxiam repudio. Et si haud desint exempla fœminarum, quæ citra damnum, aut felici etiam successu, odorifera ferant, sed cum id rariùs contingat, quin potius ex in graviss. symptomata præcipitentur, & *idiuvyægia* seu peculiaris cujusque ægra Natura Medico sit ignota, non nisi per Experimentiam cognoscenda, cui odorata sint amica, vel adversa, in re ambigua, consultius videtur, ab illis abstinere, proposui aq. anti-

hystericam seu de meliss. compos. & Empl. matricale ex Galb. & G. Tacam, a. ʒvi. diff. ext. alur. infra umbil. apl.

Cum Parentibus mea sententiâ visa plausibilis, illa à me consignata erant in officinâ præparata & ægræ oblata, ex in quietior reddita, intra horam ad se rediit & loqui cæpit. Altero die & tertius Medicus, qui peregrè aberat, reversus, in illius ædibus divertit & ad plenariam valetudinem recuperandam communi consilio quædam ordinata. Cum sitis urgeret, concessum vinum cydoniatum, etsi mihi erat suspectum, in affectu matricali, sed refragari nolui, ne me, velut in omnibus adversarium, passim traducerent. Cum autem ægra illud copiosius assumpsisset, in convulsionibus Epilepticis incidit horrendas, ad malum illud propulsandum, nihil magis contulit, quam seq. decoctum.

℞. R. angel. zedo. levist. a. ʒi. dec. in lb. 2. jusc. Gall. macri ad cõlumpt. ʒ. 3. part. pro tribus dosibus matutinis.

Et sic vindicata in pristinum sanitatis statum.

OBSER.

OBSERVAT. II.

*Suffocatio matricis servissima falsò splenetica
judicata.*

Cum Generosa Virgo Sybilla Baronissa *Revenhillerin*/ ex Carinthiâ, Naturæ melancholicâ, per annos aliquot sæpius recurrente paroxysmo, ingenti suffocatione infestata, plerique Medici putabant id mali prodire à malignis vaporibus vitio Lienis progeneratis & sublatis ad diaphragma, id mihi absolum visum. Fortè contigit, ut Gen. ægra pœnè per totam noctem tam gravi suffocatione exagitata, ut in horas expiratura crederetur, cum ego è somno excitatus & advocatus hærebam in suspenso, quidnam de morbi genere judicandum, & qualia præscribenda remedia, suspicatus affectum matricalem, curavi adferri aquam de melissâ compositam (quæ apud nos in frequenti usu,) cujus 2. 3. cochl. ilicò infundo, miraculi instar ad se revocata, omnis dyspnæa subitò desit. Exin innotuit, ~~paroxysmum~~ illud admodum chronicum potius hystericum, quam splenicum fuisse, à corruptis vaporibus ex utero expirantibus & diaphragma impetentibus, tantam angustiam concitantibus.

OBSERVAT. III.

*In quadam matricis suffocatione, usus camphoræ
noxius.*

Quædam honesta Marrona Ulm. cum ex symptomatis hystericeis periclitaretur, ego mediâ nocte excitatus & ut ægram inviserem rogatus, pareo & me sisto, cubiculum ingressus, ipsam offendi decumbentem oculis clausis, elingum, ilicò præscripti aq. matricalem de melissâ compos. Scheda in officinam est delata & aqua quidem matricalis allata, sed errore pharmacopæi non attendentis aut observantis meum præscriptum, missa aq. matricalis camphorata, cujus cum cochl. i. ægræ infudissem, vociferari cepit querulâ voce, quid agitis, totum caput exin exardescit quasi igne succensum: id mihi erat admirationi, ablegavi ancillam in officinam ad inquirendum, qualis illa aqua transmissa, comperitum, oblatam camphoratam, cum illa altera de melissâ compos. à me ordinatâ, in illius pharmacopolio non extaret præparata, proin illam

Aa

cx

ex alia officina afferendam curavi, cum allata & ægra oblata, ipsa statim se recolligere, oculos aperire & loqui cæpit, vindicata in pristinum statum. Etsi camphora aliàs in affectibus hysteris haud ignobilis, tamen reperiuntur complures fæminæ, quibus illa adversaria præsertim quibus obrigit calidior capitis constitutio, cum ob spiritus volatiles illicò caput petat & cerebrum imbe-

cillius feriat. Ægra illa luculento sit exemplo, cujus complexio sanguinea & facies rubicunda, calidior temperatura. Oportet igitur cautè ac circumspectè agere, & ad præsentis subjecti Naturam respectum habere. Meritò etiam objurgandus venit Pharmacopæus ille, qui pro suo ingenio, non autem meo Genio, alienam tradidit,

OBSERVAT. IV.

UXOR Civis Ulm. ordinis mercatoris gravissimis symptomatis molestata, sæpius lipothymia vires atterente à malignis vaporibus ab utero expirantibus, orificium ventriculi, & cordis thalamos impetentibus.

Primo clystma injectum:

℞. Herb. mer. beton. meliss. anth. malv. a. m. s. fl. chamo. p. 3. sem. anis. fenic. carvi. a. ʒi s. dec. in aq. ad med. In col. ʒx. dis. El. diacath. ʒj. Hier. s. Gal. ʒij. mel. anthos. ʒi s. ol. chamo. ʒj. amyg. d. ʒi s. sal. parum. f. cl.

Pro lipothymia abigenda nihil magis contulit, quam spir. matric. camphor. gut. 6. 7. cum coch. 2. aq. meliss. Interdum exh. aq. d. meliss. compos. quæ suam etiam laudem meretur. Oblata gr. vi. bezo. ori.

cum aq. meliss. ad sudoris elicium). Cum ab alijs cibus abhorreret, lac amyg. d. extr. cum aqua, in qua indicum lig. assafr. efferb.

Etiam cum fructu apl. Empl. ex Galb. & G. Tacam. a. ʒvi. diss. & extend. alu. infra umbilicum.

Ubi restituta, viribus jam recollectis expetebat vinum medicatum pro corporis evatuatione,

℞. R. Enul. cich. fenic. a. ʒij. herb. abs. rom. card. b. meliss. anth. hyss. a. p. i. fol. sen. f. f. ʒi. agar. tro. ʒiij. R hab. Jalap. a. ʒij. dact. jujub. a. ʒss. gal. min. ʒj. f. sac. pro. ʒ. quart. vini & lb. i. aq. meliss.

Cum prius aliorum Medicorum opera usa, sed à me ordinata suæ Naturæ magis convenientia deprædicabat.

OBSERVAT. V.

Hysterica lap. Bezo. ori. refocillata.

Virgo Kauffbeirensis 40. ann. ex passione hysterica periclitata, ex corruptis

ruptis vaporibus uterinis, ut querula, vitam suam & cor tenui filo perdulum, n̄ subito succurratur, id disruptum iri. Ilicò obtuli bezo. ori. gr. vi. cum aq. meliss. & derepentè ome malum depulsum,

OBSERVAT. VI.

UXor Mercatoris Ulm, variis symptomatis infestata procedentibus à corruptis vaporibus matricis, aderat dolor capitis circa tempora imprimis molestus,
 ℞. Aq. Hirund. cum cast. ʒj. Theriac. ceph. ʒʒ. M.
 Linteola imbuta & express. cal. apl. cum magno levamine. Inlipo-

thymia tollenda, præstans auxilium sp. matric. camph. gut. 7, 9. cum aq. meliss. coch. 2.
 Empl. matric. apl. ex Galb. & G. Tacam. an. ʒʒ. dil. & ext. alu. infra umbil.
 Pro potu dec. lig. lassafi. p. i. in Mens. aq. feru.

OBSERVAT. VII.

Virgo Ulm. ex suffocatione matricis oculis clausis, sine voce quasi exanimis in lecto prostrata, ego media nocte vocatus. Ad excitandum,
 ℞. Ruta m. i. f. Nod. infund. acet. rutac. naribus apl. Aq. d. meliss.

compol. exh. per os.
 Infra umbil. Empl. apl. ex Galb. El. G. Tacam, a ʒvi. diss. & extr. alut. palmæ manus latitud. forma rotunda.
 Intra horæ quadrantem ad se rediit & loqui cepit.

OBSERVAT. VIII.

Cum Uxor Rever. & celebratis, Theologi Dn. D. Cunradi Theodorici, Superint. Ulm. in puerperio Filioli Cunradini, torminibus ex uteri impuritate, correpta, & sibi moriendum imaginaretur, Primo 2. clysmata purgantia ordinata.
 ℞. Herb. malv. mere. beton. meliss. a. m. ʒ. cham. melil. aneth. a. m. ʒ. sem. anis. fanic. carv. a. ʒij. dec. ad med. In col. ʒx. dil. El. diacath. ʒj. Hier. ʒ. Gal. ʒij. ol. cham. aneth. amyg. d. a. ʒj. mel. anth. ʒj. vit. i. o. sal. parum f. cl.

Cum autem dolor non cederet, ad sola anodyna accessi per alvum infundenda,
 ℞. Ol. cham. aneth. amyg. d. a. ʒ2. sacch. rub. rub. mell. anthol. a. ʒj. vit. 2. ovor. Juris Gallin. ʒ. ʒ. f. cl.
 Bis reiteratum. Valdè commendabat medicamentum & Medicum. Illi clysteres in torminibus ventris per 2. 3. horas retenti, sæpius emolliendo excrementa, plures secessus provocare soliti, quam si purgantes injecti.

Aa ʒ

OBSER-

OBSERVAT. IX.

UXOR Dn. Matthæi Becken / Civis Ulm. Mercatoris, cum alvus constipata in puerperio, & totus venter intumesceret quasi adhuc esset gravida, cum torminibus, de vitâ periclitari judicaretur, maritus accurrens accommodata efflagitabat præsidia, clystma ordinatum.

℞. Herb. malv. alth. betæ, merc. a. m. i. fl. chamo. melil. a. m. s. sem. anis. ʒij. dec. ad med. In col. ʒx. El.

diacath. ʒj. ol. amygd. d. chamo. a. ʒiʒ. mell. anthos. ʒj. vit. i. o. sal. parum f. cl.

Ol. amygd. rec. cum jusc. Gall. Pro ipothymia avertenda.

℞. Aq. ceras. ʒi. bor. bugl. meliss. lil. conval. a. ʒj. capon. f. ʒi. cinnam. ʒvi. marg. præp. ʒj. bezo. gr. 4. man. Chr. perl. ʒvi. M.

Illic convaluit.

OBSERVAT. X.

Morbus virgineus.

NOb. Virgo à Lapheim / morbo virgineo, cum obstructione menstruum & icteritiâ, à pituitosis & biliosis humoribus.

Primo: ℞. Extr. Panchym. Croll. ʒiʒ. extr. coch. ʒj. cum aq. meliss. f. p. 15.

℞. R. cich. Enul. fænic. a. ʒij. polyp. q. ʒiij. herb. meliss. abs. hyl. beton. a. m. s. card. b. cent. min. chamæd. cusc. a. p. i. fol. fen. f. f. ʒj. agar. rec. tro. ʒiʒ. Rhab. Jalap. a. ʒij. cremor. Tart. ʒij. cinnam. ʒj. gal. ʒij.

passul. ʒj. f. succ. pro Mens. vini.

Pro obstructionibus referendis:

℞. Chalybis cum sulph. præp. ʒj. fæculæ R. Aaron. ʒiʒ. succin. alb. præp. cinnam. a. ʒ4. corall. rub. præp. ʒij. marg. præp. ʒj. f. p.

Dividatur in 14. partes, cum vino

abs. exh. & post per horam se exerceat.

Magno & exoptato successu, apertis obstructionibus, vitiosi humores colliquati & per alvum in copiâ exturbati.

OBSERVAT. XI.

De virgine à morbo virgineo vindicata.

CUm Virgo 25. annorum Filia Civis Ulm. primarii, facie pallidâ & subtumidâ ac bile suffusâ, per aliquot menses ciborum inappetentiâ, pectoris angustiâ, totius lassitudine

spontaneâ, difficili incessu, præsertim si locâ acclivâ scâdenda, crurum etiam si in lecto decumbit, molestâ exagitatione, infestata, cum menstruo fluxu diminuto.

Primo

Primò alterius Medici consilio
usa, varia purgantia sat valida præ-
scripta, & acidularum potus per tres
septimanas continuandus proposi-
tus, obsequium præstitum, sed sine
ullâ symptomatum allevatione. Ex-
in urgente necessitate, & mea requi-
sita opera. Primò ordinavi pilulas,
ratus in visceribus internis recondi-
tos phlegmaticos humores cum bi-
le mixtos, prædictorum symptoma-
tum authores.

℞. Extr. Panchymag. Croll. ℞ij.
Extr. pil. aur. ℞j. cum aq. meliss. f.
p. 27.

Primo die decem secessus sat co-
piofi procurati, sequenti matutinâ
tertiâ vice, rejectâ materiâ mucila-
ginosâ, cum multo levamine. Cum
ægrè solubilis, aliâ ad istam dosin
non ascendissem.

Cum restaret difficilis respiratio:

℞. Loh. sani & experti ꝑj. sp. diair.
f. ℞iiss. ol. sulph. acidi. ℞b. syr. liquir.
oxym. scill. a ꝑvi. M.

Manè & vesperi parv. nuc. mag.
sumpsit, cum notabili commodo,
per octiduum post.

℞. M. pil. d. sagap. secundum descr.

Dn. D. Horst. ℞j. cum aq. artemis.
f. p. 15.

Exin quinque sedes causatæ, ex-
cretâ materiâ phlegmaticâ lentâ,
cum symptomatum remissione ap-
petitus dejectus resurrexit, lassitu-
do recessit, auriginosâ dispositio eva-
nuit. Cum in ægrâ illâ tanta viscoso-
rum humorum saburra delituerit,
nihil miri, quod acidularum haustus
infructuosus, cum potius conferant
in morbis à biliosis, quam pituitosis
humoribus concitatis. Si malum
non cessisset, vinum chalybeatum
ordinare constitueram Adriani à
Wynsicht/experimento mihi pro-
batum. Sed cum cæteris symptoma-
tis profligatis, in cruribus ad motum
difficultas residua, ad humores ner-
voso generi impactos, & gravamen
invehentes, resolvendos, & totius
corporis corroborandi gratia, Ther-
marum usum proposui & cum oc-
casio tum aliter non admitteret, Bal-
neæ oppidanæ nostratæ, cervinæ di-
ctæ, adhibita, & cura ex voto succes-
sit & ægram ab omni molestia im-
munem reddidit.

OBSERVAT. XII.

*Puerpera quasi hydropica, sinistra medicatione ad
orcum ablegata.*

Cum fœmina quædam honesta solito magis intumesceret, ex lar-
Gravida & ejus torum abdomen, giore cerevisiæ ingurgitatione, ut
Aa 3 conje-

conjectura, ipsam insimul hydrope infestari, præsertim cum edito partu, tumor etsi minor, non tamen totaliter evanesceret, die 10. à partu ego accersitus, depræhendi crurum tumorem exiguum residuum, nec ventrem multò elatiorem, non renitentem, sed mollem, cum adesset levior diarrhæa, Naturâ se exonerante à cacochymia, consultum existimavi, illi in mundificandis vitiosis humoribus imprimis serosis, suppetias ferre, leni ac benigno solutivo.

℞. Syr. d. Mann, laxat. ℥x. diss. in aq. meliss. ad crem. tart. ℥℔, M.

Cum *εὐφορία* eyacuata. Ut & lochia expeditiùs procederent, sequenti matutinâ exh. ℥j. Tart. vitriol. cum jus. Gall. cal. cum optato successu, Cum de pectoris angustia querela, aqua mundificans ordinata magno cum emolumento.

℞. Aq. hyss. ℥iij. scab. card. b. veron. tussil. a. ℥j. asthmat. ℥i℔. sacch. eand. al. ℥vi. M.

Eam deprædicabat non tantum in depurando pectore à phlegmate, sed & pro viribus restaurandis, sibi valdè acceptam asserens.

Etsi pectoris coarctatio recesserit, succedente liberâ ac expeditâ respiratione, pedes detumuerint, totum abdomen mollius evaserit, ut de hydrope nullum amplius discrimen verendum, & cum iste affectus à copiosiore cerevisiâ haustu cõtractus,

exin rationi consonum viscera interiora sanguificationi destinata, haud corrupta, sed *εὐσταθία*. Cû sæpius accidat, ut Gravidæ consimilibus tumoribus obnoxia, qui tamen ab enixu, Naturâ vitiosos humores cum lochijs per uterum excernente, evanescant, indubiam spem faciens ipsi ægra, cum jam 10. tantum dies à partu, & plæraque symptomata disparuerint, quin successivè, & per alvum & per uterum, omnia excrementa residua, prout hæctenus beneficio Naturæ & artis factum, penitus exterminati queant: si requisierit necessitas, constitueram reiterare,

Pul. Tart. vitriol. ℥j. cum gr. 4, magist. Gummi. Gamandr.

Id medium in consimili casu, prærogativam habere merito censendum, citra ullam virium offensivem.

Sed proh Deum immortalem, quid contigit? O stupendam hominum temeritatem, semper affectantum novitatem. Etsi cura illa à me felici auspicio cæpta, ut nulla diffidentia concipienda, de minùs prospéro successu: sed cum quadam fæmina garrula intervenisset, & alium Medicum, qui recens advenerat, celebrando proposuisset, & illi invitæ ac primitus renitenti, verborum lenocinijs tandem persuasisset, ut Fato suo infausto, dederit assensum. Medicus ille nullo habito respectu molliorij

Moris ac delicatioris Naturæ, non virium, non puerperii (cum 14. dies à partu) protinus se accinxit ad hydropem in utopiâ curandum, cum ab eo nihil amplius periculi, sed si quæ reliquæ adsint, pedetentim cum lochiis exterminandæ. Præscripsit autem vinum medicatum, ex sat validis hydragogis concinnatum. Primo haustu assumpto, ægra ex commotione seu exagitatione humorum, in tantam respirationis difficultatem incidit, ut suffocationis

periculum immineret. Hoc non obstante, ægram ad reiterandam vini potionem impulit, cum secundâ vice assumpsisset, in lecto erecta ceruice sedens, & auram captans, fuit suffocata. Nemo, cui mens salva, aliter judicare potuit, quin ægra sinistra medicatione, in orci fauces præcipitata, non suâ quidem culpâ, sed alterius impulsu, Medicum illum velut *δαυματὸς γυναικῶν*, laudibus ad astra evehentis.

De Hæmorrhagiâ uterinâ.

OBSERVAT. I.

VXOR Dn. Henrici Schwarz Archigramm. Ulm. per aliquot menses gravissimo & contumaci sanguineo fluxu uterino detenta, incredibili copiâ quotidie præmanante, ut de vita periclitata, & medicamenta averfata, oportebat me cautè procedere, & suavia, quoad ratione morbi *divinos*, proponere.

Pro corpore leniter evacuando.

℞. Mann. el. ʒiʒ. syr. d. Rhab. Augustan. ʒj. vel ʒx. aq. cich. q. β. ad diss. ad massam sanguineam à bile emundandam.

Præ cæteris, ab hoc magnum levamen.

℞. Vitell. i. o. aq. plant. vini rub. ʒ. cochl. ʒ. parum bull. & cal.

Sumat per aliquot matutinas. Interdum cum exiguas doses appeteret, exh.

℞. Magist. corall. rub. gr. 12. vel 15. cum aq. plant.

Id aliquoties reiteratum.

Lac amygd. d. sic præp. ℞. C. c. v. ʒij. dec. in mens. β. aq. immacer. panis tostus. In col. exting. frustum aurî candesc. cum qua & ʒʒ. amygd. d. f. Emuls. dulcor. sacch.

Uta etiam syr. corall. ʒ2. Granat. ʒj. M.

Aq. cordialis:

℞. Aq. bor. bugl. teraf. capon. f. ros. a. ʒj. cinnamo. ʒvi. corall. rub. præp. ʒij. marg. præp. gr. 15. man. Chr. perl. ʒvi. M.

℞. Co.

℞. Corall. rub. præp. ℥ij. f. p. cujus
mucro in jus. exh.

Aq. odorif. naribus admov.

℞. Aq. ros. cinnam. a. ℥℞. odorif.
℥ij. vitæ. F. ℥j. M. cum nod. infuso
ex cinnam. nuc. musc. gal. maci.

Sacculi pullat. carpis manum apl.

℞. Sp. diamar. fr. ℥ij. corall. rub.
præp. ℥℞. fl. bor. bug. ros. rub. meliss.
a. p. 2. f. 2. fac. infund. & expr. in seq.
aq. ℥. aq. bor. bug. meliss. a. ℥j. Ros.
℥℞. M.

Hoc clystina valdè laudatum pro-
fuisse.

℞. Brod. Gall. lb. β. ol. amyg. d.
℥ij. vit. 2. ov. M.

Aliquoties repetitum, semper ex-
creta materia sæda & sætida in sat
justâ copiâ, quasi purgantia injecta.
Multoties observavi consimiles cly-
steres tantum emollientes, plura
eduxisse, quam constantes, ex valdè
purgantibus. Dum enim diutius
inorantur in corpore, sæpè per 2. 3.
horas, excrementa remollita, de-
mum excernuntur beneficio Natu-
ræ irritatæ.

OBSERVAT. II.

UXor Civis Ulm. in puerperio hæ-
morrhagiâ uterinâ vexata cum
lipothymiâ.

℞. Bezo. ori. gr. 4. marg. præp. ℥℞.
cum ℥j. aq. bor.
Evauerunt symptomata.

℞. Mag. corall. gr. 12. cum jus.
Gall. exh.

Pro potu:

℞. Syr. Granat. corall. a. ℥iβ. cum
aq. in qua frustillum auri candesc.
extinctum.

OBSERVAT. III.

UXor Civis Ulm. in puerperio in-
signi sanguineo fluxu periclitata
restit.

℞. Corall. rub. præp. ℥ij. marg. ℥℞.
boli armen. præp. ℥j. f. p. cum jus.
Gall. exh.

OBSERVAT. IV.

IN nimio fluxu menstruo, aliis fru-
straneis, quædam Illustr. Virgo
Tincturâ corall. plurimum adjuta,

tam præstans effectus, albo calcu-
lo est notandus.

Pro partu & secundinâ excludendâ.

OBSERVAT. I.

QUædam Fœmina Ulm. retento
fœtu mortuo, accedentibus con-

vulsionibus epilepticis, cum in vitæ
discrimine constituta, medicatricum
opera

opera irrita, & ego vocatus. 15. f. p. cum aq. artemis. ℥ij. puleg. ℥β.
 ꝑ. Tro. d. myrrh. ℥iβ. boracis. gr. M. & liberata.

OBSERVAT. II.

Alia femina Ulm. in partu periclitata, excluso quidem fœtu, sed relicta secundinis. præp. ℥iβ. borac. gr. 7. f. p. exh. cum aq. artemis. ℥iβ. lil. alb. ℥β. M. Intra horam rejecta.
 ꝑ. Tro. d. myrrh. ℥j. succini al.

De Impotentia.

Quàm difficilis censura.

Cum quidam Rusticus maritus ab uxore accusatus coram consistorio matrimoniali, ob impotentiam, quod esset virilitate privatus, & ad præstandum debitum conjugale inhabilis, ille autem in os contradiceret & asseveraret, se satis aptum ad congressum & actum venereum exercendum, modo admitteretur, si velit copula carnali frui, tum ipsam manibus pedibusque totis viribus repugnare. Illa autem fortiter inficiaretur, se nunquam refractariam, quin ultro sæpius se submisisset, ille autem irritato conatu semper recesserit, nec deflorare unquam quierit, salvâ adhuc virginitate, licet biennali spacio cohabitarint. Cum maritus in affirmativâ, uxor autem in negativa cõtumaciter perseverasset, utraque pars mihi & Dn. D. Horstio Collegæ olim meo, examinanda & exploranda est commissâ. Cum Vir nobis præsentatus, ex oculari inspectione, membra genitalia, quoad

externam formam, rectè disposita deprehendimus, & ut in nostrâ censura certiores, cohortati sumus, spiritum virilem manu admodum erigere attentaret: eo factò, secuta quidem penis intumescencia, sed nobis visa non satis rigida, quin flaccidior & languidior, ut claustrum virgineum, præsertim si angustius, referare ac intimius penetrare valeat. Causa imputata pudori & timori, dum per illa animi pathemata, spiritus revocati, quò minùs membrum virile, satis firmum ac stabile, cum ille ejeraret, si uxorem haberet volentem, se Faunum fore sat potentem. Cum autem à duabus obstetricibus uxor per *duos vias* explorata, illibatam esse virginem pronunciarunt, & illa obstestata, quod se multoties ultrò marito deflorandam subjecerit, sed sine ullo successu.

Cum igitur utraq; pars tam contradictoria, haud expeditum certi quidpiam constituere, quam vis cum

B b

viri

virii membra Veneri exercenda dicta, ita disposita quoad externam formam, ut nullus defectus observatus, insuper erectio Penis visa, licet non satis firma, eum non absolute pro impotente, judicavimus. Ipse D. Felix Platerus, Professor Basil. in suis Observat. fatetur, impotentiae causas latitare in vasibus spermaticis potius, quam exterioribus membris, utrum autem sit vitium organicum, vel intemperies, vel obstructio, cum in abscondito, iudicium esse difficile.

Cum utraque pars tam obstinata in affirmando & negando, diris etiam se devovendo, in re tam dubia, nullum certius visum *επιτελειον*, quam

si experiendi gratia, ad exercendum actum venereum committerentur, & opere peracto, ab obstetricibus fieret dignotio, utrum illa adhuc Virgo illaesa existens esset deflorata.

Sed à Magistratu ambo relegati, & postea compertum, à viro aliam alibi imprægnatam, & ita de facto, ab impotentiae infamia liberatum. Exin patescit, quantum fidei sexui famineo tribuendum, in deferendis maritis ex odio, ob *αδυσπλασαν*, ad impetrandum divortium, dum non verentur suam sauciare conscientiam, & circumvenire ac fallere eos, qui ad dijudicandum, sunt deputati.



OBSERVATIONUM MEDICINALIUM
LIBER QUARTUS.
DE MORBIS EXTERNIS.

De Arthritide succedente dysenteria.

OBSERVAT. I.

DN. Thomas Deckinger / primæ curiæ Gymnasii Ulm. Præceptor, à dysenteria gravi, arthritide vagâ est

correptus, à pedis digito dextro incipiente, post omnes articulos occupante, internis & externis medicamentis frustrancis, à me & etiam Dn. D. Horstio administratis? Cum per 4. menses lecto affixus, diu noctuq; discruciatu, ut nullum membrum vel tantillum commovere potuerit, tandem doloribus urgentibus, meo consilio obsecundans (cum Dn. D. Horstius de ipsius salute desperarit) decoctum lig. sassafr. cum R. chin. dudum à me propositum, assumpsit, matutinum tantum haustum sudoriferum bibens, cum vires bis in die sudoris elicum non admitterent, prius evacuato corpore.

R. M. p. coch. aur. s. quib. ʒj. Extr. d. carth. gr. vi. cum aq. beton. f. p. 27.
R. R. Chin. ʒiij. lig. sassafr. ʒiij. in aq. ʒ. 12. infusa dec. ad med. pro sudorif.

Resid. aff. aq. ʒ. 12. dec. ad conf. 3. part. pro potu.

Intra mensem feliciter & plenarie fuit restitutus, resolutis omnibus superfluitatibus serosis ac pituitosis, quæ velut repagulo soluto, per totius corporis venas in omnes articulos irreperant, se insinuantes. Mihi valedicenti, ob fidelem locatam operam, magnas egit gratias, quod ipsius, præviâ benedictione divinâ, quasi Salvator, cum Dn. D. Horstius planè de ipsius valetudine recuperandâ desperarit. Casus ille à me prolixius deductus extat in meis consultationibus.

Bb 2

OBSER.

Utrum Thermarum usus in affectibus arthriticis & podagricis sit proficuum.

CUM sit gravis inter Medicos concertatio, utrum Therma in arthriticis & podagricis affectibus conveniant: etiam prostant exempla, quibus salutare, & in oppositum, quibus noxia & plane lethales: Ego adhibita ista distinctione statuerem, quod affectus illi contingant vel per defluxionem, vel per congestionem: si per hanc ex imbecillitate partium collecta materia articulis sit impacta, ex causa frigida, ad eam resolvendam ac discutiendam, & artus corroborandos, Therma videntur proficua: sin vero per illam, & ex causa calidam, perniciosam. Etenim cum materia potulenta cum cibis ingesta, ad chyli distributionem interviat, exin ab Hippocrate *ὄζυμα τῆς κοφῆς* vehiculum alimenti haud inscite dictum, serositas illa ad parandum chylo crassiori, qui alias per venas angustas transire non posset, commeatum dicata, ubi suo munere perfuncta, non amplius in venis remanere debet, quin separata a massa sanguinea, per venas emulgentes tracta ad Renes, & per ureteres ad vesicam delata, excernenda: sin vero cunctetur, & in venoso ac arterioso genere, subsistat, indies magis accumulata, vel sua sponte repagulo so-

luto, dimanet ac profluat, vel copia aut inimica qualitate irritata Natura, expellat eam ad extremos artus praecipitando. Exin humores illi ferrosi ac ichorosi turgescerent, in vasis internis, circa regionem Epatis, Lienis, aut mesenterii diu retenti, remoram obijciente vel obstructione, vel imbecilliore facta virtute attractrice Renum, tandem impetu quodam, velut aperta catarracta, ad extimas partes solent despumare. Qui ad hunc modum sunt dispositi, Therma haud carent periculo, duplici de causa, vel dum humores illi vitiosi attenuati & fluxiles redditi ad membra extrema amandantur, vel ab externa lotionem articulis adstrictis, defluxio humorum intercepta, se insinuare nequeat, quin retrocedat, & ad partem aliquam principem se recipiat. Id haud abs re exemplis illustrare. Refert Christophorus Guarinonius, Rudolphi II. Imper. Archiater, in suis consiliis, de Octavio Spinola Legato, cui Praga commoranti podagricis doloribus obnoxio dissuasit Thermas Carolinas, sed sprete sua sententia, alterius Medici consilio obsecundantem, in illas profectum, cura absolutam, brevi post humores vagabundos ad pulmones aman-

amandatos, peripneumoniam invenisse lethalem.

Et si afflatus Podagrici nostrâ in Urbe rariores, conitat tamen experientia, plerosque podagricos, qui in thermas ablegati, in multo deteriorum delapsos statim. Cum Dn. D. Hieronymus Schleicherus, Reip. Ulm. Advocatus, balneis Bollenibus usus, eò loci paroxysmus podagricus invasit, prius sat commoda alias sanitate gaudens, postea verò ita valerudinarius evasit, ut per aliquot annos domo egredi, haud licitum, cum magnâ querelâ causam rejiciens in lotiones illas.

Cum clariss. Dn. D. Horstius, Collega olim meus honorandus, nephriticis & podagricis doloribus infestatus, solatium & auxilium quaesivit in usu Thermarum Bollenium, postremâ vice balneis nostratibus Urbicis usurpatis, sed spe inani, quæ ipsi letifera, dum brevi post temporis intervallo, febre malignâ correptus, cum copioso sanguinis mictu tenuis & rubicundi, ex fervore ac commistione bilis acioris redditi & stimulantis Naturam ad excretionem, vel etiam ob imbecillitatem facultatis retentricis, suâ sponte profuissent. Tanta insuper aderat ~~involuntaria~~ & appetentiâ prostratio, ut etiam suavissima adversatus, ne aquam cordialem, ab aliis Medicis ordinatam admittens, solâ aquâ maluæ (quæ alias injucunda & aliis nauleam mo-

veret) gaudens, quæ unicum illius tum erat quasi refrigerium & oblectamentum.

Res mira, sapius magna Medicorum querela de suis ægris immoreris in assumendis iis remediis, quæ tamen odore & sapore non rarò valde adversa, si verò ipsi agrotare cæperint, respuunt ea, quæ alii ob suavitatem plenis buccis haurirent: & ita celebris ille Medicus in omnium alioqui rerum affluentia, omnibus præliis pharmaceuticis destitutus per os exhibendis (vix unum atque alterum clysmâ admisit) refragante ac reluctante Naturâ, tertiâ demum septimanâ, ergastulum corporeum, relinquere est coactus. Id ~~magis~~ inferere lectori haud ingratum fore existimo.

Cum Dn. Samuel Kiechelius, Civis primarius Ulm. opulentissim⁹ chronicis doloribus Podagricis molestatus, olim Thermis Bollenibus usus, postremò in ferinas profectus, domum redux, post dies paucos, omnium membrorum motu est privatus, in lecto decumbens miseram traduxit vitam. His adjungere placet, Dn. Jacobum Schielinum, Pharmacopæum Ulm. qui tam intensis arthriticis cruciatibus exagitarus, ut vociferationibus ad commiserationem commoveret audientes, à nullo medio majus percipiens levamen, quam si filamenta in lixivio decocta & expressa, fervidè applicita:

Bb 3

tan-

tandem re velut desperatâ, ad thermas ferinas & Bollenfes, per mutatis vicibus, refugium habuit, sed oleum & operam perdidit,

Ex tot illustribus exemplis reluctet, Podagræ curam non consistere in externis præsiidiis, partes recipientes corroborando & exiccâdo: quin potius ratio habenda viscerum concoctioni inservientium, & membro-

rum mittentium, quorum culpâ humores vitiosi geniti, per vias convenientes non excernuntur, sed diutius retenti, dum in valis coacervati, instar fluminis alveum excedentis, exitum querentes, redundare & quaquaversum se exonerare solent. Caute igitur ac circumspectè agendum, si Podagricis consulendum.

De Ischiade.

OBSERVAT. I.

Ingens dextræ coxæ dolor implacabilis ex causâ calidâ pronatus.

CUM Dn. D. Johann. Sculterus, Collega honorandus, sævo & pœnè immedicabili dolore Ischiadico coxæ dextræ infestatus, varia etiam validissima purgantia assumpta, vesicatoria admota, opiata exhibita, vena in talo aperta, localia adhibita, clysmata injecta, omnia irrita, rarus cruciatum illum concitatum, à causâ frigidâ & crassis phlegmaticis humoribus: sed cum ego pro consilio accersitus, observans excreta admodum biliosa, & in abdomine advertens dolorem pulsatilem & φλόγῳσι, curandi rationem invertens, cum ille antea usus valdè calidis assumptis & admotis, ego è diametro oppositâ methodo & medicamentis, ad refrigerantia me con-

tuli, & acidularum potum consului, ilicò assensum dedit, & magnâ felicitate cura processit, ut intra biduum φλόγῳσι illa recesserit, etsi dolor non totaliter remiserit. Cum autem observarem dolorem vagabundum, modò in regione mesenterii angustiam causare, modò à coxâ in crus descendere, ratus, id mali prodire à copioso crasso & fervido sanguine, qui quærens exitum & non inveniens, tantam pariat molestiam, proin suasi (eò magis, cum intellexerim ipsum aliàs fluxui hæmorrhoidali fuisse obnoxium) applicationem Hirudinum, obsequium præstitum, quinque Hirudines venis hæmorrhoidal. admotæ, quæ cum sanguine farctæ, in pelvim orichalceam

con-

conjecta, insperfo sale & cinere, ad ꝑ. 6. sanguinis dimiserunt, cum exspuentes: deprehensus sanguis rubeus & admodum crassus, omnis feri expers. Exin ingens ille cruciatus aliis invictus, evanuit & monitorium reliquit, quantum momenti conferat ad prosperam medelam exacta morborum & causarum cognitio.

Mihi percontanti, utrum nulla aq. cordialis ad manum, pro avertenda lipothymia, respondit: quan-

dam a duobus Medicis esse praescriptam, sed sibi adversam, ut assumere nequeat. Ego hanc ordinavi:

ꝙ Aq. bor. Ros. a. ꝑ. cinnam. ꝑ. ol. cinnam, gut. 4. man. Ch. perl. ꝑ. M.

Eam, cum sequenti matutina ipsum vilitassem, valde laudavit, nisi ea praesens, sibi ex ingruente, ea nocte, lipothymia, perne pereundum. An non felicitatis & artis ordinare aquam cordialem aegris acceptam: το ἄδυμα pauci observant.

OBSERVAT. II

*De Chronicâ Ischiade ex fervido sanguine causatâ,
calidis exasperatâ.*

CUM Dn. Abrahamus **Surtenbach** / ex Almangoia, familiam suam Ulmam transtulisset, Filia Virgo 22. ann. chronico ultra annum durante dolore coxendico infestata, ne plumas tolerante, ut in lecto cubare nequirit, quin in sella sedere saepius per totam noctem sit coacta.

Aliorum Medicorum haud vulgarium opera irrita, usâ Baln. dec. herb. cal. ultra duas septimanas, at sine ullo levamine. Cum ego pro consilio compellatus.

ꝙ. R. Enul. fenic. petros. an. ꝑ. herb. meliss. hyss. anth. card. b. salv. adiant. utr. a. p. i. liquir. ꝑ. fol. sen. f. l. ꝑ. agar. tro. ꝑ. Jalap. ꝑ. Rhab. El. turb. al. gumm. a. ꝑ. crem.

tart. ꝑ. cinnam. ꝑ. gal. ꝑ. sac. pro Mens. hydromel.

Alternis diebus quart. ꝑ. Id cum fructu usurpatum, ut dolor remissior, cum autem non ex toto cederet, sed a coxâ incipiens per totum crus ad infimum pedem pertingeret, magno conatu materia exitum quaerente, conjeci, non tam a frigida intemperie (prout aliorum erat opinio) id mali concitatum, quin potius a copia sanguinis crassioris ac fervidioris, exire gestientis. Suasi apertionem venae pedis loco dolenti respondentis, circa minorem digitum. Ea referatâ cum admiratione sanguis magno impetu exiit in sublime evehctus, cum ejus portio in vasculo

sculo excepta, ubi coaluit, admodum crassus & rubicundus deprehensus, ne guttula feri mixta, ipsa etiam agra sanguinem fervidum, in effluxu percipiente. Dehinc dolor tam diurnus ac refractarius, quasi uno ictu, profligatus.

Hoc autem albo calculo est notandum, licet aliorum Medicorum consilio, etiam vena in pede secta,

sed circa talum, sine ullo commodo cum autem ego percontando cognovissem, dolorem exterius tendere, versus minorem digitum pedis ad sanguinem a loco affecto avertendum & emittendum, eo respiciendum sum arbitratus, ut praedicta vena incidere, & sane prospero successu.

OBSERVAT. III.

Filius cujusdam Senatoris Ulm. 20. ann. ingenti dolore ischiadico exagitatus, aliorum consilio unguentis frustra adhibitis, ego vocatus ordinavi.

℞. M. pil. ʒ. quibus aur. Aggregat. a. ʒj. cum aq. beton. f. p. 27.

Complures secessus habuit & dolor recessit.

OBSERVAT. IV.

Sevus dolor cruris dextri aliis invictus venae Ischiadicae circa minorem digitum pedis, sectione cessit.

Vidua Dn. M. Andreae **Herrens Schmidts** / Professoris Gymnasii Ulm. ingenti dolore cruris dextri a summo usque ad imum se extendente, ad digitum majorem pedis pertingente, ibi materia quasi erumpere annitente, ultra mensem durante, internis & externis, nihil proficientibus. D. Sculterus totum crus pelli ovinae recenter detractae cal. involvit & obligavit per horas 24. relinquens, fore, ut dolor conquiesceret, qui tamen intensior factus. Exitu Dn. D. Horstius etiam advocatus, cum malum tam contumax, qui proposuit.

℞. Aq. sal. ʒij. d. Hirund. cum cast. theriacal. cephal. a. ʒj. sp. lil. convall. ʒβ. M. ut lintea imb. cal. apl.

Sed ferre non potuit, quin dolor acerbior redditus. Oblatum laud. op. cum mag. gr. 4. conf. ros. ʒij. ante somnum, sed parum dormi vit.

Clystima. ℞. Herb. malv. alth. merc. beta 2. m. ʒ. sal. beton. anth. a. m. β. sem. anis. fanic. a. ʒij. lini. ʒβ. dec. in aq. ad consumpt. ʒ. part. In col. ʒx. diss. El. diacath. ʒj. d. carth. ʒβ. ol. chamo. amygd. a. ʒiβ. vit. i. o. sal. parum f. cl.

Cum omnia frustranea, tandem meo

taeo consilio, vena salvatella in pede affecto juxta minorem digitum aperta, & incantamenti instar dolor sopitus. Dn. D. Hortius erat mihi contrarius, opponens non esse trahendum ad locum affectum, cui respondi, opus esse avarione & evacuatione sanguinis à parte dolente, nec eò trahi, ut ibi subsistat, sed ut effluat, & ita operatus successus objecta solidè refutavit. Dolor ille levus & rebellis quasi convulsivus ab omnibus suam habuisse originem existimatus, à materiâ pituitosâ nervolo generi impacta & causâ frigidâ, proin calida ordinata. Sed eventus docuit, à fervidâ massâ languis

neâ produsse, dum vena aperta, sanguis tam calidus profluxit, ut ægra de magno ardore quæsta. Casus ille mihi revocavit in memoriam historiam cujusdam Nobil. femine in Styriâ, quæ intenso & clamore dextri pedis dolore exagitata, sibi alijs inconsultis, in majori digito pedis affecti venam incidi curavit, repente cum levamento. Cum autem ægra nostra sæpius in digito majori pedis dolorem tensivum quasi spasmodicum sentiret, oborta vesicula parva, eâ apertâ, aquâ viridi promanante, conquievit. Ergo etiam virulentia, aut acrimonia & vitriolica qualitas erat in culpâ.

De doloribus variarum partium,

OBSERVAT. I.

Ex casu,

Cum Laphemium evocatus ad Rever. & Nobiliss. Dn. Henricum de Welden/ Canonicum Augustanum, interea accidit, ut Dn. Mater ex lapsu circa coxam intenso dolore molestata in lecto decumberet, quidam Chirurgus inunxerat oleis, sed absque ullo levamine. Ego circa vesperam eò pertingens, causâ cognitâ, cum fortè ad manû haberem Empl. d. Melil. id linteo extensum applicare jussi. Cum diluculo surrexisset, conclave ingressus, per contan-

ti de successu, ipsa sereno ac subridente vultu mirificè extollebat illud Empl. dicens: Eâ se nocte sæpius ad suos ministrantes, ô quam hoc est Emplastrum nobile, ô quam nobilis Medicus. Eâ matutinâ sola surgere & in tabula nobiliscum prandere potuit, cum antea ne minimum se commovere quierit, omni dolore levata. Idem in alijs ex casu doctis, sæpius magno cum commodo admotum, cum chirurgorum olea & uaguenta frustrancâ.

C.

OBSER.

OBSERVAT. II.

UXor Dn. M. Petri Huberi dolore manus ex lapsu cum tabescentia.
 ℞. Ping. tassi. ʒj. vulp. ʒβ. ol. lauri.
 ʒvi. Juniper. ex graviss. ʒij. M.
 Brevi restituta.

Ex scarificatione profundâ.

OBSERVAT. I.



Um eadem femina immenso dolore circa scapulas per totum brachium dextrum decurrente, ex scarificatione profundiore causta, scalpellò aliùs im-
 pacto, molestata, aliis non juvantibus.
 ℞. Ol. lumbr. tetti. ʒβ. ping. taxi, vulp. a. ʒij. M.
 Inung. loca scarificata brachium autem inung. cal. aq. d. Hirund. cum cast.

OBSERVAT. II.

Ex defluxione.

Cum eadem illa femina ingenti dolore brachii dextri die noctuque exagitata, ab humero incipiente, per totum brachium se extendente cum tumore, nec id elevare possit, paucis diebus dolor sopitus & tumor resolutus.
 ℞. Empl. diacalcith. ʒj. d. melil. ʒβ. M.
 Linteo extend.

OBSERVAT. III.

Nobil. Virgo Anastasia Braun-
 faldin / Styrensis, dolore brachii dextri discruciatâ, Empl. d. G.
 Tacam. alutæ ext. apl. Eodem die liberata prout complures alii ex causâ non calidâ.

OBSERVAT. IV.

DN. M. Petrus Huberus, Eccles. Ulm. in summo templo intenso dolore lumborum à defluxione molestatus.
 ℞. Medull. panis albi macer. lact. vac. post trajici. per cribrum aneum, ad vit. ov. & cum but, rec, cum
 seq. ol.
 ℞. Ol. chama. aneth. lil. alb. a. ʒ2. lumbric. terr. ʒβ. M. de quibus adde q. β. pro una vice, cal. linteo ext. apl. Ilicò levamen sensit, & sepius celebravit, quoties ejus mentio incidit.

OBSER-

OBSERVAT. V.

Vidua **Cramerin** / 70. ann. dolore lumborum intenso.
 ♀. Ung. dialth. anodyn. an. ʒij.
 ping. cunic. ʒiʒ. ol. Scorp. ʒij. M.
 llicò dolor placatus.

OBSERVAT. VI.

IN dolore brachium & pedum plando, sæpius proficuum depræ-
 hendi sterc. vacc. rec. cum ol. Ros.
 compl. f. cat. cal. apl.

OBSERVAT. VII.

UXor Nob. Dn. Marci à **Laupheim** / Præfecti in **Weissenhorn** / gravida dolere in cruribus quasi convulsivo agitata,
 ♀. Ol. Hirund. cum cast. ʒj. aq. Ther. ceph. spir. lil. conval. a. ʒij. M. cal. inung.
 Egtegiè contulit.

OBSERVAT. VIII.

Fœmina **Ulm**, **Uxor Mercat.** immenso totius brachii dextri cruciatu à summo usque ad innum infestata cum ejulatione.
 ♀. Ol. lumbric. terr. ʒiʒ. ping. canis. hum. tassi. a. ʒij. M.
 Pro inunct. cal. confestim restituta.

OBSERVAT. IX.

Quidam Nobil. de **Welden** / à chronico brachii dextri dolore liberatus Empl. oxycroc. apl. multis aliis frustrancis.

OBSERVAT. X.

Cum duo Viri primates haud levi humerorum dolore diu infestati, nec ullis cederet remediis; tandem hoc usurpato, victas dedit manus, facta inunctione, smegmate dissoluto in aq. vitæ.

OBSERVAT. XI.

Quædam femina acerbo pedum dolore laborans, hoc mire profuit.
 ♀. Ung. alabastr. anodyn. a. ʒiʒ. ol. lumbric. ʒij. camph. gr. iij. M.

OBSERVAT. XII.

De Balsami Peruviani præstantia in doloribus à causa frigida concitatis, placandis.

IN omnibus doloribus nervo-
rum partium mitigandis & pro-
pullandis, à causa frigida pronatis &
à contusionibus concitatis, Balsa-
mus Peruvianus palmam habere vi-
detur, ob amicam & peculiarem fa-
cultatem nervos corroborandi &
materiam inhaerentem resolvendi.

Cum quædam Patricia ex sinistri
lateris paralyti sit acerbo dolore per
totam spinam dorsalem, in Genu,
& digitis Pedis sinistri, exagitata, us
quali motu spasmodico molestatis,
tribus vel quatuor inunctionibus
factis, immunis ab omni molestia
reddita. Exin cum essem vocatus ad
quendam mercatorem dolore Ischia

dico sat gravi decubentem, aliis
unguentis frustrans, memor illius
Balsami, locum affectum calidè in-
ungendum præcepi, magno cum so-
lamine.

Cum quædam Virgo in manu
dextra ex fuso punctim læsa, à Chir-
urgo vulnere curato, cum dolor it-
festaret, & oleorum ab illo ordina-
torem inunctio in cassum adhibita,
Balsamo illo illita, restituta. Cum &
ego ex contusione manus dextræ
molestiam sentirem, ultra mensera
durantem, vix trina inunctione ces-
sit, Experto credas, & pro tanta fide-
li admonitione gratias agas.

De Lue Gallica,

OBSERVAT. I.

De Cutis infectionibus.



Uxorem facinorosa tractas
Inensis, lue Gallicæ infe-
cta cum crustis & excre-
scentia in ano, à Chirur-
go per semestre tractata
& cura lig. Guajaci in cassam adhi-
bita, meo tandem consilio restituta.
℞. El. diacarth. conf. Ham. an. ʒss.
pul. sen. lax. ʒij. f. B.

Per intervalla
℞. M. p. hermod. aur. coch. ʒij.
cum aq. beton.
℞. M. p. aur. coch. d. fumar. ʒij.
diagr. præp. gr. ʒ. cum aq. fumar. ʒij.
℞. Lig. sancti. ʒx. cort. ʒj. sarl. pa-
ril. ʒiij. inf. in aq. lb. 12. dec. ad med.
Resid. alt. lb. 12. dec. ad consumpt. ʒj.
part. ad pass. ʒij. liquir. ʒij.

OBSERVAT. II.

Fœmina Inensis, lue venerea in-
quinata, pectore toto exulcerato
cum crustis sædis, obstructis men-

struis per sesquiannum, præviis pur-
gationibus.

℞. R. sars, paril. ʒiij. lig. sancti.
ʒij.

ʒij. chin. ʒij. inf. in aq. lb. x. dec. ad Restituta & fluxus menstruus re-
med. col. Resid. aff. aq. lb. xv. dec. ad vocatus.
consump. ʒ. part. col.

OBSERVAT. III.

Quidam Officialis Ulm. Gonorrhœa vi. ulonâ ac fœdâ, cum priapi exulceratione, & dolore ingenti, præsertim si urina reddenda, duorum Medicorum consiliis frustraneis, à me feliciter est restitutus.

℞. R. Enul. fœnic. pétrosf. Garyo. a. ʒij. abl. card. b. betôn. hysf. adiant. utr. a. m. B. fen. ʒx. agar. tro. Rhab. a.

ʒij. Jalap. ʒiib. crem. Tart. ʒij. pass. min. Jujub. & best. an. ʒiib. f. lac. pro menf. hydromel. dosis quart. B.

Impura materia mundificata, pro potu ordinatum decoctum per aliqu. sept. continuandum.

℞. Lig. sancti ʒij. liquir. ʒvi. pass. m. B. dec. in aq. pro potu quotidiano. Media laudata.

OBSERVAT. IV.

Cum olim à præcis Medicis, in domo Gallicâ, purgantia ex vegetabilium classe deprompta, felici successu usurpata, sed cum medicamentâ chymica invalescerent, quidam laudis ac gloriæ stimulis concitati, Incl. Senatui persuaserunt, eorum usum eò loci introducendum, prærendentes, cum à Galenicorum administratione, non raro recidivam experiri contigerit, se beneficio hermeticorum, luem Gallicam radicibus extirpaturos, ut omnis revertendi via præclusa, fides habita, & exauthoratis vegetabilibus, mineralia sunt substituta, ex Antimonio & Mercurio confata. Sed vana jactantia, eventus sæptus non respondit pollicitis, quin recidiva se præsentavit. Haud abs re quædam exempla referre. Quidam faber lignarius lue

venereâ contaminatus, in domo Gallicâ ultra annum decensus, & per chymicâ ^{ânu è xato} multoties ita evacuatus tantâ violentiâ, ut veritus, ne omnia viscera interanea unâ exterminarentur, morbo non remissione, sed intensiore reddito & gravioribus succedentibus symptomatibus, proin anno elapso se elam subduxit & aufugit, tolerabilius ratus, ergastulum corporeum circumferre, spurciæ illa inquinatum, quàm tam chronicam sustinere lanienam.

2. Quædam sexus fæminei ex lue Gallicâ collum habens exulceratum & fistulosum, intra tres quadrantes ahi, duas curas sudoriferas sustinuit, 70. insuper vicibus per Antimonio & mercurialia expurgata, magnâ violentiâ, nec tamen tum plenâ fuit restituta. Mihi tum ista & au-

ditu & visu cognoscenti erant admirationi, reperiri ullam Naturam humanam tam robustam, ut tantam torturam tam diu tolerare queat. Exin patescit, chymica æquè ac vegetabilia, præsertim si lues radicata, non semper morbo Gallico debellando, esse sufficientia, & si opus, in promptu (id jam lippis & tonforibus notum) commemorare multa exempla eorum, in quibus cura inconstans, quin non unâ vice, in uno eodemque subjecto, recidiva secuta, ut nullam etiam prærogativam habere videantur, quo minus virus gallicum revirescat, quin relictâ mi-

nimâ uliginis portiunculâ, sensim latius serpat, & recidivæ occasionem præbeat, Exin Hieron. Mercurialis toti Europæ cognitus Medicus, asseverare non dubitat, lucem Gallicam dare inducias, non pacem stabilem, cum sapius multorum annorum decursu, demum restitescat. Exin sponsores illi jactabundi jure meritoque falsitatis coarguendi & ipsa *in re* convincendi. Eâ de causâ defunctis illis authoribus, & ob violentam Hermeticorum operationem, Chymicis eliminatis, vegetabilia denuò in usum sunt revocata.

De Scabie.

OBSERVAT. I.



Uidam Officialis Jheriffen/psora perversa chronica, scabie sicca crustosa totum corpus occupante, laborans, suspectus de infectione leprosa, ideoque Ulmam ad explorandum ablegatus, inspectioni subjectus etsi dignus visus, ut à consortio humano separatus, in leprosorium amandaretur, cum autem percontarer, utrum aliquam tentare curam velit & sumptus impendere, affirmavit, obtestando ad quidvis expediendum se benevolum: rescripsi ipsius Generosis, ut præviis purgationibus massâ sanguinea à salis,

deustis & corruptis humoribus depurata, & venæsectione administrata ad eventilandum, post in acidulas Iberkingenses ablegaretur, eas per dies 14. potando, deinde per tres septimanas balneando: siquidem ista cura ex voto non succederet, tum ipsum sine ulla tergiversatione, in leprosorium fore relegandum.

Seq. à me sunt præscripta:

℞. Conf. Ham. ʒiib. El. ros. mes. ʒiib. syr. ros. sol. dialer. a. ʒiib. dec. fl. & fr. cum sol. sen. ʒiib. f. p.

Venæsectio Epatica. Ad ulteriorem mundificationem sanguinis,

℞. R. cich. enul. Garyo. a. ʒij. herb. abs.

abf. rom. card. b. cent. min. hyll. cuc. tulisse referebat, & tandem accedat. ur. a. p. i. fol. sen. fl. 3x. agar. dente usu acidul. predicto modo, tro. Jalap. a. ʒiij. Rhab. ʒiij. dact. se- plenarie fuit restitutus, ultra 4. jam best. a. ʒb. gal. ʒj. f. sac. pro mens. vini. annos nulla recidiva. quart. b. provice. Sibi optime con-

OBSERVAT. II

*Cucurbitularum cum scarificatione usus in scabie**proficuum.*

Quantoperè exorbitent Medici Itali & Galli, non tantum in Venæsectione, sed & in cucurbitularum per scarificationem applicatione, copiosum sanguinem emittendo, uno atque altero notabili exemplo libet manifestare. Cum quidam Patricius Ulm. Genævæ linguæ Gallicæ addiscendæ causâ commoratus, Scabie infectus, consilio Medicorum unâ vicè 18. cucurbitulæ, in diversis corporis extremis partibus affixæ.

adhuc cæcibus, Venetiis Mercurio addictus, Scabie inquinatus, Medicorum suâsu, ipsi 24. cucurbitulæ admotæ, auritus ego sum testis, ex ejus ore percipiens, & ambo felici successu, à spurcicie illâ immunes redditi.

Et si curæ illæ ad nütum ac votum, non mirus si quispiam Medicus consimiliter medendi processum apud nos instituere attentaret, morbo Bellorephontæo agitari judicaretur, nec ullum obsequium sperandum.

Cum Dn. Marcus Müllerus Ulm.

OBSERVAT. III.

*Curæ ex lignis sudorifera scabiosis quàm sint**noxie.*

Quidam Studiosus Ulm. totius Scabie siccâ infectatus, cum & corporis constitutio calidior obtigisset, in nosodochio gallico curæ subiectus, cui Medicus tum illic ordinarius talia præscripsit remedia.

4. aq. dec. ad med. pro haustu sudor. Resid. aff. aq. lb. 4. dec. ad med. pro potu.

Cum ista cura voto non responderet, ad validiora saltum fecit.

ʒ. R. chin, f. i. paril. a. ʒvi. lig. fallâfr. R. rhod, cich. scurzon. a. ʒj. Infund.

Primo: ʒ. R. chin, ʒiij. Inf. lb.

Infund. in aq. lb. 12. dec. ad consump.
3. part.

Ab ista infausta & insipiente curâ,
miser ille æger in toto corpore adeo
inflammatus, ut à curâ desistendum,
& acerbam traducere vitam sit co-
actus. O quam infortunati ægri, qui-
bus contingit incidere in manus Me-
dicorum, tam inconsideratè procedentium. Si in decocto Chinæ justa
proportio ad aquam observata, su-
mendo ℥j. vel ℥iib. aq. lb. 12. fortas-
sis curâ innoxia: cum Hercules Sa-
xonia insignis prædicitus Patavinus
referat, in lue Gallicâ curandâ, sibi
experimento cognitum, si R. chinæ
ultra ℥ij. infund. in aq. lb. 12. dec. ad
consump. 3. part. magnam *pur-*
purius internam concitavit. Sed
Medicus prædictus accepit R. chin.
℥iib. & aq. lb. 4. tantum decoq. ad
med. Cùm nihil proficeret, ascen-
dit ad duplo fortius & calidius de-
coctum.

Casus ille ab improvidentiâ cau-
satus, Medicis præsertim junioribus
albo calculo est notandus pro cau-
tela, & incitamento, ad circumspe-
ctius agendum.

Quin in aliis etiam psoricis & le-
prâ Græcorum defædatis, tam in-
faustum curæ eveniunt observare

contigit, licet non tantus calidiorum
excessus commissus, haud abs re, vel
unicum adhuc casum memorabilem
annectere.

Cum antè complures annos præ-
fectus carceris Ulm. psorâ perversâ
ad lepram Græcorum inclinante, in-
quinatus, inspectioni subiectus, in
leprosorium relegatus, aliquandiu
ibi detentus, ex gratiâ Incl. Senatus
in domum Gallicam ad medican-
dum est translatus, ibi per medica-
menta chymica sæpius evacuatus,
succedente decocto lig. Sancti cum
sarl. paril. in haustu sudorifero etiam
antimonio diaphoretico mixto, ad
copiosius sudoris elicium. Sed qua-
lis exin fructus? Non modo nihil le-
vaminis subsequutum, quin malum
triplo deterius redditum, magno in
totius corporis cute ardore & rubo-
re concitato, ut cancro elixo similis
appareret, idcirco denuo in leproso-
rium amandatus, & ibidem post tri-
mestrem moram, è vivis est subla-
tus. Cum affectus illi ex calidâ &
siccâ Epatis *durogeje* proveniant,
quid miri, si ex calidiorum admini-
stratione magis effervescant, succe-
dente majori atrabiliorum humo-
rum deustione. O felicem, quem
aliena damna reddunt cautiorem.

OBSERVAT. IV.

PRO Nob. Juvene Truccesio Alfa-
to scabioso.

℞. Tereb. lot. ʒj. ros. ℥2. but. rec,

℥j. suc. limon. ʒx. ol. ros. ℥j. vit. i. o.
sulph. vivi. ʒij. lith. ʒiij. incorp. instar
nutriti,

OBSER-

OBSERVAT. V.

IN Scabie sicca & serpig, plurimum
confert, ℞. Ung. al. camphor. ʒʒ. ol. Tart.
ʒʒ. vel plus.

OBSERVAT. VI.

IN Scabie sicca cum pruritu Viri
Senatoris Ulm. etiam balneis fru- ℞. Ung. d. lith. ʒiij. d. plumbo.
straneis, Scarif. cum cucurb. apl. ʒij. M.
Etiam aliis contulit.

OBSERVAT. VII.

UXor Civis Ulm. feda Scabie sic- ℞. Ung. al. camph. ʒij. Mer. dulc.
ca in facie rest, ʒʒ. vel plus M. in mort. marmor.

OBSERVAT. VIII.

De Serpigne humidâ longè lateque grassante.

Quædam Virgò plebeia 24. an- in cassum adhibitis, sequenti un-
norum corpulenta, diu serpigne guento, præviâ corporis convenien-
humidâ & fluidâ infestata, sub alâ ti purgatione, est liberata.
dextrâ incipiente, & sat amplum ℞. Ung. d. litharg. diapomphol.
spacium pectoris occupante, ichore a. ʒij. ol. Tart. ʒiij. M.
seroso ac pruriginoso stillante, aliis Egregiè contulit.

OBSERVAT. IX.

Cum quidam Secretarius totius D. Minder. ʒiij. ung. d. Litharg. ʒij.
Scabie sicca molestatus, in acidu- ol. Tart. ʒʒ. M.
las Gøppingenses profectus, bal- Egregiè contulit. Id in psoricis
neando & potando, menstrui spa- affectibus, præsertim si calidior &
cio, nihil profecisset, consilii causa sicca dyscrasia præsens, & pruritus
me accessit, cui ordinavi. molestus, multis aliis, ob singularem
℞. Ung. contra Scabiem puero- *visyvan*, præferendum & tutissimum
rum Augustan. ʒʒ. vng. de liquirit. judico.

OBSERVAT. X.

Pro Scabie in facie. ℞. Ung. diapomph. ʒij. d. plumbo. ʒj. Mer. dulc. ʒj.
M. vel ʒʒ.

Dd

OBSER-

OBSERVAT. XI.

PRO facie fædâ Viri Ulm.

℞. Ung. d. plumbo. ℥vi. albi
camph. d. lith. a. ℥iij. M.

Prius affump.

℞. Pil. d. fum. ℥ij. coch. aggr. a. ℥j.
diagr. præp. gr. 3. cum aq. fumar. 27.

OBSERVAT. XII.

PRO capite crustoso.
marmor,

℞. Ung. pomad. ℥ij. Mer. dulc. ℥ß. M. in mort.

OBSERVAT. XIII.

PRO Illustri puella facie fædâ, la-
cæâ crusta, admitigandam acri-
moniam & fervorem.℞. Ung. Rol. ℥ß. intrig. Gal. ℥ij.
muc. sem. cyd. ex aq. plant. ℥j. M.

OBSERVAT. XIV.

UXOR Civis Ulm. primarii & per
aliquot annos caput tineotum
fædis crustis obductum habens tan-
dem meo obsequens consilio, fuit
restituta, jam ultra 20. annos salva.
Prius corpore depurato à sâlsis hu-
mor.℞. M. p. s. quib. ℥iß. aur. coch. a.
℥j. Ex. cath. ℥iß. cum aq. beton. 27.Post: ℞. R. pol. q. ℥iij. fænic. pe-
trof. eryng. an. ℥ij. herb. beton. abf.hyss. anth. citrar. chamæd. a. p. i. fol.
sen. f. f. ℥j. agar. tro. ℥iij. Rhab. ℥ij.
turb. al. ℥iß. gal. ℥ij. f. sac. pro mens.
hydromel. ad cristal. tart. ℥iß.

Cura sudoris.

℞. Rad. sarf. paril. ℥iij. lig. f. ℥2.
Chin. ℥ß. aff. aq. ℥b. 12. inf. h. 24. dec.
ad med. f. h. sudor. Resid. aff. aq. ℥b.
12. dec. ad consump. 3. part. in fine ad
pass. min. mund. ℥2. liquir. ℥iij.

OBSERVAT. XV.

*De fœminâ capite Tineâ siccâ totaliter obductâ, cum
totius corporis Scabie.*QUÆdam fœmina pagana subdita
Fuggeriana, cum Tineâ siccâ
crustosâ totum caput obductum
cum capillorum totali defluvio, in-
super universali totius corporis Sca-
bie siccâ conspurcata, ob tam fædum
& abominandum contuitum, proleprosa habita, exin Ulmam ablega-
ta ad explorandum, inspectione per-
actâ, talis censura Dn. Præf. cto erat
transmissa. Illam ob tam terribilium
aspectum & malum contagiosum, in
contubernio sanorum haud toleran-
dam, eò magis cum sit muliercula
pauper-

paupercula, omnibus praesidiis destituta, si sumptus suppetere, ad suscipiendam convenientem curam, faciendum periculum, si ea frustra, tum est consortio humano exterminandam, & in leprosorium amandandam. Accepto & perlecto meo rescripto, illa denuo cum literis Praefecti ad me venit, quibus meum requisitum consilium ad ordinanda remedia proficua.

Primo ad corpus a spurcicie humorum serosorum ac corruptorum ac deustorum depurandum praescripta potio lax.

℞. Confect. Hamech ꝑv. syr. ros. sol. diafer. an. ꝑvi. dec. fl. & fr. cum sol. sen. ꝑiib. f. p.

Post pro Timeâ crustosâ totum caput obsidente abigendâ.

℞. Lapatii acuti cum toto fumar.

malv. a. m. i. fabarum excort. m. ℞. fursurum. m. i. decoq. in lix.

Quo per aliquot matutinas caput clotum dehinc, seq. unguento illitum.

℞. Tereb. aq. ros. lot. ꝑx. ung. ros. ꝑiib. M.

Elapso octiduo, ad me rediens, mihi ostendit caput denudatum, id totum purû apparuit, ne minimum residui, de Timeâ. Tam subitus & insperatus remediorum illorum effectus erat mihi admirationi, eò magis cum ægra referret, odorem unguenti penetrantis, se perquam diu, in ipso ore sensisse. Exin ad Scabiem arcendam, in Acidulas Goppingenses profecta potando & lavando perrexit, cum per mensem illic morata, ad me reversa, se spectandam praesentavit, ab omni immunditie & sorditie immunis apparuit.

OBSERVAT. XIV.

Questio decisa, utrum carnis ovinae, esus si oves scabie infecta, innoxius,

Questio & controversa inter Latinos & alutarios orta, utrum carnis ovinae esus, si oves Scabie infectae, homini sit innoxius, illis affirmantibus, his autem negantibus, ita fuit decisa, rejectâ illorum opinione velut erroneâ, horum autem assertionem tanquam rationi consentaneâ comprobata. Etenim si pellis

Scabie inquinata, caro itidem impura est aestimanda, cum fons & causa effectrix massae sanguineae statuenda, ipsum Epar, si id rectè dispositum, ac temperatum, sanguinem probum ac laudabilem solet progenerare, sin verò devertat ad ullam intemperiem, praesertim calidiorem & sicciorem, vel pravâ sit infectum

D d 1

quali-

qualitate, exin vitiosi ac corrupti humores pullulare in proclivi est, quos Natura cum ad nutritionem inepti sequestrare & à massa sanguinea separare consuevit, eos per venas velut tubulos, à centro ad circumferentiam, propellens. Cum igitur ovis scabiola, facilis conjectura, sanguinem in venis insimul pravis humoribus inquinatum, qui ex venis capillaribus extillantes, se in carnem & cutim insinuantes scabiem concitant, cum regulæ illæ philosophicæ perquam verè: qualis causa, tale causatum: qualis materia, tale materiatum: quale alimentum, tale alimentatum: exin à pravo sanguine, caro haud proba provenire potest & consequenter talis caro insalubris, varia morborum genera causare solet. Et si quoad externam speciem, scabies in exteriori cute, tantum hæere exi-

stimari queat, sed rationi consonum, cum vitiosi humores in venis collecti & coacervati, dum Natura copiam & malam qualitate irritata eos propulsat, & ad extimam cutim deponit, cum pelle, ipsam etiam carnem contaminatam. Id quod ipsa quoque *avrovia* ostendit, dum alutarii, excoriantes oves scabiosas, carnem admodum tumidam & ichorosam, serosis humoribus inquinatam deprehenderunt, corruptelam indicantem.

Et si verò interdum contingat, ut oves per causam externam & contagium inficiantur, non diu autem scabies in solâ cute hæret ac subsistit, sed ulterius grassatur & interius serpit, ut sensim ac pedetentim, ipsa etiam massa sanguinea, labem concipiat.

De Tumoribus, OBSERVAT. I.

Genæ dextra ex calidâ defluxione resolutus.



Um Uxor Dn. Johan. Clausii, mercat. Ulm. ingenti dolore capitis & immenso tumore Genæ dextræ, à calidâ defluxione molestata adeo ut ægrè jusculum deglutire potis, aliorum conjectura, & etiam mea censura,

videbatur adesse apostema seu abscessus, cum malum jam durasset per octiduum, in vigore ac summo statu consistens, ut ob doloris vehementiam, vix amplius tolerandum, tum demum me accersiri curavit. Ad demulcendum dolorem capitis, totum pericranium inunctum ung. Alabastr.

bastr. & linteum dupl. eo illitum fronti & temporibus apl. cum luculento levamine. Tumori foris ad-moveri iussi catapl. ex farina panis albi, **Wecken** dicti, cum lacte in cacabo orichalceo ad formam pul-tis redactum, ad vit. ovi & i. vel 2. cochl. de seq. ol.

℞. Ol. chamo. ros. compl. an. ℥j. amyg. d. ℥vi. lumb. ter. ℥ss. M. cal. apl.

In ore continuendum de istâ mix-

trâ: ℞. Aq. scab. plant. a. ℥ss. syr. Ju-jub. pap. errat. a. ℥iij. M.

Pro calore & dolore mitigando.

Cum vesperi illud catapl. linteo dense inductum & toti tumori cal. admorum, eâ statim nocte optimè dormivit (cum antea anxia & que-rula, ne gravior nox & *dyperis* secu-tura) dolor & tumor, non sine ad-miratione recessit, nec ad maturatio-nem venit, cum inopinato ac subita-neo levamento.

OBSERVAT. II.

*Genæ sinistra inflammatio ex sanguineâ defluxione,
in abscessum versa.*

Uxor Rever. & celebrat. Dni. D. Cunradi Theodorici, Superint.

Ulm. malæ sinistrae inflammatione, ex sanguineâ defluxione causata, molestata, ingenti tumore, ut pœnè nihil deglutire, nec loqui possiet, Ex-terius apl. catapl. ex medul. panis al.

Wecken diss. in lact. redig. ad for-mâ pulvis ad vit. 2. ov. ol. ros. compl. ℥j. viol. chamo. lumbric. ter. a. ℥ij. M. Rupto apostemate magna copia pu-

ris ad dimidiam mensuram, per os profluxit. Pro abstersione & con-solidatione.

℞. Aq. prunell. plant. scab. a. ℥2. mell. ros. ℥j. diamor. ℥vi. M.

Pro Garg. cal. usurpando. Post sumendum:

℞. Diamor. & mell. ros. a. M.

Brevi curata. Noluit uti operâ Chirurgi, verita sinistrum medendi processum.

OBSERVAT. III.

Grandis tumor Genæ dextra in abscessum desinens.

Filia Dni. Danielis Marii, Praefecti Aedilitii Ulm. immenso duro tu-more Genæ dextræ, adeò, ut tam grandem se non vidisset Chirurgus

Hospitalis Ulm. ipse factus, ex de-fluxione serosorum humorum.

Primo ordinavi catapl.

℞. Herb. malv. alth. viol. a. m. 2.

Dd 3

fl. cha-

fl. chamo. m. i. dec. pist. & cribell. ad. far. tritic. q. β. ad. ig. f. empl. sol. ad. but. rec. ʒ. 2. ping. porci rec. ʒ. β. vit. 2. o. ol. amyg. d. ʒ. j. f. cat. linteo ext. cal. apl.

Intra unius diei spacium, cum omnium admiratione, tumor fuit resolutus, relicto tantum nodo parvo in sine Genæ, cui apl.

℞. Diach. f. ʒ. j. diach. cum Gum. ʒvi. de melil. ʒ. β. M.

Ad maturationem venit eo abscessu rupto. Chirurgo negocium erat commissum, à quo per 7. septimanas tractatus curari non potuit, cum oblongas turundas unguento illitas, neglecto meo consilio de relinquendis, intersisset, & ita impedimento, ne carnis materia pullulare & consolidatio fieri posset. Tandem iis dimotis, solo priore Empl. apl. intra dies paucos coaluit,

OBSERVAT. IV.

Mammilla dextra dolore & tumore insigni ex deflexione calidâ.

UXOR Dn. Episcopi mercat. Ulm. ingenti dolore Mammillæ dextræ infestata ex affluxu humorum calidorum, ut cum lachrymarum imbre obtestata mitigationem.

℞. Fol. malv. viol. a. m. i. chamo. m. β. dec. pist. & cribell. infund. medul. panis al. *Wecfen* / lb. i. ad ig. f. empl. sol. ad. ol. ros. compl. ʒ. 2. ol. chamo. but. rec. a. ʒ. β. vit. 2. o. f. cat.

Dolor sopitus & inflammatio defuit in abscessum abiens eo aperto, mundif.

℞. Tereb. claræ. ʒ. j. mel. ros. col. ʒ. β. fer. hord. tritic. a. ʒ. β. M. cum faldellis immissum.

Cum restaret durities circa papillam instar semiscirchi.

℞. Empl. diach. magni, d. Melil. a. ʒ. β. M. & resoluta.

OBSERVAT. V.

Tumor in lumbis magnus in abscessum versus.

QUÆDAM femina Ulm. in lumbis magno tumore exorto, & dolore laborans, à Chirurgo ita tractata, applicato empl. ex G. ammon. exin multò intensior dolor concitatus cum magnâ ægræ querelâ, tum ego in subsidium advocatus.

℞. R. alch. lil. alb. a. ʒ. iij. malv. m. i. caric. ping. v. dec. pist. & crib. ad. far. tritic. m. i. sem. lini. fenugr. a. ʒ. j. ping. porci non sal. ʒ. iij. but. rec. ʒ. j. vit. 2. o. f. cat.

Primo apl. Empl. diach. f. desuper illud catapl. linteo inductum appon. Sine

Sine dolore ad maturationem, tunc vituperio. Exin apparet, quam invertit, cum mei nominis encomio, consideratè sapius procedant etiam Chirurghi autem aliàs haud imperi- majoris famæ Chirurghi.

OBSERVAT. VI.

*Tumor ingens Erysipelaceus totius dextri cruris
resolutus.*

UXor Dn. Martini Neubrunneri, Civis Ulm. primarii, tumore Erysipelatoso immenso totius dextri cruris à summo ad imum, cum insigni inflammatione & rubedine, ut metus de gangrænâ, & spectanti metum incuteret, & me ambignum redderet, quibus mediis succurrendum: felici utriusque Fato, bono Genio aspirante, à me ordinatum lac virginum secundum descript. August. dispensat. ex alum. lith. & aceto, linteis imbutis & expressis cal. apl. cum admiratione brevî calor extinctus cum resolutione tumoris & rubedinis.

OBSERVAT. VII.

*Tumor Erysipelaceus cruris dextri in abscessum
mutatus.*

Filius Civis Ulm. primarii Erysipelate cruris dextri tentatus ex affluxu sanguinis ichorosi, in abscessum terminata valde profundum.
℞. Fol. mal. alth. a. m. 2. R. alth. ʒj. fl. chamom. m. β. dec. pist. & crib. ad far. tritic. q. β. ad consist. sol. ad ping. porc. ʒiβ. but. rec. ʒij. ol. amyg. d. ʒj. vit. 2. o. f. cat. prius apl. Empl. diach. f. desup. car. appon.
Maturo & aperto abscessu, quidam Chirurgus usus unguento fusco, interdum admisso unguento Ægypt. majoris absterfionis causâ, cum turundis insertis. Cum & varia Empl. exterius admota, nec in crure locus exulceratus coalesceret, obstante sordidâ ac purulentâ materiâ: à me ordinatum Empl. divinum secundum descr. dispensat. August. Primâ statim applicatione, adhæsit copiosa sordities absterfa & caro purior apparere cæpit: postea apl. Emplast. d. Gratia Dei Augustan. Intra paucos dies coaluit, cum Chirurghi opera tamdiu infructuosa.

OBSER-

Tumor sat magnus rubeus manus dextra cum immenso dolore resolutus.

Nobil. Eques Austriacus sat magno tumore rubeo cum ingenti dolore manus dextrae afflictus.

℞. Sterc. vac. nig. rec. q. β. cum ol. Ros. compl. f. cat. cal. apl.

Ea nocte calor & dolor mitigatus. Pro residuo tumore:

℞. Cer. diapal. ℥ij. empl. d. Melil. ℥β. ext. linteo apl.

Intra biduum evanuit,

Pro potu: ℞. Sem. cor. præp. ℥ij. liquir. ℥iβ. pass. m. β. dec. in Mens. iβ. aq. in fine ad cinnam. ℥ij. est jucundill. ℥. Syr. Rib. ℥ij. berb. ℥ij. d. rubo Idæo. ℥vi. M.

OBSERVAT. IX.

Tumor Scroti aquosus resolutus.

Filio sexenni Viri primarii Ulm. Scrotum à dysenteria, valde intumuit & adeo inflatū & pellucidum, forma grandioris pilæ, ut aqua conspicua,

Inung. ol. chamo, cal, post apl.

℞. Empl. d. bac. lauri cum sterc. capr. ℥ij. d. Melil. ℥vi. M.

Et resolutus.

Pro potu, usus dec. sem. anis. fænic. carvi. R. petros. multum urinæ redditum,

OBSERVAT. X.

Manuum Tumor resolutus beneficio Nicotiana.

UXor Civis Ulm, plebei chronico utriusque manus sat grandi tumore infestata, ope medicâ frustraneâ, tandem pul. Nicotianæ per nares attracto, in integrum restituta. Exin relucet, intumescentiam illam originem traxisse, à serosis humori-

bus à capite depluentibus & in manus se insinuantibus: interdum recidivam passâ, reiterato illo pul. tumor denuò recessit. Pauci Medici, id primâ fronte possibile credidissent, sed Experientia multa monstrat, quæ Rationi repugnantia,

De Tumoribus duris.

OBSERVAT. I.



Uidam Scholaris Kauff-
beir. circa talum pedis dex-
tri habens tumorem du-
rum, instar natæ,

℞. Empl. diach. Gumm. ʒvi. simpl.
ʒß. M.
Apl. quoties dimotum madidum
quali rore conspersum, apparuit.

OBSERVAT. II.

Tumor Mammilla dextræ scirrhosus resolutus.

Civis Ulm. Mercat. Uxor Mam-
millæ dextræ tumore scirrhoso
chronico detenta, ut suspicionem
canceri præberet, aliis frustrancis,

etiam Empl. d. Ranis sine Mer. sed
hoc resolutus.
℞. Empl. diach. mag. d. Melil. ce-
ron. a. ʒj. G. amon. in ac. dis. ʒß. M.

OBSERVAT. III.

Tumor durus circa Guttur resolutus.

Uidam Præfectus Dn. Dn. Fug-
ger. tumore duro circa regio-
nem Gutturis molestatus, cui primo
ordinavi.

℞. Empl. diach. cum Gumm. ʒß.
d. Melil. ʒij. M.

Sine ullo levamine; at seq. intra
paucos dies fuit resolutus.
℞. Empl. diach. Gumm. ʒß. ce-
ronci. ʒij. M.
Idem contulit in tumore duriore
scroti.

OBSERVAT. IV.

In Genu resolutus.

Filius Dn. Joh. Jacobi Clausii, Se-
natoris Ulm. insigni tumore du-
ro in Genu dextro detentus varia
unguenta & Emplastra applicata si-
ne ullo fructu, cum genu contra-
ctum, ut pedem extendere & ingre-
di non posset, Parentes erant anxii
& mihi sollicitudinem ac metum in-
jecerunt, ut dubius quid agendum;

tandem aspirante caelesti Numine,
succurrit istud,

℞. Far. fab. hord. an. ʒij. fursur.
benè tritur. m. j. sterc. capr. tritur.
ʒiij. chama. melil. triti. a. m. ß. cum
lix. & sapa fiat. empl. sol. ad. ol. cha-
mo. aneth. a. ʒj. M.

Intra paucos dies yerendus ille
tumor est resolutus,

Ee

OBSER.

OBSERVAT. V.

Tumor Gutturis resolutus.

PUellus quadriennis tumore Gut-
turis laborans cum vocis raucedi-
ne. ℞. Pul. sen. Mech. al. a. ʒj. crem.
Tart. ʒʒ. f. p. cum hydromel.
Altera vice ad. diat. cum Rhab. ʒʒ.
℞. R. Ireos. gal. a. ʒiʒ. pul. satur.

herniar. a. ʒiʒ. piper longi, spic. nard.
Nuc. mus. cinnam. an. ʒij. myrrha.
ʒiʒ. alum. usti. ʒʒ. sacch. ros. tab. ad
pondus om. f. p. ʒij. cum vino. Et
restitutus.

OBSERVAT. VI.

Verruca lata instar calli in pericranio exarescens.

QUaedam Virgo in pericranio cir-
ca occipitium verrucam habens
indies magis & latius serpente, ut sat
amplum spacium occuparet, & dura

instar calli.
℞. Empl. diach. cum Gummi. ʒʒ.
oxycroc. ʒij. d. Melil. ʒj. M.
Brevi exaruit & decedit.

OBSERVAT. VII.

Verruca ablata per ligaturam.

QUaedam honesta Matrona gran-
diorem & oblongam habens
verrucam circa nates, ea constricta
filo serico, indies arctius contrahen-

do, dum decedit: ne autem repullu-
ret, ol. antim. penna intincta
tacta.

OBSERVAT. VIII.

Verruca in media lingua absumpta.

QUidam Scholaris ex Palatinatu,
Præfecti Filius in convictu Præ-
ceptoris Ulm. cum in mediâ lingua
duæ verrucæ molestantes, Chirur-
gus primò usus suâ aquâ ex tart. &

viridi æris, sine successu, post pro-
gressus factus ad ol. antim. cum nec
id proficuum, suâ ol. vitrioli & a-
verruncatæ.

OBSERVAT. IX.

Unguentum in verrucis expertum.

IN labio & aliis partibus si ha-
rcant.

℞. Ung. al. camph. ʒij. ol. Tart.
ʒj. vel ʒ4.

De

De Ulceribus.

OBSERVAT. I.

*Ulceratuberosa & sinuosa in capite favina
quomodo curata.*

Illa Virgo Fræceptoris
Classici Ulm. tria ulcera
tuberosa & sinuosa in peri-
cranio favina habuit, 4.
Medicorum & 2. Chirurgorum
consilia eò erant directa, ea curari
alia ratione non posse, n̄ cruciatim
rescindantur, quo omniū confluxus
pateret: Parentes comoti ac territi,
ne illa tantos cruciatu sustinere cogatur,
cujusdam suasu ad me etiam
deducta, ut meam explorarem sen-
tentiam. Obruli fidelem operam,
modò ipsi obsequium præstare ve-
lint, opus esse maturantibus, tubera
illa in pus convertenda, post matu-
rationem mundificanda, & consoli-
dationem Naturæ committendam.

Exterius ipsis tuberculis gran-
dioribus apertis, sed siccis, nullam
adhuc saniem fundentibus apl.

℞. Empl. diachyli ℥ʒʒ, diach. cum
Gumm. ʒvi. M.

Cum adesset calida intemperies,
inung. ung. Ros. Mes.

Interiorius cum turundis apl. ung.
℞. Tereb. cl. ʒj. mell. ros. col. ʒʒ.
fucci apii. ʒij. bull. parum, ad far. trit.
tic. hord. a. ʒiʒ. myrrh. ʒi. M.

Exin tubercula illa suppuratione
facta, purulentam emittebant mate-
riam, antea sicca existentia. Cum bi-
duo post illorum applicationem,
Chirurgus Hospitalis, qui manum
tantum accommodarat, ægram ad
me deduxisset, ad spectandum suc-
cessum, tuberculis ostensis, cum ap-
pareret pus laudabile & coctum al-
bum, tum ipse admirabundus per
Deum juravit, unguentum illud esse
præstantissimum.

Interdum si pus crassius & sordi-
dus, cum prædicto unguento, pa-
rum unguent. Egypt. mixtum, &
ita felici auspicio intra 7. septimanas
sospes evasit.

OBSERVAT. II.

*Frons exulcerata pœnè tota, carne ad os absumpta & restituta
Chirurgorum operâ annuâ frustraneâ.*

CUm Dn. M: Holland, Pastor No-
bil. Dn. Jodoci Jöbstlin / in
Styriâ superiori, meum desideraret

consilium, in chronico suo affectu,
mihî ostenderet denudatam fron-
tem, ultra medietatem, ad nasum us-

Et 2

que,

que, ab acribus corrodentibus humoribus exesam & absumptam, ut ossa conspicua. Ultra annum spacium Chirurgorum operam expertus est irritam, ego tum consului & proposui dec. sarsæ paril. sed istam curam, aliâs valdè proficuam, tum neglexit. Interea contigit, ut ingruente Religionis reformatione, ipse etiam exul Ulmam venerit (quo & ego vix per semestre prior concesseram) memorem mei consilii peruenit inobedienciâ, dum ob sædum & abominandum contuitum, omnes suos oculos averterent, & cum inter externos diversandum, erat impedimento, quo minus ad functionem Ecclesiasticam promovendus: idcirco demud me accessit rogans, de curâ suscipiendâ, debitum promittens obsequium. Quæ talis fuit:

R. R. sarsæ parill. ʒ. 4. lig. f. ʒij. inf. in aq. font. lb. 12. per h. 24. dec. ad med. col. ꝑ. o sudorif. ʒvi. manè & vesperi. Resid. aff. aq. lb. 12. dec. ad consump. 3. part. pro potu.

Exterius apl. Emp. d. Gratia Dei secundum dispens. Augustan. Intra mensē cum multorum admiratione plenariè fuit restitutus. Illud Empl. mirificam vim exeruit, quoties amotum, erat q. oblitum materiâ purulentâ.

OBSERVAT. III.

Ulcus sordidum in Indice manus dextræ.

FOemina plebeia habens in Indice manus dextræ ulcus sordidum, ultra mensē à Chirurgo tractata, indies malo in deterius vergente, ut metus impenderet de corruptelâ digiti, meum consilium expetenti, ordinavi ung. aureum cum faldellis imponendum, & exterius apl. empl. diach. s. cui semper copia materiæ purulentæ adhesit, & intra 10. dies restituta.

OBSERVAT. IV.

Ulcus in Inguine putridum sanatum, Chirurgi operâ irritâ.

PUer decennis Viduæ Ulm. filius, ulcere putrido maligno in Inguine laborans, usus opera Chirurgi aliâs haud imperiti, ultra semestre in vanum adhibitis remediis, etiam insperso pul. Mercurii præcip. tam contumaciter resistebat, tandem Mater illius me obtestata, filium visitarem & salutare consilium communicarem, accedo, inspicio, corpore prius erpurgato.

R. Tab.

℞. Tab. diat. cum Rhab. ʒij. f. p. ʒ. hydromel.
exh. cum hydromel.

Alternis diebus quart. ʒ.

Larga operatio secuta.

Ad putrilaginem removendam

Post: ℞. R. polyb. q. ʒij. cich. fe-
nic. Galyo. a. ʒij. herb. hyss. card. b.
abl. rom. beton. cent. min. adiant. utr.
cusc. a. p. i. fol. sen. f. ʒj. ag. tro Rhab.
a. ʒij. sem. anis. ʒj. f. lac. infund. Mens.

& mundif. usus ol. antimonii, pluri-
mum præstitit, eâ abstersâ, unguent.
mundificans supra in prima observ.
ex tereb. cum faldellis infertum, de-
super diach. f. apl. Brevi convaluit.

OBSERVAT. V.

*Sub alâ sinistra ingens ac profundus abscessus
feliciter curatus.*

Quidam Matronæ ex subitâ de-
fluxione sub ala sinistra ingens &
profundus abscessus emerit, eo dis-
rupto, magna copia materiæ albi-
cantis instar lactis promanavit. Ma-
ritus aliàs ipse medicinæ peritus, &
Alchymie deditus, accessit M. Kol-
bium tonforem domus Gallicæ, ca-
sum uxoris exposuit, id responsi de-
dit, intellecto, quod materia albi-
cans copiosa profueret, tales ab-
scessus esse malignos & contuma-
ces, si fl. 300. promitteret, ut intra
semestre sanaret, nihil certi se posse
polliceri. Re mecum communicatâ,
obtuli meam operam, modò pro-
spiceret de Chirurgo, qui applicaret
à me ordinanda. Præscriptum ung.
in superiori primâ observat. ex Te-
reb. consignatum, turundæ illitum,
inferendum, foris Empl. diach. f. ad-
moto. Intra 7. septimanas integri-
tati restituta.

Summa rerum in curandis ulceri-
bus & abscessibus, si per convenien-

tia abstergentia mundificentur, si
pura ac munda à sordibus, Natura
ipsa post carnem generare & conso-
lidare solet, obstaculo illo dimoto.
Illud etiam probè notandum, ne, si
Natura sanguinem, velut balsamum
generandæ carnis, producat, nimis
validè abstergentibus & exiccanti-
bus utamur, quæ massam illam san-
guineam, adhuc tenellam absumen-
do, remorantur, quò minus cavitas
ulceris repleti & coalescere queat,
& ita cura in multos menses protra-
henda. Id quod multoties vel impe-
ritiâ chirurgorum contingit, vel de
industria lucri causâ, factitare so-
lent. Complures à me brevi tempo-
ris curriculo restituti, qui à chirur-
gis per multas hebdomadas, imò
menses in cassum tractati, errorem
observavi consistere, in validè exic-
cantibus & remoram injicientibus,
dum Balsamum illum Naturæ ab-
sumunt.

Ec 3

De

De pediculis necandis & profligandis,

OBSERVAT.

Si in capite.

Quidam Nobil. Scholaris Styrus in convictu Ulm. totum caput habens pediculis confertum, aliis in cassum adhibitis, sequentibus à me ordinatis (ut & alii) unica nocte, à vermibus illis Syllanis, liber evasit,

Circa vesperam toto capite oblitro oleo spicæ, post vittâ aperto & per totam noctem relicta, mane autem abluto lixivio decoctionis spicæ seu lavendulæ, omnes mortui & profugi.

De Sphacelo affectis, quibus crura resecta.

OBSERVAT.

Nemo mortalium tam excelsi gradus, quin despiciatissimis ac vilissimis morbis sit obnoxius ac subiectus. Fridericus III. Imperator nimio melonum esu in morbum chronicum incidit, cui in alterutro crure, Sphacelus successit, id resectum intuitus, quæsi vit exstantibus, quid Cæsar differret à rustico, responsum ipse subjecit, Rusticum sanum, Cæsare aegroto, multo esse feliciorum. Liber annectere historiam ridiculam de quodam JC. cui alteruter pedum, ob præviã gangrænã ferrã

erat adeptus, & in hujus vicem alius ex arte tam aitrabre factus, ocreã opertus, trunco alligatus, ut sat commodè citra Scipionis adminiculum, incederet, nemine, nisi ejus rei gnaro, vitium animadvertente, cum ad fallendam ancillam nesciam, ut ocream detraheret, ei imperasset, solutis prius ligamentis, & illa manibus arrepto pede, sat validè traxisset, rata, esse genuinum, non factitium, isto in manibus relicto, perterrita & humi prostrata, in lipothymiam incidit gravissimã, ut pœnè exanimata.

De Maleficiatis,

OBSERVAT. I.

De casu Pueri novennis maleficiati admiratione digno.

Cum

Um Puer novennis, filius Civis Ulm, adversa pressus valetudine, haud levem in toto abdomine sustinens dolorem, aliquandiu morbus ille à causa naturali originem traxisse iudicatus, & media medicinalia adhibita, sed sine fructu, indies gravioribus succedentibus symptomatis, ut tandem ipse puer cum querimoniâ retulerit, sibi ab inquinâ paternarum ædium, quoddam esculentum oblatum, post vitrum aquâ plenum se exhaurire coactum, insuper illius manu in humero, collo & sinistro pede percussus, à cuius ictu, ilicò pès distortus apparuerit, insuper in toto inferiore ventre ingenti dolore concitato, eo quoque versum, sursum & deorsum, magnâ violentiâ agitato, haud secus, ac si fera viva vagabunda tantas turbas movere solita, cum magna spectantium admiratione & commiseratione. Sæpius illius ad astantes gravis querela, Satanam hæere in suo collo, linguâ & ventre inq, à quo tanta proveniant tormenta. Quisnam esset Satan interrogatus, respondit, malignum spiritum, ipsum diabolum. Multoties etiam contigit, ut ad interrogata respondere non concessum, linguam à demone quasi ligatam inhiberi, quo minus libera ad sermocinandum. Hisce circumstantiis ponderatis, indubia conjectura & censura, malum

illud neutiquam à causâ naturali profectum, sed à maleficio concitatum. Cum igitur ~~ad~~ illud à cacodæmone causatum, rationi consonum, media naturalia ad illius restitutionem haud multum fore proficua. Cum spirituales substantiæ à corporalibus & materialibus, parum affici, iudicentur, sed opus curâ magicâ. Hoc autem non obstante, experiri placuit, quædam media naturalia si cacodæmon eludens, (prout alias obversutiam, suo merito, titulum mille artificis assecutus) non cederet, & nobis à curâ desistendum. Cùm maleficium illius pueri, non tam in circumferentiâ corporis resideat, sed interiores partes occupet, in abdomine imprimis vim suam exerat, id hinc inde agitando, quasi animalcula quædam viva, (prout ab aliis maleficiatis ranarum & murium species excrete) ibidem delitescant, tantas molestias parientia, oportet prius quædam interna adhibere medicamenta, ex mineralium potius, quæ multo efficaciora & magis appropriata censenda, quam vegetabilium classe depromenda. Cum puer minorennis, primò facerem periculum cum Mercurio dulcificato, cum tartarovitriolato mixto, ad aliquot granis diagr. præp. & confer. Ros. formâ Boli. Si non sufficeret, ascenderem ad Mercurium vitæ (qui in omnibus malis à sagis illatis prærogativam habere, merito censetur) 3.4.

grana,

grana, si non in substantiâ exhibendo, saltem illius infusum in vino cum cinnamo, porrigendo, ad agrum salendum, qui alias in assumendis remediis, valdè refractarius. Quantam vim habeat Mercurius vitæ in eliminandis rebus non naturalibus, in corpore hærentibus, ex observat. Johan. Agricola Chymiatri præcellentis, patescit, qui Viennæ puerum 16. annorum, prætumido ventre, quasi hydropicus esset, ab aliis duobus Medicis primariis relictum, beneficio Mercurii dulcificati & vitæ in integrum restituit, pileo pleno, vario ossium majorum & minorum genere, per vomitum rejecto, postremo etiam succedente animalculo vivo hispido, colore fusco, Ranæ formam referente, quæ sanè à nullo vegetabili dimoveri aut propullari potuissent. Quin & Joh. Fabri Medicus, Gallus, in sua Pharmacia chymicâ refert, cuicdam feminae à sagâ, pomum venenatum exhibitum, exin in tabem cum dolore stomachi incidisse, in ventre sensisse motus varios, & animalium motus, multorum Medicorum opera frustranea, se consultum obtulisse, sal vitrioli cum aq. salviæ, subsecuto vomitu materiæ nigrae copiosæ, & rejectâ Ranâ nigra squamosâ; altero die eadem dosi iterata, vomitu reddito serpente squamoso, restitutam, ex illustribus illis & rarissimis exemplis relucet, quantum opis speran-

dum, in malis à maleficis, concitatis, per medicamenta, ex mineralium classe deprompta.

Præmissis illis universalibus, ad eam materiam, in quâ delitescit seminale quoddam principium, maleficis, exterminandam, tum me conferrem ad quædam specifica exteriori applicanda, & interiori exhibenda. Foris placeret ad moveri cataplasma ex stercore maleficiati in vesicam porcina injecto, & in camino suspensio ad suffumigandum juxta processum Joh. Agricola, in ejus Chirurgiâ parvâ, sed præferrem Emplastrum fatidum exteriori ad movendum & decoctum interiori sumendum quotidie duos haust⁹ accipiendo, quæ Adrianus à Wynsicht/describens, in omnibus morbis à maleficio causatis, summo operè decantat, & stupenda experimenta quasi cælitus demissa, nuncupare non dubitat.

Cum enim Emplastrum illud consistet ex assâ fatidâ, quæ quasi mephitum spirando, quovis stercore humano abominabilior, exin nostrate lingua nomen **Cuuffelsdreck** meruit, indubium, quin illi valdè sit adversum. Etsi nobis haud exactè cognita causæ, ob quas demones illa aversentur, cum sint substantiæ incorporeæ & à corporalibus non affici, existimari queant, tamen succurrunt duplices rationes, meæ Rationi plausibiles, Primò cum sunt spiritus insolent.

insolentes, ægrè ferentes, se tanto-
perè despici & ludibrio haberi, cum
indignatione recedunt & ergastu-
lum corporeum relinquunt. Secun-
dò haud videtur paradoxum statue-
re, daemones habere potentiam vi-
dendi, audiendi, quidnè etiam odo-
randi, siquidem potentia cognos-
cantur per intervenientes actiones.
Rem ita se habere, an non id lucu-
lenter demonstrare licet, per machi-
nationes, ritus & ceremonias Magi-
cas, dum certis conceptis verbis spi-
ritus vocati, ilicò se visibiles præsen-
tant: dum characteribus consignatis tantum, sine ullius vocis emun-
ciatione, incitati, ea exequuntur,
quæ ipse Magus requirit, ad ejus
quasi nutum obsequentes; dum sus-
fitu rerum fetidarum profugantur,
Ad rem planiorem & illustriorem
reddendam, propono casum mirabi-
lem, de Cornelio Agrippa, qui pe-
regrè abiens Lovanio, claves Musæi
sui tradidit uxori, cum severo inter-
dicto, ne cui concederet ingredien-
di facultatem, tum quidam curiosus
illius commensalis, feminam depre-
cari non destitit, dum introitum im-
petravit: Ingressus incidens in libel-
lum adjurationum, cum cepisset le-
gere, daemon intrans quasiyit, cur
vocatus, quid fieri veller, cum trepi-
dus sileret, statim præclusis faucibus,
fuit strangulatus. Agrippa domum
rediens, cernens super illum exul-
tantes daemones, cognita re gesta,

præcepit homicidæ in cadaver se in-
sinuare, & per forum (ubi studioso-
rum frequens erat conventus,) ali-
quoties obambulare, & tandem cor-
pus deferere, eo facto, id exanime
concidit, suo rectore destitutum.
Exin diu creditum, illum subitanè
morte sublatum. Ex notabili illà hi-
storiâ panè indubium capiendum
argumentum, dum daemones citati,
ilicò apparuerunt, eos visu & audi-
tu, non quidem carnali, sed spiritua-
li quodam modo, dotatos.

Èd magis ista videntur credibilia,
cum & nostrates Theologi, ut &
Pontificii, Animæ humanæ à corpo-
re separatæ, quæ itidem est substan-
tia incorporea, & inorganica, visum,
auditum, loquelam attribuant, quid-
nè & odoratum. Notabilis apud
Divum Augustinum epistola 100.
designata visio Gennadii dubii de
vita post mortem, ad persuadendam
animæ immortalitatem, ipsi quidam
Juvenis in somno apparuit, jubens
se comitari in civitatem, ubi audierit
sonos suavissimarum cantionum &
beatorum hymnos, cum hac disser-
tatione: Sicuti ergò oculi tui, in so-
mno non operantur, & tamen me
vides, ita cum defunctus fueris, nihil
agentibus oculis carnis, vita tibi in-
erit, qua vivès & sensus quo sen-
ties. Exin relucet, animæ à corpore
solutæ, sensum auditus & visus attri-
bui. Multò magis de spiritibus An-
gelicis id astruendum.

Ff

Quo.

Quoad objectionem illam, de esculento eodem, quibusdam aliis etiam pueris exhibito, citra ullam noxam, ergo nec illi obesse potuit. An non expedita & rationi consona responsio, si quis dixerit, soli prænominato puero obfuisse, quia saga studium & intentum erat illi soli noxam inferre, & eam tantum esculenti portionem, maleficio infecit, quam illi offerre constituerat, ceteras autem portiones, aliis pueris exhibitas, non inquinavit, quò minus ipsius innotesceret improbitas. Sed insuper aquæ haustum obrulit, humerum & pedem sinistram percussit, quæ etsi per se innoxia fuissent, tamen quia sunt instrumenta & quasi Sacramenta diaboli, si ea peragant, prout edoctæ ac instructæ, ipse pollicetur effectum, etsi ceremoniis illis & mediis nulla penitus *virtus* & efficacia foret assignanda. Cum tria concurrant in maleficio, Deus permittit, saga consentit, diabolus autem perficit, vel immediatè per motum localem, præexistentem materiam morbificam, impellit & transfert pro libitu & arbitratu suo, ad hanc vel illam partem. Si illius intentio quempiam excæcare, materiam phlegmaticam in oculos, si apoplexiam concitare, in sinus cerebri, si paralyin & contracturam cau-

sare solet, in nervorum substantiam insinuare & præcipitare. Vel mediatè agit dæmon, applicando activa passivis, cum omnium rerum sublunarium calleat Naturam & occultas qualitates, eas variè ad morbos inducendos, callidè comminiscere novit & damnum inferre.

Cum autem cura suscipienda, Puer ille manibus pedibusque, restitit, neque per os quidpiam pharmaci admisit, neque exterius applicita toleravit, à Satanâ se inhiberi quiritans, quo minus parère ausit. At cum adeò refractarius, quid tandem contigit, qualem ista tragœdia habuit *nales & opus*. Post aliquot septimanas ab illato maleficio, quandam materiam viscosam, formâ rotundâ per os rejecit, & jam Satanam emigrasse, palam asseruit. Utrum autem materia illa robore Naturæ, irritatâ facultate expultrice, fuerit vomitu reddita, vel dæmon in illâ materiâ delitescens, velut seminali principio, ultrò cesserit, vel ope magicâ interveniente, ergastulum corporeum reliquerit, haud liquet. Hoc tamen certum est, puerum illum hactenus, ab exagitatione dæmoniacâ & atrocibus doloribus immunem, nec lecto amplius affixum, quin passim sat commodè obambulare valeat, sed men. is languor ac stupor perseverat.

OBSER

OBSERVAT. II.

In affectu hysterico.

Quædam Patricia macilenta per aliquot annos sæpius hystericis symptomatis agitata, variis usâ remediis, ab aliis ordinatis, sed à nullo se majus relevamen percepsisse prædicabat, sequenti conserva à me præscripta, ipsi valde amica & in familiarem usum tracta.

℞. Conser. flor. meliss. ʒj. fl. an-

thos. ʒvi. Nuc. musc. condit. ʒij. M.
Cum esset Matrona mollioris Naturæ hæc pil. leviter, sine sensu ul-
lius molestiæ, operationem perage-
runt, cum ab aliorum ordinatis tor-
mina concitata.

℞. M. Pil. sine cura Augustan. ʒij.
Extr. pil. aur. ʒß. cum aq. meliss. f. p.
ʒi. cum pulte prunorum exhib.

OBSERVAT. III.

De Cive Ulm. ex haustu vini, veneno, prout creditum, infecti, periclitante, ilicò liberato.

Quidam Civis Ulm. à circumfo-
raneo emerat radicem candidam
(quæ mihi post ostensa, visâ radix El-
lebori albi) ut eam in vino infunde-
ret, ad alvum solvendam, eo hausto,
ingentes ilicò sensit cordis angusti-
as, ut in ædibus quoquo versum dis-
curreret, ubi quiesceret nescius, po-
tionem venenatam & sibi lethalem
ratus; cum illius uxor me accessisset,
& casum exposuisset eam lachrymis,
obtestando, pro saluari consilio,
confestim præscripsi;

℞. Theri. El. veteris, ʒj. castor. El.
ʒij. aq. scabiol. ʒij. M.

Cum admiratione ilicò ab assump-
tione recreatus & ab omni molestiâ
liberatus. Cum castoreum sit pecu-
liare alexiterium Ellebori albi qua-
litate ejus infringens deleteriam,
nec primitus constaret, qualis illa
radix, Theriacam velut omnium ve-
nenorum Panaceam, adjungere pla-
cuit.

OBSERVAT.

De sanguinis effluxu inhibendo, quam periculosum,

ET si ex Observationibus Medico-
rum constet, si Natura molita
sanguinis excretionem per gingivas,
eo represso, ad vias urinarias se con-
verte-

ff 2

verte-

verterit: ita sanguine per penem pro-
manante, eo constricto, hamorriha-
giam narium concitarit: res mira,
quod Natura Medicorum machina-
tionibus tam refractaria, sua liberta-
te gaudens. Libet subungere casum
singularem, consimilem me legisse,
haud recordor. Erat quidam Civis
Ulm. icteritiâ defedatus, cui præviâ
scarificatione, cucurbitulæ admotæ,

sanguine flavescente profluente, ad
mortem usque cruentavit: cum qui-
dam Medicus ad inhibendum, exter-
na media adhibuisset, sanguis à cir-
cumferentiâ ad cætrum restagnans,
per os & naves exitum quarens, nul-
lâ ratione refrenari ac compesci
potuit, quin missus ille,
una animam effla-
rit.

Finis Observationum.



D. AV-

D. AUGUSTINI THONERI, COLLEGII
MEDICI REIP. ULMENSIS DIRECTORIS
ac. Senioris, & Gymnasii Scholarchæ

CONSULTATIONES
MEDICINALES.
LIBER QUINTUS.

CONSULTAT. I.

Concernit Illustriss. ac Celsiss. Principem ac Dominum, Dn. Friedericum Ernestum, Marchionem Badensem variis symptomatis obnoxium, de stillatione à capite in articulos, pedum tumore adematoso.

Illustriss. ac Celsiss. clarissimi Dn. Dn. Princeps, T. C. tam vario ac multiplici symptomatum genere constricta tenetur, ut à quo exordium sumendum, quæ tot malorum scaturigò statuenda, hand facili negotio declarari posse videatur. Veruntamen ut affectuum, quibus T. C. infestatur, causas investigare liceat, summam præcipua ob oculos ponam symptomata, quæ mihi viam, ad ipsum tot pathematum fontem, perveniendi monstrare, & quasi manu deducere valeant.

In chartâ consignatâ & mihi per

T. C. Secretarium ad dijudicandum oblata; refertur T. C. laborare dolore capitis per certa intervalla dis-crucante: destillatione magnâ copîâ & impetu quodam in omnes articulos pedum imprimis irruente frigida materiâ constante: convulsione rariùs molestante: ulceribus pedes defædari, seroso, salso & acrichore manantibus inflammationem ac dolorem concitantibus. Hisce copulari ventriculum nauseabundum, cruditatibus obnoxium, exinhalitus graveolentes, jejuno imprimis stomacho provenire. Hæc existit *evidens* symptomatum T. C. molestiam exhibentium. Quia verò ob-

Ff 3

liquum

liquum depræhendi ac cognosci non potest, nisi per rectum idcirco ipsa necessitas efflagitat, ut naturalem T. C. corporis constitutionem & temperaturam partium principalium omnium cognitam habeam ac exploratam, siquidem tot malorum fontem, eorumque causas indagare & curandi methodum demonstrare debeam. Etenim omnis Medici intentio ad eum scopum debet esse directa, ut membra principalia ad *inæquilibrium* ac naturalem temperiem revocentur, quod fieri nulla ratione potest, nisi compertum sit, quantum viscera interna, à medio tramite recesserint. Obtingit T. C. complexio sanguineo phlegmatica, cum à primâ statim pueritiæ pedes ædematosi apparuerint, cerebrum frigidâ affectum *du* & cathartis obnoxium materiam frigidâ constantibus: eor calidius prodit animi excandescencia ex leviori irritamento: Epar calidius innotescit, ex salis deultis humoribus ulcera concitantibus: ventriculum justo frigidiorum arguit, diminuta assumptorum concetio & cruditates. Cum igitur ad legitimam curationem cognitio causarum morbificarum, multum momenti conferat, eas investigare expedit. Tres sunt in corpore humano partes Principes à Medicis dictæ, (quod velut Principes in corpore dominantur, cæterisque membris, *omnem* *frigiditatem* vim ac facultatem

communicent ac subministrent,) nempe cerebrum, cor & Epar, quibus etiam ventriculus subserviens adjungendus, quæ si sunt temperatæ, vel à mediocritate parum recedant, omnes actiones animales, vitales & naturales, probè ac inculpatè perficiuntur, homo sanus degit, omniaque munia à Natura commissa ac concedita, dextrè administrare valet. Sin verò illæ partes ab *inæquilibrium* ad ullam insigniorem deflexerint in temperiem, ac desciverint (omne namque Regnum in se divisum desolatur) omnis generis morbos producere solent. Hæc cum ita sese habeant, nunc erit dispiciendum, quænam partes in T. C. corpore sint læsæ, ut tam varia ac sæva pullularint symptomata. Sum in eâ sententiâ tria esse membra, quæ tam multiplices concitare solent affectus, cerebrum (quod præcipuorum Lænarum malorum) Ventriculum & Epar, Cum T. C. propter singularem prudentiam celebretur, quæ in frigido cerebro vix residere posse viderur, eum qui frigida dotati cerebri in temperie, hebetioris ingenii, sęgnes, somnolenti, stupidi, ad laudabiles res peragendas, inepti: at cum materia è capite dimanans ac depluens, actu frigida percipiatur, haud hæritandum, cerebrum frigidum, non quidem à Naturâ, obtingisse: sed progressu temporis, propter inordinatam victus rationem, meracioris vi-

ni in

in in copiam hausti, imprimis autem ex assumptione pilularum Mercurialium & unguentis itidem ex hydragyro concinnatis, ad depellendam podagram, à quodam Alchymista administratis, tale evasisse. Prout etiam Joh. Fernelius, trium Regum Francorum Archiater, refert multos argento vivo inunctos cerebro ejus vi narcoticam refrigerato, in immedicabiles post destillationes, incidisse. Cerebrum igitur frigidius, cum alimentum à Natura sibi demandatum, assimilare nequeat, exin magnus emergit excrementiorum humorum proventus, qui cum sint ad nutritionem inepti, tum quantitate, tum qualitate irritant facultatem expultricem, ad id quod molestiam exhibet abigendum, quæ noxiam materiam eò usque persequitur, dum ad partes ignobiliores fuerint abjectæ. Membra namque principalia si validiora, vitiosos humores ad extremas partes deponunt, haud secus, ac in Republica, quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi: ita in politica humana, si cerebrum, Venter & Epar dissideant, suam crasi non respondeant, ac convenient, quicquid mali collectum, in extremas partes solent exonerare. Exin cum T. C. ab Illustris. Dn. Parentibus imbecilliores pedes, hæreditario sortita sit, & articulos debiliores & laxos, ut excrementa aliunde affluentia ac transmissa, spongiarum

instar, facile imbibant ac suspiciant, nihil miri, si T. C. arthriticis doloribus & pedum tumore œdematoso molesteretur, cum alias istæ partes tum suapte Naturam frigidiores, quia exangues, tum quod à foco caloris, corde scilicet, procul distent, hinc ex defectu caloris, materiam impactam ægrè possunt resolvere. Cum venter etiam justo sit frigidior, ut ingesta alimenta probè concoquere nequeat, exin multæ resultent cruditates, (quæ seminarium & Mater omnium morborum) quæ ad os illius delatæ, nausæam concitant: à calore non naturali tentatæ, dum corrumpuntur, oris halitum putidum reddunt: quin exin expirantes vapores, ad cerebri meninges pertinentes, capitis dolorem concitant. Suam autem malignitatem & qualitatem vitriolatam, nervosam ac sentiles partes ferientes, & facultatem expultricem extimulantes ad rem inimicam abigendam, convulsionem epilepticam proritant. Ex chylo in ventriculo haud benè elaborato, at crudo relicto, per venas meseraicas ad Epar attracto, non potest sanguis laudabilis progenerari, cum à privatione ad habitum non detur regressus, nec vitia prioris concoctionis à posteriori emendari queant, proin Epar calidius à Natura, magis propter obstructions à crudiore chylo concitatas, effervescens, adustus ac sallos procreat humores, qui ob re-

stitu-

Etitudinem ad pedes defluentes, suâ acrimoniâ rodendo exulcerant.

Hiscæ prælibatis, nunc dispiciendum, utrum spes concipienda, de recuperandâ valetudine. Cum magna sit symptomatum colluvies multorum annorum spacio perdurans, ut profundas radices egisse, proin haud facili manu, extirpari posse, videatur: attamen non est desperandum, quin si & accommodata adhibeantur remedia, & exacta victus ratio observetur, pleraque symptomata si non penitus averruncari, saltem mitigari & retardari queant.

Dehinc me converto ad ipsam curandi Methodum. Siquidem T. C. in integrum restitui desideret, necessum erit, ut cuique visceri, sua naturalis temperatura restituatur, cerebrum & ventriculus calefacienda & exiccanda, Epat contemperandum: quæ commodè fieri non possunt, nisi prius excrementitii humores pituitosi & serosi cum bile mixti expurgentur, nec hi cum sint crassi & lenti, trahenti Pharmaco cedent, nisi crassities incidatur, lentior abstergetur, obstructions referentur, & ita ante purgationem, juxta aphor. Hippocr. corpora fluida facere oportet. Testatur namque experientia, corpora sic præparata à leviori purgatiunculâ plus evacuari, idque citra molestiam, quam à multo vehementiori solvantur cruda.

Ergò primò alvus erit lenienda,

post humores vitiosi præparandi & educendi, tandem viscera interna pravos humores generantia, corrigenda. Ut autem accedam ad ipsa auxiliorum genera, ea triplicia à Medicis proponuntur diætetica, chirurgica & pharmaceutica.

Quoad victus rationem sex res non naturales dictæ erunt observanda. Aër sit calidior ad siccum vergens. Suffitus parandus ex styra-ce calam. suc. al. thure, mast. lig. alo. Potus sit vinum Neccar. vel Rhen. vel medicatum ex beton. absinth. rom. Iva arthet. chinâ & lign. sanct. Cibi eligendi facilis concoctionis & boni succi, nec unâ vice plura ferula ingerenda, aliâs juxta aphor. Hippocr. Impura corpora, quo plus nutrities, eo magis lædes. Quemadmodum enim parum fermenti totam massam corrumpit: ita, vitiosi humores, in T. C. internis visceribus hærentes, etiam probum alimentum depravant. Somnus ne modum excedat. Alvus quotidie sua excrementa deponat, si sponte sum officium non faciat, sollicitanda erit remediis, vel clysmate emolliente ex brodio Gallinæ, cum vitell. ov. ol. amygdul. & sac. rub: addito cremore tartari, vel pruna, aut zibeb. laxat, cum fol. sen. & syr. ros. sol. præp. vel pulve passul, vel prunorum cum Mannâ.

Quotidie T. C. matutino imprimis tempore se exerceat, ut calor naturalis excitatus, referatis poris seu meati-

meatibus cutis, fumida & serosa excrementa rejiciat. Venus raro excreta, quia una cum feminis excretionibus & calor naturalis cum spiritibus vitalibus exhalat, humidum radiale consumitur, vires prosternuntur: exin Avicenna, Medicus Arabs, literis mandare non dubitavit: unica feminis ejaculatione vires magis resolvi quam si quadrages tantundem sanguinis emitteretur. Animi pathemata graviora à T.C. exulent, ab irâ, tristitia & curis superfluis sibi temperat: ab illâ, cum sit effervescentia ac ebullitio sanguinis circa cor, totum corpus succenditur, exin humores delitescentes liquefiunt, & fluxiles redditi ad varias partes ruunt ac delabuntur: ab his humidum cordis substantificum exiccatur, hinc totius tabes consequitur.

Quoad Chirurgica, probo fontanelam in brachio sinistro & crure dextro, ad humores serosos avertendos.

Quoad Pharmaceutica. Primò alvus erit lenienda cum mell. ros. fol. & Mann. calabr. diss. in dec. coimm. lenit, cum fol. sen.

Post humores preparandi & obstructions aperiendae cum cristal. Tart. vitr. magist. corall. & marg. sal. abs. cum juic. pulli. Postmodum humores vitiosi eliminandi cum infus. fol. sen. agar. rec. tro. & Rhab. in aq. beton. ad. aliquot gutt. sp. vitr. recat. In col. dil. mel. ros. iol. &

Mann. Si magis attrideret forma pilularis, probarem Extr. pil. coch. aur. sin. quibus & Panchymag. Crollii.

Corpore mundificato, cerebrum à pituitosis humoribus depurandum, attracto pul. Nicoti. cum fl. lil. conval. & major. præp. ad. nonnihil moschi.

Ad cerebrum corroborandum confect. ex sp. diamb. diamof. dul. diaplir. cum mos. suc. al. & conf. alker. Ceratum capitale præcellens, super sutura coron. gest. ex ladano, styr. calam. mast. & ambrâ ori. cum resinâ in vino diss. f. cer. ext. aluta. Ventriculo etiam cõsulendum. Probarem pul. pepticum, à cibo sumendum ex cort. præp. cum sp. aromat. ros. diaxyl. mag. coral. & marg. cum s. q. sac. f. Trag. Cer. stom. ex Gummi. Ladani & Tacam.

Ad cuncta symptomata propulsanda, decoctum ligni sancti ad china primatum habere videtur, si primas, secundas & tertias qualitates respiciamus quia cum calidum & siccum, intemperiem cerebri & ventriculi frigidior emendabit, cura acre, amarum, humores incidet, attenuabit, aperiet, eosque visua hydroticâ & diaphoreticâ per sudores & habitum corporis ejiciet: & cum levem habeat adstrictionem, omnia membra confortando, robar ac *roses* iis restituet, vel illius loco posset preparari destillatum ex ligno sancto, China, sarl. parill. herbis capitalibus & antipodagricis,

Gg

Hac

Hæc Illustris. ac Celsis. & clementis. Dn. Princeps, T. C. obsecundans petitioni, eò prolixius proposui, cum mihi haud ignotum, T. C. rerum medicarum haud vulgarem habere cognitionem atq; scientiam, de iisdem cum Medicis con-

ferre animo libenti, & haud leve exin capere oblectamentum. Faxit Deus Opt. Max. ut T. C. ex proposito, aliquid opis ac levaminis, percipere valeat, id demissum ac præcandidum meum est votum.

CONSULTAT. II.

Attingit Illust. Dn. Dn. Christophorum Trucksesium, L. B. qui ex amissâ memoriâ, ut sui nominis oblitus, aliquot septimanarum spacio post secuta paralyssis, cui successit apoplexia, qua illustris ager sublatiss.

Illustris ac Generosus Dn. Christophorus Trucksesius, L. B. jur Scheer/ jam sexagenarius à Naturâ dotatus sat procerâ, eleganti, Heroicâ & benè proportionatâ staturâ corpore *irragno* & membris robustis, in facie color vividus ad rubedinem moderatam inclinans, conspicuus, exin apparet, quod à prædominio sanguineæ complexionis, à subdominio melancholicæ, ob præstantiam intellectus: Epar ad calidam vergit intemperiem: cor obtigit calidius, cum ad iracundiam propensus, pulsus validus, in ventriculo nullus deprehenditur defectus, tam in appetendo, quam concoquendo cibo, exin conjiciendum, quod rectè temperatus: cerebrum obvenit calidius in activis, ex accidenti autem humidû, à vaporib⁹ ex subjectis par-

tibus, inprimis ex calidioris Epatis constitutione, expirantibus, ibidem coagulatis ac condensatis. Cum igitur Ill. Dn. à Natura sat temperatam complexionem accepit, à juventute (etsi antehac in cibo & potu sat largos excessus commiserit) sat commodâ usus valetudine, nullis peculiaribus morbis obnoxius ac subiectus, nî quod paucis ab hinc annis, interdum à podagrâ & catarrhis molestatus. Ante biennium etiam serpigo in brachio dextro effloruit, jam autem evanuit, quories cutè denuò exedit, (quasi Natura exin velut fontanella mundificanda) melior successit fanitas: quin & intra biennium podagra non reverfa, & à destillationibus immunis. Cum ante mensẽ, à vehementi catarrho noctu inprimis depluente, molestatus, memoria admodum est violata, cui occasionem

sionem haud leuam subministravit, quenter memoria in postica cerebri
 tristis & inopinatus casus, dum Ge- parte residens, non parum violatur,
 nerosa Coniux, paucorum dierum sed & cum podagra & catarrhi diu
 intervallo, relicto terreno hoc do- absentes, & serpigo retrocesserit, per
 micilio, demigravit ad superos, exin quæ loca Natura, dum adhuc robu-
 per lamentationes & animi ma- stior in expellendo, omnis generis
 res, non solum cerebrum, sed & to- superfuitates à partibus principa-
 tum corpus ita debilitatum, ut ex- lioribus & internis visceribus velut
ut supra ad maciem redactus, exin ve- centro ad circumferentiam & exte-
 rum illud Salomonis compertum, rius propulsavit, ideoque ab aliis
 quod spiritus tristis exiecit ossa, ne morbis præservatus. Exin haud mi-
 dum carnosa. Siquidem per ango- randum, si materia pituitosa regur-
 res, calor & spiritus vitales à circum- gitans ac restagnans, partim per plo-
 ferentia ad centrum cordis revocati, ratur & lachrymas, calore non natu-
 ipsius humidum radicale depascunt rali concitato liquefacta ac fluxilis
 & absumunt, haud secus, ac ignicu- reddita, partim feryore capitis ceu
 lus ceram, aut sebum in candelâ li- per cucurbitulam attracta, in cere-
 quefacit ac resolvit, hinc totum eri- bri sinus fuerit delata, in anteriores
 am corpus contabescit. Exin refer- quidem devoluta, catarrhum inve-
 tur de Marchione Casimiro **Bran-** xerit, in posteriores autem præcipi-
denburg. ob præcedentes animi tata & ibidem subsistens Memo-
 maiores vitæ functo, cum post obi- ria vi sua narcotica spiritus animales
 tum ejus cadaver ad condituram, torpidos efficiens, imbecillio-
 apertum, cor repertum adeò exicca- rem reddiderit, prout in occipitio adhuc
 tum, ut inlitar pyri tosti contractum. haud leve gravamen percipit, id lu-
 Quia verò non tantum ex tristitia, culentum præbet testimonium, ma-
 sed & ob ardua negocia, dum penè teriam crassam ponderis sensum in-
 die noctuque per aliquot annos scri- vehentem eò loci delitescere. Si
 bendo & meditando occupatus, ce- loquendum, non succurrunt nomi-
 rebrum valde sit debilitatum, (ete- na locorum & personarum, cum li-
 nim cum spiritus animales, functio- tera ad subscribendum oblata no-
 num principum authores, ita & me- men suum, salva adhuc manu, subsi-
 moria inservientes, generentur ex gnare non potuit, exin conjectura,
 spiritibus vitalibus, his propter gra- ipsum cum Messala Corvino Ro-
 viora anxiæ pathemata lætis, noxa mano, sui nominis oblitum. Cum
 per sympathiam etiam spiritibus ani- antè tres septimanas catarrho cor-
 malibus communicatur, & conse- reptus, materiam phlegmaticam co-

piofam excernens, alterius Medici operâ usus, sed sine fructu, cum corpus prius evacuatum, ego adveniens eâ vespertinâ consului abluitionem pedum antè somnum usurpandam, ex dec. chamom. major, orig. Salviæ & Ros. quietior nox secuta, catarrhi ininûs molesti. Cum vena mediana aperta, sanguis effluens deprehensus in superficie crasso ac mucilaginoso phlegmate obductus, exin de catarrho nulla amplius querela, sed memoria imbecillior perseverat. Opera danda, quò humores pituitosi in cerebro subsistentes, subtrahantur, exhibendo pilulas præp. ex Extr. pil. coch. aur. sine quibus Extr. Panchymag. Crollii. Post ad specialiora cerebri emundatoria descendendum. Masticatoriam ex agar. mast. R. pyr. Nuc. mus. cub. Gargarif. ex dec. hyss. sem. carth. agar. cum oxymel. Tandem placerent pilulæ, ad mucilaginosam materiam è cerebro per *iniquos* detrahendam, ex bals. alo. myrrh. Gumm. ammon. cum ac. scil. dif. fal. abs. mag. perl. concinnatæ.

Hiscæ præmissis, spes concipienda, confortantia cerebrum majori cum successu adhibenda, remoto prius obstaculo phlegmatico.

A vini potu aliquandiu abstinendum, decoctum lign. sassafras probandum.

Si autem optatus effectus à medicamentis expectandus, animi mœrores & melancholicæ imaginationes seponendæ, aliàs verendum (utinam falsus sim vates) nè Apoplexia, vel lethargus subsequatur. Proin Illustr. Dn. æger, pro summa suâ prudentiâ, arreptâ Christianâ, Philosophicâ & Heroicâ fortitudine, suis affectibus debet dominari, eosque ita regere, ut subsint Rationis Imperio. Si Gratosus Dn. huic admonitioni obsecundaverit, indubium, quin Entis & Mentis (cum inter duas istas partes magna intercedat Sympathia, si una vim patiat, & altera coafficiatur) melior constitutio speranda. Cum Gratosus Dominus à me efflagitavit, ut affectum suum refractarium circumstantialiter literis consignatum communicarem, cuidam Medico pro Consilio transmittendum, par ac æquum duxi, præstare obsequium. Faxint superi, ut juxta spem conceptam talia proponantur, quæ ad recuperandum meliorem statum magis proficua. Sed omnia Consilia irrita quin brevî post, juxta meum prognosticum, primò dextri lateris paralysis invaserit, post menstruum spatium demum valida Apoplexia secuta, quæ finem vitæ imposuit.

CON-

CONSULTAT. III.

De precedenti casu ad Clariss. Dn. D. Osvaldum Schreckenfuchsum, Medicum Illustrum Procerum Cameralium Spirensum, qualis Morbi eventus, annexâ Dissertatione de Causis.

Rudito tuo consilio de Ill. ac Gener. Dn. D. adversâ valetudine concitatus, intermittere non potui, nec ingratum fore duxi, siquidem totius morbi decursum tibi significarem. Pridem calamum in manus sumere & tuæ respondere constitueram, at consultius sum arbitratus, præstolari eventum. Cum igitur Illust. Vir relicto terreno hoc domicilio emigraret ad superos, divina speculaturus, haud abs re, referre transacta. Quod meum scriptum de Ill. Viti affectu adornatum, & ceu doctissimum dilaudare non dubitasti, pro tanto elogio, magnas ago gratias, eò magis, cum cognorim, exin majorè mihi conciliatam existimationem. Sed jam me conferam ad Illust. Viti casum & occasum. Memoria indies magis diminuta, tandem ex toto abolita. Etenim cum Ill. Viro charta ad subscribendum, à præfecto, oblata, id præstare non potuit, exin compertum, ipsum cum Messalâ Corvino proprii nominis oblitum. Dolor in occipitio & dextrâ capitis regione, permanebat stabilis, tandem, sensim totum latus dextrum resolutum, post mensem à paralyssi, tan-

dem supervenit insultus apoplecticus sat validus, ut de vitâ periclitatus, materia sat copiosa, è capite per fauces & œsophagum in ventriculum descendisse, observata, ad ejus orificium delata, singultum concitabat, ab eo tempore per aliquot septimanas, anhelitus admodum fatidus ex ore, tanquam cloacâ, exhalare perceptus, astantibus non parùm molestus. Etsi illa symptomata videantur ab humoribus pituitosis in cerebro & nervoso genere hærentibus, suam originem traxisse, tamen, quin majus quidpiam reconditum, & in cerebro resederit abscessus, tantè oblivionis & tam contumacis doloris effector, eò magis cum materia illa è cerebro descendens admodum putida notata, & ad os ventriculi devoluta, singultum concitarit. Si non abscessus æstimandus, ad minus humores corrupti per putredinem ad fetorem dispositi, exin arguendi. Cum ultra mensem apud Ill. Virum hæsissem, à meo discessu, alius Medicus Ulmâ evocatus, qui nec morbi Ideam, nec Ill. ægri Naturam habens compertam, Ill. liberis haud exiguam spem fecerat de restituendo, neglectis meis prognos-

sticis de impossibilitate. Curam ille fidenter est aggressus, opimæ inhians prædæ, at haud ponderans, quid Ill. Viri humeri valeant, quid ferre recusent, primo die clystma ex Hiera Logad. bened. laxat. a. ʒj. injectum, sequenti matutina pil. coch. fetid. an. ʒij. oblata. Testor Deum & meam conscientiam, me tum Ministro in officinâ illas præparanti dixisse (quo tum fortè concesseram) eas sat validas, si rustico robusto, nedum Ill. Viro morbo chronico & senili ætate, viribus attritis, exhibendæ, vereri me, ne assumenti sint funestæ, à quorum enormi operatione in tantum ille enervatus, ut eo die non parum de vitâ periclitatus, sed viribus indies magis labascentibus, post quadriduum expiravit. Idem ex ore Ill. ac Gener. Dn. Præsidis intellexi, te conceptum illud vehementer laudasse, cum tamen fuerit panè extemporaneum & à destituto omnibus libris, (quos Alphonsus Rex Neapolitanus, optimos Consiliarios vocare est solitus) exaratum. Fortè præstat cum Biante Philosopho, omnia nostra nobiscum portare, & cum Aristippo, factò etiam librorum naufragio, si emergere & ena-

tare contigerit, animum non minus politiori literaturâ, retinere excultum.

Reinerus Solenander in suis consiliis refert, multos in uno latere resolutos, si à principio fortiora exhibita purgantia, humoribus exagitat, etiam in altero, paralyti tentatos, & tandem extinctos, quas tamen superfluitates, si mitius tractati, Natura, progressu temporis, concoquere, evincere ac superare potuisset, Indubium, quin Ill. Viro, si benigniora adhibita, diuturniore hujus lucis usurâ frui licuisset. Ex isthoc subjecto patescit, Cratonis edictum perquam verum, scamoneata & ex colocinthide concinnata pharmaca, senibus præsertim delicatioribus, esse reformidanda. Exin cautius ac circumspèctius procedendum, si famæ consulendum.

Hæc fuit Ill. Viri clausula, tibi notificanda, ut si cum Ill. ac Generoso Dn. Præside, inciderit conferendi occasio, exactum tuum iudicium interponere, & æquum arbitrum agere valeas. Hisce me in album tuorum amicorum referendum, crado, atque protectioni divinæ te commendo.

CONSULTAT. IV.

*De Apoplexiâ gravi ad Cl. Dn. D. Gutmannum &
Dn. D. Jenischium, Med. os Augustanos.*

Juve-

Uvenis 26. annorum, Natura melancholica, fat corpulentus, facie livida, capillis & barba nigra, frigido ac humido cerebro catarrhisque obnoxio dotatus, crebris computationibus deditus, eas ad multam usque noctem continuando sapius, præcalidâ aëris constitutione, Equo succussorio insidens, exspatiatus, in viâ apoplexiâ fat valida est correptus, quæ in totius lateris sinistri paralylin exquiritam terminata, omni sensu ac motu eò loci privatus. Ut autem magis prospera succedat medela, prius causas morificas indagare, exin methodum curandi venari oportet. Cum magna sit inter Medicos concertatio de apoplexiâ loco affecto, aliis eâ provenire ab obstructione ventriculorum cerebri à crassis humoribus pituitosis, vel melancholicis concitata dictitantibus, aliis constipationem reti admirabili afflignantibus. Neutra opinio simpliciter probanda: non illa, cum apoplexia sit sensus ac motus privatio & ~~non~~ nervorum, ij autem non emergant ex ventriculis cerebri, præsertim anterioribus, sed ipsorum principium consistat in basi cerebri, exin spiritus animales in omnes nervos influunt, istis viis à crassis humoribus vel obstructis, vel compressis, spiritibus animalibus influxus, aut transitus denegatur. In apoplexiâ

forti, si homo subito corruat mortuus, viæ illæ sunt oblita crassis ac lentis humoribus tenaciter adherescentibus, ut excuti & in nervorum substantiam se insinuare, & per spinalem medullam descendere nequeant. Si apoplexia debilior desinens in paralylin, provenit potissimum à colluvie ferôsâ mucoso humori confusâ, dum ex sinibus cerebri anterioribus in posteriores, per spinalem medullam decurrit, & nervorum substantiam subiens obstruit vel comprimit. Quoad contextum retiformem etsi haud negandum, quin eò à crassis humoribus facto, aut compresso, homo mortuus concidat, intercepto affluxu spirituum vitalium, è quibus spiritus animales generantur, sed casus ille est rarissimus. Etsi sanguis, qui in cerebri basin (prout Fernelius observavit) ex oculi ictu procubuit, aut pituitosi humores ibidem hærentes, ~~non~~ apoplecticum causant, non tamen obstruendo plexum retiformem, quin potius principium nervorum comprimendo id contingit, & raro evenit. Si semper obstructio plexus choroidis causa apoplexiæ, ea nunquam desineret in paralylin, quæ est affectio nervorum, non arteriarum. Cum autem plerunque succedat paralylin, indubium argumentum, materiam crassiorem, (prout Anatomici aquam perspicuam, sed glutinosam in ventriculis cerebri

bri

bri deprehenderunt,) ex ventriculis cerebri anterioribus in medium, & tandem in cerebellum devolutam paralyfin concitasse nervis obseptis, quo minus spiritibus animalibus pateat transitus. Quoad nostrum patientem paralyfi detentum, cum ea sit symptoma actionis læsæ facultatis animalis sensus & motus aboliti, morbum habebit præcursores, qui tū in intemperie, tum in viâ, obstructione scilicet hæret ac consistit. In cerebro intemperies frigida ac humida (id actu frigidum sentit) prædominans, colluviem excrementorum pituitosorum produxit, quæ indies magis coacervata, tandem magno impetu in cerebri sinus devoluta, præsertim ad ejus basin pertingens & viam spiritibus animalibus interceptans, apoplexiam invexit, post autem robore facultatis expultricis ad nucham præcipitata ac per spinalem medullam deorsum fluens, nervorum substantiam potissimum obstruens vel comprimens, paralyfin concitavit, & sensum ac motum brachio & pedi sinistro ademit, utriusque fortis nervis affectis, tum in cutem dispersis læ sensum impertientibus, tum in musculos insertis & motum præstantibus. *Patiens autem noster gravissimos in victus ratione commisit errores, vinis generosis Austriacis & Italicis in sat magnâ copiâ haustus, ut haud mirandum, si vini vapores cerebrum impetentes, vi*

suâ Mercuriali seu narcoticâ, debilitarunt, sed & crebris ac multis exhalationibus repleverunt, exin vapores in cerebro vel ratione frigiditatis condensati, sicut in mediâ aëris regione nubes concresecunt, vel propter cranii densitatem transpirare nequeunt, ejus parietibus adhaerentes, ceu guttæ ex aqua in ollâ ebulliente, operculo affixæ, hinc indies magis coacervati, tandem coagulati, qui cum jam antea essent ad fluxum dispositi, tuarâ calore Solaris, tum Equi successione exagitati ac soluti, in cerebri ventriculos irruentes, inprimis ad posticam cavitatem pertingentes, spiritibus animalibus liberum transeursum interceperunt, & apoplexiam cum succedentâ paralyfi induxerunt. Hæc cum ita sese habeant, jam disquirendum, utrum spes concipienda, de ægro restituendo, cum adhuc sit in ætate juvenili constitutus, siquidem salutaribus consiliis locum dederit (prout omne obsequium pollicetur,) non dubitarem, quin amissam recuperare liceret sanitatem; cum hæctenus is fructus à remediis à me subministratis prodierit, ut non modo sensus in brachio & pede affecto revocatus, sed & pedem elevare, extendere & contrahere, & pro rei conditione ac statu, sat commodè incedere ac progredi caperit, tam brevi temporis spacio, eò major fiducia, quin propediem sit convaliturus.

Quoad

Quoad methodum medendi, cum omne malum dependeat, à frigida & humida tum cerebri, tum nervosi generis intemperie, & à scrofulis cum mucilagine conjunctis humoribus, obstructions procurantibus, illa erit corrigenda per calefacientia & exiccantia, hi eliminandi per purgantia & hydrotica.

Hæc à me hæctenus fuisse ordinata pharmaca. Quamprimum ad ægrum accessit, curavi injici clystima, ex dec. sal. beton. stæch. arab. centaur. min. rut. anth. cham. sem. anis. fanic. carv. dec. ad. med. In col. ꝛx. dif. El. Hjer. dicarh. bened. lax. tereb. vino lot. mel. anthos. ol. cham. & rut. bis reiteratum. Egregia operatio secuta, ejectis copiosis excrementis phlegmaticis. Post præscripti hydromel. laxat. pro Menf. ex R. polyp. q. Enul. ir. Flor. Garyo. herb. sal. hyl. beton. abs. rom. card. ben. chamæp. meliss. anth. fol. sen. s. l. sem. chart. turb. al. Gum. hermodact. agar. rec. tro. cum cinnamo. & gal. minor. alternis diebus dimidium quart. sumplit, largâ succedente evacuatione, cum *in fine*.

Ad cerebrum corroborandum, & dolorem capitis demulcendum, de magnis punctiõibus erat querela & gravedine, ut vociferari coactus, curavi inungi futuram coron. & tempora, ol. Nuc. mus. express. ad Bals. succ. & major. ad aliq. gr. ambr. & mos. exin etiam dormire cepit,

antea insomnis. Cuc. ex flor. major. sal. anth. stæc. beton. cham. lig. alo. vernic. suc. al. Gall. mus. Us. masticat. ex mast. pyr. & agar. cum carne pas. sid. f. tro. Rot. cephal. ex sp. diamb. diamos. d. pliris archont. ol. still. suc. Nuc. mus. cum sac. diss. in aq. ceras. & sal. f. conf.

His trium septimanarum intervallo tantum profeci, ut ambulare valeat, at brachium adhuc immobile perdurat.

Ad reliquias extirpandas, validioribus opus videtur præsidii, ordinando Extr. pil. coch. aur. s. quibus, corpore sufficienter evacuato, ad topica & hydrotica devenirem.

Probarem unguentum ex ansero rosto farcto, frusto, carnis vulp. ping. galb. scrap. ammon. bdel. cast. myrr. lumbr. ter. sal. rosm. gr. Juniper.

Vel ung. cujdam mulieri à Valleriola ordinatum lib. 1. obs. 3. cujus medio pridem cujusdam sinistrum brachium resolutum habentis ut instar baculi dependeret, intra paucos dies integritati motus restitui.

Etsi alii commendent Elix. vitæ & Bals. destillata, mihi tamen sunt suspecta, quod verendum sit, ne tenuioribus partibus resolutis, vi ignea crassiores magis indurescant, post malum contumacius evadat, nec accommodatis amplius remediis cedat.

Aqua arthritica magis locum habere videtur, in parali ex colica &

H b

para

paralyti ab humoribus tenuioribus
ferosis concitata, qui magis resolu-
biles, quam pituitosi ac mucilagi-
nosi.

Quamvis nullis hactenus usus
sint unguentis, idque studio ac datâ
operâ, cum æger sit promptus ad
observanda præcepta medica, diebus
canicularibus ad finem decurrenti-
bus, æstuque remittente, regiâ viâ
incedere, atque decoctum ligni san-
cti cum sarfâ paril. administrare con-
stitueram, ideoque ab unguentis ab-
stinui, ne pori seu meatus nervorum
oblitii & pinguedine oppleti, impe-
dimento existant, quo minus post
materia morbifica, nervorum sub-
stantiæ inhærescens, per haustus su-
doriferos, elici queat. Sarsam paril.
adjunxi cum sit tenuium partium,
quò crassiorem materiam nervoso
generi impactam eò magis pollet
resolvere.

Post octiduum ab haustu istius
decocti, tum haud foret inconve-
niens, finito sudore unguento ex an-
sere rosto, quo principium spinæ

dorsi cum brachio affecto illinen-
dum: nam pedem absque horum
adminiculo suum facturum officium,
judico.

Siquidem malum hifce quantum-
vis accommodatis remediis non ce-
deret, admodum foret consultum,
si æger adventante vere in Thermas
Pipernias ablegaretur. Antè paucos
annos quidam Italus in lectulo de-
cumbens per bajulos ex Italiâ eò de-
latus, per plures annos sideratus, in-
tra 14. dies balneando tantum pro-
fecit, ut non modo sua munia ritè
obire potuerit, sed & Equo vectus
domum salvus ac incolumis re-
dierit. Thermæ ferinæ æquè cele-
bres.

Hæc mihi obvenère, quæ in gra-
tiam ægri, meam efflagitantis censu-
ram, Medicis Augustanis communi-
candam (suâ cognatorum ibi dimo-
rantium) literis consignarem. Fa-
xint superi, ut salutaria contingant,
& ad optatum sanitatis portum per-
ducant.

CONSULTAT. V.

*De casu Pleurítico & asthmatico admodum Reverendi &
Nobiliss. Dn. Henrici de Welden / Canonici Au-
gustani & Elvvacensis.*



Um T. N. aliquandiu di-
versis gravioribus sympto-
matis obnoxia, sed jam be-
nedictione & Gratia divi-

nâ aspirante, ab iis levata, optatam
recuperavit valetudinem, & à me
petierit, ut illa literis comprehensa
communicarem, quo si Ingolsta-
dium

diu redeundum ad studia continuanda, ea ostenderet Cl. Dn. D. Menzelio, Medico illic suo ordinario, ad dispiciendum, quibus morbis sit subjecta, & si in posterum ægrotare contigerit, exin ansa captanda, ad meliorem cognitionem & feliciorum curationem, paræquum præstare obsequium.

Et si T. N. Natura ac complexio sit melancholica, prout ex colore faciei livido ac fulco, corde pavido & vitæ solitariæ arguendum, non minus tamen symptomata illa, quibus hætenus fuit molestata, suam originem traxerunt ab humoribus phlegmaticis, seu pituitosis, idque ex accedenti, non læsâ facultate ex defectu caloris probam concoctionem procurare nequeuntis, sed ob gravissimos errores, in cibo & potu commissos. Siquidem illud Galeni effatû in T. N. verum deprehendi, quod in genere de Naturis melancholicis literis tradidit, quod sint edaces, ob Epatis (addo & Lienis) & venarum meseraicarum calidiorum constitutionem, exin cum hæ sint voraces, succum ex chylo in ventriculo elaboratum, citius æquo alliciunt, subinde os stomachi admodum sensile, ob sextum nervorum par ei à cerebro implantatum, lancinantes ac vellicantes, famem animale concitant, & ad cibum capessendum irritant. Cum T. N. Natura ita comparata, ut valde famelica & omnis

generis cibaria, citra ullum delectum, in sat justâ copiâ assumere solita, exin haud mirandum, quod successu temporis, sensim ac pederentim, ex indigestione ventriculi, à copiâ assumptorum gravati, collectæ & indies magis coacervatæ cruditates ac superfluitates phlegmaticæ, à quibus cuncta illa symptomata pullularunt. Est enim cruditas seminarium omnium morborum. Exin contigit, ut T. N. annuo abhinc spatio, quandam angustiam pectoris ac difficilem respirationem, præsertim si loca altiora scandenda, senserit, & cum de illo gravamine, cuidam Medico quæstâ, is autem malum illud susque deque habuit ac neglexit, nulla remedia præscripsit, & nihil aliud quam esse destillationes, respondit, & ita T. N. tum erat præstidiis Medicis destituta. Cum ante tres menses, sitos Dñ. Parentes visitasset, & dyspnæa quotidie auctior reddita, ut ægrè respiraret, insuper etiam ventriculus intumesceret cum dolore, operæ precium habitum, rem non ulterius procrastinare, sed mea requisita præsentia, ut accommodata Pharmaca ordinarem, quorum medio ab illâ molestia liberari queat. Cum Laphemium venissem, ex ~~utrovis~~ deprehendi, T. N. quoddam gravamen percipere, circa mediam pectoris regionem, respirationem esse admodum difficilem, indubium, quin iste affectus à nullâ aliâ

Hh 2

causa

causâ proficiscatur, quam à crassis viscidis phlegmaticis humoribus, in pectore hospitantibus, imprimis circa asperam arteriam hærentibus, & liberam aëris attractionem, impediuntibus. Cum igitur Pulmo & aspera arteria mucilaginosâ materiâ obliterata, anhelitus non potest habere liberum introitum & exitum expeditum, nisi istud obstaculum dimovendum, impenderet suffocationis discrimen. Huic malo occurrendo, seopus meus eo directus, ut illa materia crassa ac viscosa absterfa ad expectorationem promovenda, præviâ tamen universali totius corporis à superfluis humoribus, depuratione, nec spes concepta fefellit. Etenim cum T. N. usâ diversis expectorantibus facultatem absterforiam habentibus, præ cæteris celebrata aqua pectoralis, quæ ob tenuitatem penetrans, singularem vim exeruit, dum pituitosi illi humores absterfi magnâ copiâ per tussim rejecti, istâ remorâ dimotâ, post octiduum, dyspnæa recessit, locum liberæ respirationi relinquens, & tum T. N. à gravillio & lat chronico affectu, immunis evasit.

Cum T. N. iudicata in salvo, & in portu constituta 14. dierum intervallo post, cum intenso frigore hyemali, Equo vecta, inopinato ex repentino humorum affluxu, in latere sinistro circa mediam regionem sub costis emerfit ingens dolor puncto-

rius cum febre continuâ, tussi & difficili respiratione, cum vocatus apulissim, ex symptomatis illis velut signis pathognomonicis, cognovi affectum pleuriticum, cum eâ nocte cum tussi excreta materia purulenta & cruenta, admodum salsa & fervida, adeo, ut si per tussim procedens rejicienda T. N. dixerit, supra modum esse fatidam, salisam, acrem, & quasi igneam, ut sæpius in metu, ne fauces exederet. Materia illa suo fatore non tantum ipsi Dn. ægro in excernendo erat molesta, sed & mephitim spirando astantibus infesta, ut si stimulans per tussim expectoranda, putidus vapor per aliquot passum distantiam, odoratu perceptus, quasi intereanca omnia putredine occupata. Exin conjectura, pleuritidem illam in abscessum malignum versam, concitatum à materiâ sanguineo phlegmaticâ, cum bile mixtâ, sed corruptâ ac putridâ. Ad malum illud periculosum & multorum opinione functum avertendum, varia præscripta remedia, ad dolorem mitigandum & punctiones sub costis præter unguentum pectorale, Emplastrum anodynum imprimis fuit celebratum.

Quoad interna medicamenta ad dolorem & punctiones placandas exhib. ol. amygd. dulc. rec. cum jusco Gall. cum magno levamine.

Cum materia purulenta excreta salsa & fervida, indubium argumen-

tum ulceris putridi, maligni & corrodentis, non feriandum, sed omnis labor eò dirigendus, quo imputa & maligna illa materia absterfa, ad expectorationem promovenda, & simul per contemperantia illius acrimonia demulcenda, cum in finem ordinatum decoctum pectorale abstergens & alterans pro potu quotidiano usurpandum, interdum in illius decocti vitro cochl. i. syr. viol. f. contemperatum. At prerogativam habere visa aq. pectoralis, eam T.N. dignata est encomio singulari, & sic affite & aspirante gratia ac benedictione divina, Natura cooperatrice, & manu Medicæ adjutrice, quasi ex faucibus mortis revocata, cum ferè omnes visitantes, de recuperandâ valetudine, desperarint. Et sanè animus etiam meus, non raro de salute, erat in suspensio, anxius & sollicitus, ne materia illa salsa, acris & fervida, in transitu læderet ac exulceraret Pulmones, & ita ex charybdy, in scyllam incideremus, dum pleuritidi succederet Phtisis. Sed Deo Opt. Max. sit laus in ævum, qui malum illud avertit & plantanti Paulo, & riganti Apollini, suum dedit incrementum.

Ut autem T. N. in posterum, à consimilibus symptomatis præservari queat, plus momenti consistit, in observandâ accommodatâ diætâ, quam variâ medicamentorum farragine, proin T. N. in cibo ac potu,

sequentem modum observare debet, eò magis respiciendo, ut minus exorbitet in quali, quam in quanto, hoc est, cum T. N. obtigerit stomachus famelicus, minus noxium, appetitui satisfacere, plura cibaria assumendo, modo sint laudabilis qualitatis, & ita comparata, ut facilis concoctionis, & boni succi.

T. N. inprimis eò erit intenta, quò ad manum Vinum Neccaricum non adulterinum, in quo cardo sanitatis hæret, & ad præcautionem ab imminentibus morbis, plurimum conferet, cum ex in bona in ventriculo concoctio promovenda, cui post in Epate laudabilior succedat sanguificatio.

Quoad cibos, facilis concoctionis & laudabilem sanguinem generantes, sunt ex genere carnoso, caro bubula junior, vitulina, hædina, agnina, pulli Gallinacei, capones. Ex ordine volatilium, perdicis, atragenis & aves nemorosa.

Cum sæpius jejunia & abstinentia à carnibus incidant, ex piscium sorte, esset concessus usus Lucii junioris, ascia, trutæ, salmones, funduli. Juscula ex carne bubulâ, gallin, & capon. ova liquida, panatella.

E contrario devitanda cibaria prævi & crassi succi & difficilis digestionis, ut caro vaccina, porcina, salita & fumo indurata, anseres, anates, rapæ, brassica, lacticina, caseus & cruda obsonia. In quanto id observandum,

Hæ 3

dum,

dum, ne in uno convivio plura & varia cibaria ingerantur, ex inæqualis concoctio emergit & cruditates resultant, variorum morborum effectrices. Cum T. N. adstrictioris alvi, ad eam referendam, familiaris sit usus pil. Angel. vel alo. Ros. Aquap. ante cœnam 7. vel 9. cum vino.

T. N. ne sit ocio dedita, quin moderatum exercitium probandum, cum exin calor naturalis suscitatus,

vegetiore vadat, feliciore concoctio & superfluitatum excretio cõtingat, Quoad animi pathemata, lætitiã litandum, tristitia & nimia curę relegandã.

Si T. N. ea, quæ in ista meã instructione consignata ac comprehensa, observare constituerit, indubium, quin optatã gaudere ac frui valetudine in complures annos licitum. Faxit Deus O. M. ut omnia salutaria contingant.

CONSULTAT. VI.

*De Arthritide vaga mirabili, Dysenteriam subsequente,
ad Cl. & Excell. Dn. D. Horstium, Collegam olim
honorandum,*

S. P.



Um ita pridem, Clar. & Excellentiss. Vir, fautor & collega plurimum colende, tibi gratum fore retuleris, si affectum N. N. cum symptomatis concomitantibus, literis consignatum, communicarem, cum casus perquam rarus & speculatione haud indignus, quamvis ipsemet ab exordio morbi, curæ mecum adhibitus, & spectator & consultor, ut tibi, ceu viro erudito, haud grave, eum delineare, & causas rimari: & ne ligna in Sylvam. At cum mea manu, stylo & calamo illum adumbrare placuerit, id laboris effraganti detrectare, in decorum

æstimandum, eò magis, dum animum meum, ad istam provinciam suscipiendam, sat benevolum, coram ostendi: proin, ut fidem exolvam, & præstem pollicita, casum illum libero ingenio adornatum, & rationibus potius, quam autoritatibus suffultum, tibi perlustrandum transmitto, & æquum arbitrum constituo. Si ea ad tuum gustum, prout in votis, me cum ~~obvise~~ haud pœniteret insumptæ operæ: sin minus, non culpanda voluntas, (indubia affulget spes) & ad gratificandum animi promptitudo.

Vir doctus & honestus N. N. aũtã excedens 30. corporis habitu sat car-

nosq

nosō olim dotatus, complexionis à prædominio melancholicæ, subser-
 viente sanguine crassiore, prout ex
 colore faciei subfuscō, ingenio hebe-
 ti ac obtuso, animi moribus placidis
 ac verecundis, *μικροψυχία & ελιγοδαι-
 δαλία*, deprehendendum. Omnia in-
 terna viscera videntur ipsi à natura
 obtigisse sat justa ac convenienti
κρίσις correspondentia ac consen-
 ticentia, proin ab incunabilis usque
 ad præteritam ætatem (nisi quod se-
 mel, dum in Academiã operam da-
 ret literis, febre tertiana correptus)
 sat commoda usus est valetudine.
 Si membra principalia *δυσκράσια*, sani-
 tas tam diu inconcussa stare non po-
 tuisset, cum aliàs omne Regnum, in
 se divisum, haud diuturnum. Cum
 illi res angusta domi, dum apud Pa-
 rentes ævum traduxit, proin suda-
 vit & alsit, per ardua conscendit, ad
 famem compescendam, ex inopia,
 obvia quævis cibaria, nullo habito
 respectu, assumere, & ad sitim se-
 elandam, aquam haurire coactus.
 Ludum frequentans literarium, ubi
 ad supremam ascendit classem, ali-
 quandiu in ea hærens, continuando-
 rum studiorum gratiã, ad Acade-
 miam profectus, ibidem egestate
 pressus, victum & amictum famu-
 lando sibi comparavit, pravi succi
 alimentis non rarò fruiscens, cere-
 visiam insuper copiosam ingurgi-
 tans. Nupera æstate, mense Julio, in
 gravem incidit dysenteriam, mate-

riã parulentã & cruentã, sat largã,
 per alvum rejectã: ab eã liberatus,
 cum animi recreandi gratiã, æstuan-
 te celo, radiis solaribus acriter fe-
 rientibus exspatiatus, domum re-
 diens, vesperi in pede sinistro circa
 talum penè, intolerabilem sentire
 cepit cruciatum, loco intumescente
 cum calore & rubore; eo sopitò,
 dolor vagabundus, quadridui spaciò
 post, transiit in genu dextrum, eo
 in tumorem sat grandem levato, ve-
 lut è gutturnio materiam descende-
 re ac destillare, advertit. De hinc in
 oculos, serpsit, lippitudinem gravis-
 simam concitans, per dies 15. perfe-
 verantem, exin manante ichore ve-
 lut saniosò. Post in collum materia
 deflexit, in nervos se insinuans, cla-
 mosum peperit dolorem, ut per o-
 ctiduum id ne minimum dimovere,
 nec inflectere quierit. Hinc bra-
 chium & manum dextram occupa-
 vit: exin in genu sinistram descen-
 dit: tandem in brachium & manum
 sinistram se recepit. Bimestri post
 intervallò, linguam invasit, ea mira-
 bili modo, motu convulsivo exagi-
 tata, periodicè sæpius paroxysmo re-
 currente, salvã loquelã, mente con-
 stante, sensibus integris. Accesserat
 penè continuus *πνευμονία*, die noctu-
 que perdurans, quotidie aliquot va-
 scula plena aquosorum ac pituitoso-
 rum humorum exspuit æger, non
 rarò actu frigida, multoties falsa per-
 cipiens excreta, Incredibilis copia,
 aliquot

aliquot mensurarum, per illius morbi decursum, profluxit. Vagum illum omnium externorum membrorum vix ferendum cruciatum, infelix ager, in quartum mensem sustinere est coactus, eorum usu ex toto privatus, & quasi resolutus, ut in lecto quiescens, in dorso tantum cubare solitus, topicis parum proficientibus, & in casum adhibitis purgantibus: dum tandem, nutu ac Gratia divina aspirante, exantlatis tot ac tantis molestiis, beneficio decocti Rad. Chinæ cum Sassafr. in integrum restitutus. Haud de lana caprina prædictorum symptomatum fontem investigare, & causas indagare, ob quas, in tam truculentam ille malorum Lernam, inciderit. Casus haud vulgaris & contemplatione dignus, ut ingenii nervi non nihil intendantur.

Affectus ille, quo ager inauspicato tantoperè infestatus, ad archimidem vagam ac subsulcoriam, & quidem universalem totius corporis, jure merito referendus viderur, cum nulla particula ab ea immunis, quam non obsederit. In collum irruens, trachelagram; oculos molestant, ophthalmagram; linguam exagitans, *γλωττογρομ*: in humeros penetrans, omagram; in cubitum se insinuans, pechyagram; in manus fluens; chiragram; Genu corriprens, gonagram; in pedes descendens, Podagram invenit, ut nullus propemo-

dum totius corporis angulus relictus, quem non perreptans occuparet. O versipellem ac sævum carnificem, nullum articulum intactum prætermittentem, cui sua non admovent tormenta!

Ipsa *divrophia* ostendit, locum affectum esse penè omnium membrorum articulos, secundum cavitates, membranas, ligamenta & tendines, cruciatum sustinentes.

Cum autem dolor sit symptomæ actionis animalis læsæ, & quidem depravata ipsius sensus tactus: proia aliquem morbum habebit Antesignanum, qui vel ex intemperie, vel continui dissolutione prodibit. Non ex sola & nuda intemperie, quia ingens dolor se exeruit, conspicuo haud parvo tumore. Exin continui divisio erat in culpa, materiâ influxâ vel suâ copîa divellente corpora nervosa, vel acriore qualitate mordente, & quasi dilaniante. Cum primæ qualitates, calor & frigus, solùm alterando, magnum dolorem concitare nequeant, nisi tantus excessus, ut continuam distrahant,

Quoad causas, constituendæ vel internæ, vel externæ. Internæ vel immediatæ, vel mediata. Quoad immediatæ, aliæ esse nequeunt, quàm humores pituitosi, serosi & ichores biliosi, (qui instar vehiculi excrementitiarum superfluitatum, eas attenuando & fluxiles reddendo) non tam primis qualitibus,

calo.

calore & frigore exorbitantes, quàm secundis qualitatibus delinquentes, quatenus sunt imprægnati spiritibus salinis, nitrosis, aluminosis, vitriolatis. Suâ proin acrimoniâ, aut malignâ ac virulentâ qualitate, partes ^{humidiores}, ac sensu exquisitò dotatas, rodentes, vellicantes, lancinantes, vel copiâ distendentes, dolorem proritant. Eò accommodari potest id, quod Hippocr. lib. de Piscia Medic. eleganter & verè literis tradidit: Non calidum, frigidum, humidum & siccum, magnam habet vim agendi, sed amarum & falsum, dulce & acidum, inspidum & acerbum; quæ & si in mixtione, & mixta inter se contemperatione, neque cernantur, neque molestiâ afficiant, tamen ubi horum quidpiam secretum fuerit, & per se extiterit, tum & conspicuum fieri, & hominem molestia afficere, & noxam inferre, &c. In Patientè nostro, cum serositatibus commixtos ichores pituitosos & biliosos, exin arguendum, quod tumores in articulis se ostentantes, sat duri, contumaces, agrè resolubiles, cum calore & subflavo rubore: materiæ autem virulentiam, prodit cruciatus atrocissimus & pervicacissimus.

Quoad causas medias, possunt esse generantes ac mandantes, & recipientes. Cum constitutum, humores serosos ac pituitosos, & ichores biliosos excedentes immanis il-

lius doloris authores: hi à calida Epatis intemperie provenient: illi autem à cerebri & ventriculi ^{diversioria} frigidiore ac humidiorie emergent. Humores illi superflui, in venis collecti, cum ad nutritionem inepti, indies magis sensim coacervati, tandem vel suo prope nutu ac sponte, repagulis solutis, instar rivuli, è vasis, velut tubulis, per ^{diversioria} exillire, & in subditas partes dimanare solent: vel quantitate aut alienâ qualitate, irritata facultas expultrix, noxios illos ac naturæ adversos humores persequens, procul à se amandare contendit, & velut sarcinam, in extimas partes deponere satagit.

Quoad causas externas, ad congeriem illorum vitiosorum humorum, & colluviem serositatum, haud levem occasionem suppeditarunt, varia coincidentia. Primò namque, etsi illi à natura obvenerit sat laudabilis complexio, & interna viscera, concoctioni & generationi humorum, destinata, ita temperata, ut à pueritiâ ad præteritam usque ætatem, inculcata permanserit sanitas; at ob gravissimos errores, in victûs ratione commissos, dum ex defectu, urgente fame, quosvis cibos oblatos, indiscriminatim abligurire, & ad sitim frenandam, non Baccho, sed Lymphis litare, præsertim postremo hoc biennio, ob annonæ difficultatem, & vini caritatem, hydropotam agere, coactus; olim etiam ^{quosvis cibos} sectan-

sectando, cerevisiam mensuratim absorpsit. Exin mala *Algetis* internis visceribus impressa, quæ non raro multis annis latet, dum progressu temporis, pedetentim succrescentes vitiosi humores, tandem levi accedente incitamento, erumpant. Elapsò Mense Julio, dysenteria sat gravitentatus, in tertiam septimanam perdurante, ob acrimoniam humorum, exulceratis intestinorum tunicis, materiâ purulentâ & cruentâ haud modicâ excretâ. Ab ea immittis, cum bellè sibi restitutus videretur, & corporis exercendi gratiâ, & animi pascendi causâ, sub dio fervido exspaciatus, à calore solari fusus humoribus, æ in furorem actis, ex omnibus venis, velut reseratâ cataractâ, magnò impetu, stillantibus, & in articulorum cavitates se insinuantibus, universali arthritide est correptus.

Sed undè tantus superfluum humorum exortus atque proventus! haud abs re, perscrutari rationes paulò pressius. Quia ob præcedentem dysenteriam, tum crebrum aquæ & cerevisiæ potum, calor naturalis nõ parum violatus & debilitatus, ventriculus exin cumprimis refrigeratus, prout & cerebrum, tum ob consensum sexti paris nervorum, illius orificio implantati, tum ob frequentem ac diuturnam in Templis moram, frigidâ ac humidâ affectum inrempere. Id ex inappetentiâ &

si vixi Cuius, penè assiduâ partim aquosi, partim pituitosi crassioris, interdum salis, & actu frigidioris humoris percepti expuitione, indies aliquot vaicula sat ampla replendo, innotuit. Materiam illam tum è capite descendere sensit, tum ex ventriculò vapores ascendere animadvertit, qui in ore coagulati, denuò in aquam conversi, more *peristaltici* circulari generatione pronatorum, exhalationibus humidis ad mediam aëris Regionem subvectis, à frigore concretis, & guttatim depluentibus.

Illius occasione, exactò Mense, à captò morbò supervenit mirabile & miserabile illud symptoma, quidam motus convulsivus linguam corripens, ea invitò ægro quaqua versum agitata, variis modis exultante ac cespitante, haud sine stupore spectantium, accedente faucium contractione, cum suffocationis periculo. Is paroxysmus per intervalla repetebat, quodam die, penè singulis horis invadens. Necessum est læsum fuisse vel nervorum principium, vel musculos linguæ, cum nervis infertis. Non illud, quod mens incorrupta, & sensus integri permansere, loquela non ex toto intercepta, ut Dei opem atque auxilium imploreret. Existimarem septimum nervorum par, movendæ linguæ destinatum, ac in ejus musculos variè dispersum, præter naturam affectum, illius propaginibus, vel materiâ pitui

tuitosâ repletis, vel potius ea maligna qualitate imbuta, extimulante facultatem expultricem, ad rem inimicam exterminandam. Cum autem æger ille universali totius arthritide divexatus fuerit, id mali, à solius capitis depluviò, prodiisse, Rationi haud videtur consonum, cum ibi tanta superfluitatum saburra generari, & dimorari nequierit, sed alibi materiam collectam & transmissam, à vero non alienum, & talem productionis modum statuerem.

Cum materia liquida, in cibo & potu assumpta, ad chyli ἀνάδοσιν, & massæ sanguineæ distributionem inserviat, proin Hippocr. haud infcitè, serum vocat ἔχρημα τῆς τροφῆς vehiculum nutrimenti. Non enim chymus in ventriculo, ex cibariis elaboratus, ob crassitiem commodè in venas transire, nec facilè per venas Epatis admodum exiles & angustas commeare posset, nisi tenuis quædam & aquosa humiditas admista, cujus attrahendæ gratia ipsi Renes destinati, è qua postmodum urina suam habet ἰστίον, per emulgentes attracta, & per ureteres delata ad vesicam, partim sanguini contemperata, in omnes venas & arterias defertur, ad ejus diductionem necessaria. Serum hinc muneribus perfunctum, non amplius retrocedit in vasa, naturâ regulariter operante, sed in corpore benè dispositò, in tertia illa concoctione, quæ in venis peragitur, atte-

nuatum sensim resolvitur, ac in vaporem abit, qui vel insensili expiratione evacuatur, vel sudore emittitur. Si Renes in attrahendo sero seniores ac imbecilliores, vel habitus corporis densior obtingat, ut nec per ἀήλον ἀερίον exhalare, nec per sudores ejici queat, tunc natura in eo strenuè elaborat, semper studens sequestrare malum à bono, ut istud onus, sibi molestum, avertere & aliorum exonerare valeat. Hinc serositates illæ accumulata, vel copia è venis ultrò, instar fluminis alveum excedentis, promanare solent: vel acriore ac malignâ qualitate incitata facultas expultrix, eas ad membra extrema, propulsare consuevit.

Cum igitur in ægro illo, ob prædictas in cibo ac potu exorbitantias, præsertim ob πολυποσίαν, copiosum olim cerevisiæ & aquæ haustum, serosi humores, in omnibus vasibus redundantes, conspirante indigestione ventriculi, capitis depluviò, infirmitate Renum, sudoris interceptione, indies magis congesti, dum vel sponte, vel accedente stimulo quantitatis, aut alienæ qualitatis, ad extimas partes amandati, & articulorum cavitates pertingentes, velut obice obiecto, terminum & fixam sedem acquisiverunt, ulterius fluere nequeunt. Cum primis autem humores illi ad cursum provocati à causa προναβαρῆσιν, dum ægro sub sòle ambulante, radiis perurentibus concepto

igni, ac exin concitata ebullitione, instar Euripi exaestuantis, aut multi in dolio effervescentis, è vasis majoribus ad minora, dehinc ad minima, & successivè despumantes, ad extremos artus derivati, & ibidem firmati ac intercepti, non tantum cruciatus illos pepererunt, sed & effervescentes & φλόγην concitantes, febriculam induxerunt.

Tametsi ad ~~videt~~ illud extirpandum, varia præsidia medica & interna & externa adhibita, at omnia vana ac irrita.

Affectu illo gravissimo tam refractario, in tertium mensem renitente, & discruciante, cum argumentis haud levibus ægro demonstrassem, siquidem ab illa tyrannide liberari exoptet, opus esse hydroticis, materiam nervoso generi & articulis impactam, attenuantibus, & per sudorem discutientibus. Id consilii æger, obstante etiam ac refragante aliâ imperitorum turbâ, ob hebetudinem mentis, non rarò optima Medicorum attentata, retardante & everrente, aliquandiu surdis auribus prætermisit, virium præterdens imbecillitatem, eam Remoram, quò minus curam suscipere & continuare posset, Tandem urgentibus doloribus, re velut proclamata ac desperatâ, assensum dedit. At in suspensio, anceps ac dubium, qualis cura magis proficua. Etsi prima fronte ob ~~fluvi~~ ~~quò~~, ex frigida ac humidâ ven-

triculi & cerebri intemperie pronatum, decoctum ligni sancti videretur haud incòveniens: at id disuadebat virium prostratio, natura diurnis & nocturnis doloribus fracta, totius ~~ἀποφία~~, & calidior Epatis ~~διουραία~~.

Proin in eam descendi sententiam, (cò magis, dum animum ipsius ægri, uxoris ac socrûs, ab illius usu, per quàm alienum adverti (Trigâ illâ manibus, pedibusque reluctante,) ut proponerem decoctum R. Chinæ cum portione Salsafrae, hisce fretus conjecturis. Cum per aliquot hebdomadas calores non naturales observati, nec immunis æger à lentâ febriculâ, à leviori putredine ac fervore serosorum humorum, ob præcedentes obstructions, succensâ.


2. Quia aderat calidior Epatis constitutio. 3. Omnium partium consumptio, ob ~~ἀναξήτιαν~~; per aliquot enim septimanas jurulenta tantum assumebat. 4. Virium imbecillitas. 5. Quod ventriculum haberet fastidientem ac nauseabundum, abhorrentem & averfantem insuavia. Erat enim Patiens valdè impatiens, mollis ac delicatus. 6. Quia non soli humores serosi ac puitosi, sed & ichores biliosi & salii, haud carentes malignitate illorum cruciatuum effectores. Exin, cum China temperata in activis, & in provocandis sudoribus haud insignis, superfluos quidem humores resolvens, utiles autem intactos relinquens, vel ad minus,

nus, eos haud multum depascens, palato insuper grata, prerogativam habere visa, addita portione Sassafras ob majus ventriculi solatium, & insimul crassiores humores in nervosis partibus defixos, magis attenuandos ac resolvendos, felici auspicio, illa cura est inchoata, & prospero successu ad finem perducta. Haustu sudorifero matutino tantum assumpto, quotidie semel duntaxat, habitam ratione virium, sudabat, naturam binum sudoris elicium haud tolerante. Sat commodè ferens, indies affatim sudavit. Intra dies 14. dolores evanescere, appetitus prostratus rediit, corpore obefiore facto, *αἰσθησιμὸς* recessit, mense exacto, tumores etiam resoluti, sat commodè incedere, cibum ipse capere, & alia ritè obire munia cepit, vindicatus in pristinum sanitatis statum. Si aeger dicto obediens, nec tam mo-

rosus ac querulus, adhibita majori patientia corporis & mentis, haud dubiè maturius, amissam recuperasset valetudinem: vires etiam imbecilliores obstaculo, quò minus generosa licitum experiri remedia. Galenus quidem lib. 1. Meth. monet, Medicum debere aëgris suæ fidei conceditis, imperare, haud secus ac Duces militibus, aut Reges subditis: at nostrates tale imperium non ferunt, oportet rogare, & penè supplicare cogimur, ut salutaribus pareant consiliis: exin nil miri, si non raro Medicus ad exoptatam metam pertingere nequeat. At benedicto sit laus in ævum, qui illius tandem miseratus, plantanti Paulo, & riganti Apollini suum dedit incrementum, cujus clypeo, & re, Vir Clariss. obtectum pervelim. Ex Musæo Ulm. 20. Januarii, Anno 1624.

CONSULTAT. VII.

Per literas habita ad Cl. Dn. D. Joh. Oberdorferum, Medicum Illustr. Styriae Provincialium Gracensium, de adversa valetudine Generosa Conjugis Illustr. Dn. Offonis de Teuffenbach / catarrhosa, dolore lumborum & claudicatione, fæmoris utriusque.

 Uò diutius ac longinquius alter ab altero se jungitur, tu in inferiore, ego autem in superiore Stiriâ, eò magis tui teneor desiderio, nec ulla dies præterit, quin singularem benevolentiam & candorem animi erga me tui, memoriâ mecum repetam. Pridem per Epistolam te salutassem, si quidpiam scriptione dignum occurrisset.

currisset, nunc verò, cum occasio oblata, non inanem chartam transmittendi, sed de rebus Medicis conferendi ac tecum colloquendi, id mihi gratum ac jucundum accidit. Etenim ab Illust. ac Generos. Dn. Offone, L. B. de **Teuffenbach** / sum exoratus, cum Generosa Coniunx, Baronissa **Teufflin** / variis infestatur symptomatis, ut casum consignarum, tibi dijudicandum proponerem & quid opus factu consultaremus: quare illius petitioni obsecundans, cuncta symptomata significanda duxi. Sunt autem præcipua, de quibus querela: crebra à capite in subjectas partes destillatio, vertigo, cordis palpitatio non assidua, sed quæ per intervalla redire solet, dolor non exiguus in lumborum vertebris incipiens, ad plantam pedum se extendens, cum claudicatione & fæmoris ἀρεσφία: uteri fluxus albus inordinatus.

Siquidem Generosam ægram in integrum restituere voluerimus, necessitas requirit, ut causas habeamus exploratas. Nihil est, quod perinde bonam valetudinem destruat, ac diversa partium nobilium crasis, quæ in unum conspirare & concordiam observare debent, si salutem totius corporis procurare velint, ubi dissidia extorta, ceu in Republ. bellis intestinis concitatis, bonum publicum disperit. Quare cum Generosa ægra ex commissis in victu erroribus,

viscera interna, non parum violarit & inæqualem intemperiem induxerit, exin nihil miri, quod tantam valetudinis jacturam fecerit. Nam ut à capite & ventriculo exordiar, in dubium, quin istæ partes à cibariis inordinate sumptis, & aquæ copiosiore haustu, cum à Natura abstemia, læsa, calore debilitato, coctiones indies magis vitiatæ, plurima producerint excrementa. Cum cerebrum obtigerit humidum, defluxionibus valde obnoxium, ex quo ceu Equo Trojano, potiora prodire symptomata. Etenim serosi ac pituitosi humores à capite delabentes, & per spinalem medullam & lumbi vertebra decurrentes, dum se in nervos insinuant continuitatem solvendo dolorem excitare, dum eos replent, distendendo secundum latitudinem, secundum longitudinem autem abbreviando, claudicationem causare solent, & dum propter obstructions nervorum circa finem spinalis medullæ prodeuntium, spiritibus animalibus non pateat liber commectus, pes dexter, debito alimento privatus, contabescit. Vertiginosos motus in cerebro fieri existimo à vaporibus, ex impuro utero evectis, qui inordinato motu divagantes, spiritibus animalibus commixti, eos in gyrum agitant, à vaporosa & flatulenta materia, cor impetente, dum eam facultas expultrix, ceu rem inimicam, à se amoliri

conten-

contendit, tremulus concitatur motus. Uterus à capite & ventriculi indigestione, excrementa suscipit, quo Natura ea, velut ac publicam sentinam, exonerare & amandare solet.


Hiscè præmissis, jam ad medendi rationem me conferam, cerebrum catarrhosum depurandum & exiccandum, & unà cum ventriculo ad justam ^{in xog. s. l. s.} revocandum, uterus itidè depurgandus. Istos scopos assequi, etsi difficile, cum affectus chronici, sed cum Generosa adhuc sit juvenula, nec ullum generosum præsidium experta, haud desperandum, de meliøre sanitatis statu. Cum triplicia auxiliorum genera, dietetica, chirurgica & pharmaceutica, prætermittà diatã, quoad chirurgica, venæ sectionem medianæ probarem, e-ventilationis gratia: nec improbarem fontanellam brachio sinistro &

cruri dextro inustam, quo pateat tot superfluis humoribus effluxus.

Quoad pharmaceutica, pro totius corporis evacuatione præferenda pilulæ cephalicæ ex extracto mass. pil. coch. aur. sine quibus. Extr. Panchymag. Croll. etiam multum conduceret. Vinum medicatum ex herb. beton. meliss. anth. hyss. abf. rom. card. bened. a. p. i. R. Enul. fænic. a. ʒij. fol. sen. f. l. ʒx. Agar. rec. tro. ʒiij. Turb. El. ʒij. R. Jal. ʒiij. Jujub. dactil. a. ʒß. crem. Tart. ʒiij. gal. min. ʒj. cinnamo. ʒiij. pro ʒb. ʒ. vini & aq. meliss. ʒb. i. f. fac. cum sindon. alba. Corpore probè mundificato, placeret decoctum lig. sancti & sarfa paril. & modico lig. lassifr. concinnatum, ad reliquias resolvendas & partes corroborandas. Quæ tibi ponderanda committo.

CONSULTAT. VIII.

*De casu Viri Nob. & Consiliaris Rudolphi II. Imper. conque-
rentis de dolore capitis, cervicis motu tremulo, destillatione in sub-
jectas partes, ad Cl. Dn. D. Walterum Kiechelum, & Davidem
Verbecium, Medd. Resp. Ulm.*

 Unctâ symptomata quibus Nobiliss. Dn. molestatur proponenda duxi, quo commodior fieri queat de- liberatio ac consultatio de causis morbificis & medendi ratione. Haud levis est querela de gravedine

ac dolore capitis, dextræ regionis, cervicis motu tremulo, pericranii Erysipelate phlegmonode, destilla- tionibus in subjectas partes, cervi- cem, humeros, & pectus decumben- tibus, lassitudine brachiorum & pe- dum, ut ea ægrè sublevanda, his con-

juz.

jungitur debilitas ventriculi & inappetentia. Hæc existit *rudgum* symptomatū Dn. ægro fastidiū parientium, quorū jam fomitem seu scaturiginem investigare convenit. Cum illi obtigerit cerebrum calidū & humidū, ventriculus frigidior, Epar calidius, quid miri si à tantā viscerum dyscrasiā tot cōcitentur tempestates. Etenim cum ventriculus imbecillior cibaria assumpta haud benè digerat, exia multæ resulentur cruditates & phlegmaticæ superfluitates, quæ inappetentiam invehunt. Cum Epar calidius, massa sanguinea etiam calidior evadit, & biliosior, exia Erysipelas in pericranio emergit, quin & à calidiorē Epatis constitutione vapores copiosi in cerebrum sublati & coagulati, distillationibus materiam suppeditent, quæ in subjectas partes depluentes, tam varia concitant symptomata. Sed ad Naturam etiam probam evertendam, & tam diversā symptomata causanda, in culpā enormes in victu excessus, cum Dn. æger per annos complures in aulā Cæsareā vixerit, vna Austriaca & Ungarica nervoso gene-

ri inimica, in copiā hauserit, quin exia mala qualitas cerebro & nervis impressa, ut vi suā Mercuriali seu narcoticā, multum damni intulerint. Cum illa symptomata sat chronica, exin conjectura, quin haud facili manu extirpanda, non minus de commodiore sanitatis statu haud desperandum, si Dn. Patiens præceptis Medicis obsequium præstiterit,

Quoad præsidia medica, venæsectio Medianæ in dextro brachio eventationis tantum gratiā.

Corporis & capitis evacuatio per pil. cephalicas instit. ex extracto M. pil. coch. aur. sive quibus non unā vice reiterandæ.

Si quo in medio aliqua spes locanda, ad catarrhosam materiam resolvendam & nervosum genus corroborandum, in primis arideret, decoctum Chinæ, velut temperatum, vel si animus Dn. Patientis magis inclinaret in usum Thermarum, præferrem Cellenses, illi subjecto, admodum convenientes. Quæ vestræ censuræ committo à Deo O.M. ut salutaria succurrant, precatys.

CONSULTAT. IX.

*Ad Dn. Casparum Hillerum, Pastorem Reip. Isnensis,
de Filio Maniaco.*



Ristem illum & acerbum Filii tui casum, dum deploranda *postquam* ex ho-

mine conversus ac transmutatus in non hominem, cum singulari *evanescens* affectu, percepi. Quid enim calamito-

lamitosus, quid miserius, suâ orbari ratione talem Virum, qui literis haud trivialiter tinctus, qui jam agens verbi divini præconem, de genere humano bene mereri: sibi utilitati: parentibus solatio ac gaudio: Patriæ ornamento esse potuisset. O Autam sortem? ô fatum haud propitium.

Faxit Deus O. M. ut brevi recuperare valeat pristinum sanitatis statum & vigorem corporis ac mentis. Interca nullum præsentius levamen, quam æquo ac moderato animo ferre, quæ mutare non consistit in nostrâ manu. Si Abderitani olim anxii ac solliciti pro salute Democriti Philosophi, ipsum insanire putantes, dum in publicum prodians, cunctas actiones humanas velut ineptias, deridere est solitus, proin Hippocratem ad medicandum, decem Talentis inescatum, loco præstita operæ, accersivè, ut conservaret & restitueret in integrum, corpus sapientiæ. Quid miri, si Patri, pro insitâ à Deo & Naturâ *rogatâ*, curæ ac cordi, incolumitas Filii, non tam humanarum, quam divinarum rerum scientiâ, haud ita pridem imbuti, nunc autem exorbitantis, ut liceret postliminò revocare *rogatâ* corporis & mentis. Quare cum constitueris quorundam Medicorum adhibere operam, & meum efflagites consilium, nihil magis in votis haberem, quam ut divini Numinis *asslatu*,

quidpiam opis adferre, in meâ esset facultate, in id tamen unice incumbam, ut exin innotescat mea benevolentia, & ad gratificandum animi promptitudo.

Pauca illa symptomata in literis consignata, videntur proderè Maniacum potius, quàm melancholicum affectum. Dum refers, Filium vagabundum, inquietum, ut compedibus coercendus, sævum blasphemis, jurgiis, & minis omnia complentem, qui irruenti mores non nisi ab humore cholericò incenso, prodire possunt, proin velut signa pathognomonica, demonstrant, Filium ipsâ detentum Maniâ. Quæ cum sit symptoma actionis animalis lætæ depravatæ, & quidem Principium facultatum, in cerebro residentium, afficitur autem secundum anteriorem & mediam regionem, cum imaginatrix & rationatrix, suum rite obire munus nequeant. Oportet igitur investigare causas, quæ centendæ vel internæ, vel externæ. Quoad internas esse possunt vel immediatæ, vel mediatæ. Quoad causam immediatam, alia esse nequit, quàm calida & sicca intemperies in cerebro concepta. At quis modus generationis, ut ob hanc intemperiem, Patiens eò miseræ deveniat, ut tam ferox & indomitus evadat. Cum omnis actio immediatè & principaliter à suâ dimanet facultate, hæc autem quoad suam Essentiam,

kk

sentiam,

entiam, sit immutabilis, nulli alterationi obnoxia, necessum est, ut à re alienâ offendatur, dum à propriâ actione aberrat. Tota culpa consistit in spiritu animali, in quo velut subiecto ipsa facultas recepta hæret, eoque tanquam primario instrumento utitur, exin cum spiritus sit alterabilis, qui & calidus ac frigidus, opacus & lucidus reddi potest, contingit ut facultas diversimodè operetur, pro Natura & qualitate spiritus recipientis. Quare si accidat, ut spiritus ille, quoad primas qualitates frigidior ac siccior, quoad secundas opacior seu obscurior evadat, tum facultas animalis suas exercet operationes modo depravato cum mænore ac timore & quiete potius, quam motu: si verò spiritus quoad primas qualitates calidior ac siccior & magis igneus, quoad secundas pellucidior reddatur, facultas omnia peraget motu assiduo ac violento, & cum audaciâ ac temeritate, exin in affectu Maniaco quicquid agit præter Naturam, id contingit ratione spiritus calidioris & ignei effecti.

Quoad causas internas mediatas, quæ somitem subministrantes, facultates corruerunt, aliæ haud existimandæ, quàm succi calidi, humores biliosi & atrabilarii, nonnihil denisti, spiritibus disturbandis ac distemperandis, inprimis accommodati, nec non intemperies calidior & siccior Epatis & venarum mese-

raicarum, illis generandis & accumulandis apta atque idonea. Quoad causas externas, quæ plurimum contulere ad saburram pravorum illorum humorum coacervandam, & Rationem de suo statu deturban-dam, mihi potiores videntur, dum Baccho indulgendo, vinis generosis in Alsatiâ in copiâ haustis, massa sanguinea inflammata, num fortassis more Juvenili, clandestinos in pectore foverit amores, qui reddunt amentes. Cum mihi ignotum quâ in primis occasione Filius in malum illud præcipitatus, sed parùm refert, potius in eo elaborandum, quomodo ab istâ molestiâ liberari queat, cum in lat profundum delapsus puteum, haud curiosè sciscitandum, quomodo deciderit, quin magis intentos nos esse oportet, quamnam ratione extrahendus: utinam tantum mihi robur, ut aliquod levamentum præstare valeam, in revocandâ Ratione à *utroque ad xebri.*

Cum valdè arduum ac operosum videatur, malum illud eliminare, cum jam non amplius in *exib.* sed *est* constitutum, altiores defixerit radices, sat diu duravit: omnes attribularii affectus, ob crassitiem & lentorem humorum & occultam quandam qualitatem *ro. d. r. i.* præferentem (more solani furiosi mentem evertentis) vix magno labore averruncari queant, benignioribus pharmacis non cedant, vehementioribus

bus non raro irriterentur ac exasperentur: ipsi aegri spreis salutaribus consiliis, suo tantum Genio indulgentes, in assumendis remediis valde sint refractarii, dum seipso non cognoscant, sed corrupta phantasia putent, se non insanire, sed sapientissimos esse, proin haud indigere medicina, prout etiam Filius tuus tibi persuadet, se sapientissimum, sanctissimum & doctissimum, sed animus haud abjiciendus, quin praesidia medica expedienda, a summo Aesculapio benedictionem expectando. His praemissis jam me conferam ad medendi rationem. Humores biliosi & atrabilarii erunt exterminandi, & dyscrasia viscerum calidior, Epatis inprimis, cordis & cerebri ad vitam temperiem revocanda, per alterantia frigida qualitate dotata: Victus rationem Medico ordinatio committo praescribendam.

Quoad chirurgica, testatur experientia, complures Maniacos a primariis Medicis in cassum tractatos, ab Empiricis restitutos sectione aliquot venarum cum haud modica sanguinis depletione, Ab apertione venae medianae, ad cephalicam dextrae manus & ipsius etiam frontis deveniendum. Cum Natura Filii sit sanguineo cholericam venam narium etiam incedi & haemorrhoidibus Herudines applicari possunt magno cum profectu. Ad ichores pravos, qui foris item suppeditant, averten-

dos, probarem fontanellam in cruce dextro & brachio sinistro, quarum beneficio complures restitutos constat.

Quoad Pharmaceutica, cum Filius sit tam immorigerus, & obstinatus, si obtrudantur medicamenta in suavia & in majori dosi, pro sua virili repugnabit. Si obedientiam praestaret, probarem syr. d. Elleb. n. Hier. rogadii forma Boli. flor. anrim. cum conf. ros. vel syr. Emeticum Angeli Sala.

Lap. arm. aut Laz. rite praep. 50. aq. bug. loti. ʒʒ. vel ʒij. El. diazath. diafen. lax. a. ʒij. f. B. cum fac.

Quoad alterantia. Ad fervorem massae sanguineae contemperandum, plurimum adjumenti sperandum, a sero lact. capr. optime depurati ad lb. 2. ʒ. cum: j. vel ʒiʒ. syr. d. borag. per dies 15. continuando. Cum enim vim habeat abstergendi & nitrosam qualitate alvum leniter subducendi, & biliosos humores dejiciendi, exim mirifice Maniacis confert. Si renuat tantam copiam una vice haurire, posset exhiberi pro potu quotidiano, ad libitum, efficacius, si epithymum in sero decoctum.

Pro cerebri & cordis alteratione & confortatione, R. conf. fl. Ros. sylv. ʒj. bor. bugl. Nymph. an. ʒvi. lact. cum fac. condit. ʒiʒ. myrob. Embl. condit. ʒij. sp. diamarg. fr. d. Gem. fr. an. ʒj. marg. praep. ʒʒ. conf. alker. Monspeli. ʒj. cum syr. pom.

Kk 2

redol.

redol. f. Elect. manè & vesperi Nuc. mosc. Si materiâ in cerebro intimius impacta conferet sternutatorium, ejus pisi mag. nar. attr. ℥. sem. nigell. R. Ell. n. præp. an. ℥j. ina. Galv. anthof. a. ʒß. mol. gr. ʒ. f. p. vel ex fol. Nocoti. cum ol. anis. præp. & flor. lil. conval. Cum Filius valdè inquietus & effrenis, ad ferociam remittendam, urget necessitas, confugere ad hypnotica & narcotica, Hoc præcellens, cujus usu vidi non semel ad se rediisse Maniacos, ℞. aq. ros. ʒviij. op. Theb. ʒß. cro. ʒß. M. lin. teola dupl. imb. & express. cal. fronti & tempor. aph. nares abiu. guttis etiam aliquot injectis,

Laud. op. cū magist. gr. ʒ. 4. cū conf. ros. vel f. pil. sæp. exh. syr. d. pap. ʒij. cum aq. bor. & lact. Ung. hypnotico tempore inung. ℥. ung. popul. alab. an. ʒij. op. theb. gr. 9. M.

Penotus in phrenesi & Maniâ de prædicat hunc potum, ad stipulatur David Crusius, se isto experimento, præcedente purgatione ex flor. antimonii fixi quendam literatum phreneticum, & præter omnem spem reduxisse ad sanitatem mentis. ℞. Moschi. gr. 12. camph. gr. 20. aq. ros. rub. cum tinct. sant. rub. impræg. ʒvx. M. Capite de raso, madefiat linteam dupl. in hoc liquore, & tepidè per omnes capitis fucuras, applicetur, ubi resiccata fuerint, iterum imbibe, & per horas 24. applicationem continua. In Maniâ autem sapius &

calidius ad movendum suadet Penotus. Quæso æquo ponderent judicio Medici præsentés, utrum illud præsidium, in tuo filio locum habere queat, posset si non magno cum emolumento, ad minus citra metum ullius damni fieri periculum.

Pro ablutione crurum, brachiorum & manuum ad somnum concili. ℥. fol. vitium, lact. viol. a. m. j. f. alicum, fl. Ros. viol. nymph. bug. a. in ʒ. cap. pap. 4. dec. in ʒ. aq.

Rilum mihi expressit ridiculum Idiotarum consilium, qui vanâ opinionione duce, sibi persuadent fore, ut Ratio corrupta possit redintegrari, adhibitis virgis & flagellis. O cæcas hominum mentes, Cum Anima Rationalis sit immaterialis & inalterabilis ejus Essentia, ac per se immutabilis, si à suâ Naturâ recedat & perperam discurrat, id contingit, quod illius domicilium, cerebrum, in quo suas exercet operationes, sit malè dispositum, & vitiosâ affectum intemperie. Quando Ratio ex suâ orbitantiâ dimota, plagis & flagris ad munia ritè obeunda, compelli queat, restitante *κακοπραγία* viscerum, & remanente *κακοπραγία*, quorum culpâ Ratio est corrupta. Tales consultores, qui insaniam insanendo curari posse existimant, mihi cum Cratone Medico Casareo, magis insanire videntur, quàm ipsi Maniaci. Etsi virgis casti ferociam, metu verberum, aliquandiu deponant, quietem simulent,

lent,

lent, & more ferarum cicurati appareant, non minus tamen brevi ad pristinos redeunt mores. Medici illos non irritandos, sed molliter tractandos, censent, quod ad iram provocati, dum animus excandescit & effervefeat, magis furibundi eva-

dant. Hæc mihi obvenere literis consignanda, faxit cælestis Æsculapius, ut exin aliquis ad filium fructus redundare queat, efficiatq; pro meo voto, quò mens sana revirescat in corpore sano.

CONSULTAT. X.

*De Orthopnæâ gravissimâ Dni. Præfœti Isniensis, lethali
ad Dn. D. Emanuelelem Didymum Reip. Campodanensis Medicum.*

Non dubito, quin recenti adhuc teneas memoriâ meum in Patientis nostri cænaculo consultantes, quid opus sit factò, in ambularemus, cum inter cætera remedia, vinum chalybeatum per decem dies infundendum, esset propositum, asseruisse, magnum instare periculum, nè æger prius suffocetur, quam illud præparandum, parum abfuisse, quin hisce diebus vaticiniû illud adimpletum. Etenim à tuo statim discessu, per octiduum tam strenuè cum Morte colluctando, se exercuit, illius fauces præcludere annitente, ut verendum, ne brevi Naturâ succumbente, morbus ipsum penitus prosternat ac conficiat. Tam infaustum morbi decursum pridem prævidi, hæc cõjecturâ fretus, quod etiam ab optimis remediis, expectorationem promoventibus, & effectum ritè peragentibus (cum intra dies 14. patellam

crassorum & viscosorum phlegmatum, quotidie per os rejecerit,) symptomata non remissiora reddita, sed indices deteriora subsecuta, quæ extremam caloris naturalis imbecillitatem portendunt: cujus defectu, partes solidæ, alimentum subministratum nec concoquere, nec assimilare, nec ea, quæ ex vitiosâ digestionè resultant excrementa, per convenientes vias possunt expellere. Videntur pulmones & tota pectoris capacitas materiâ pituitosâ viscosâ repleta, ut nihil miri, si orthopnæâ infestare cæperit, jugiterque noctu imprimis affligat. Materia illa partim à capite & cerebro frigidiorè genita descendit, sed rationi magis consonum, humores serosos & indigestos, è venoso genere in Pulmones & pectoris regionem effundi, à malâ ventriculi & Epatis constitutione, pronatos.

Verè Hippocrates lib. 21. aphor.

Kk 3

40.

40. Raucedines & gravedines, in valde senibus coctionem non admittere. Galenus in comment. accenset etiam asthma, & alios affectus à crasso phlegmate oriundos. Exin cum Patiens noster excesserit annum 70. haud mirandum, etsi per expectorantia ingens phlegmaticorum humorum copia rejecta, orthopnæa tamen non remissior, sed acerbior, exin arguenda extrema caloris nativi debilitas, nullam debitam concoctionem peragentis, sed optima etiam cibaria in excrementitias superfuitates convertentis, hinc recens morbo suppedatur fomentum. Sicut Æthna mons, in eructando igne

sua habet intervalla: ita orthopnæa sua phlegmata evomit, prout citius tardiusve nova succreverit materia, ad excretionem stimulans, & sic in infinitum labor noster inanis foret, in procurandâ phlegmatis mundificatione, cum indies alia materia accumulata, affluat. At cum calor naturalis concoctionis effector, in tam senili corpore, valdè labefactatus, in integrum restitui nequeat, nec excrementorum proventus impediri valeat, nihil amplius spei in humanis præfidiis relictum animadverto, quin æger brevi à morte abicipiendus, cujus jam Nuncii videntur præfocibus præstolari, ipsum advocaturi,

CONSULTAT. XI.

De Affectu sinistri Renis calculoso & Lienis obstructionibus, ad primum Medicum cujusdam Reip. Imperialis, quatuor Medicorum discrepantes opiniones.



Uam arduum ac difficile de morbis abstrusis ac reconditis existat iudicium, ipsa Experientia contestatur, dum Medici quantumvis sublimi ingenio dotati, acrique iudicio præditi, de unius ejusdemque ægri affectibus sepius magis patulis quam iste, quo Patiens noster affligitur, sese ostentent morbus, non raro è diametro pugnantes ac discrepantes in medium adferunt sententias suas quilibet accommodatis rationibus

suffulcientes ac corroborantes. Quod & in casu N. contingere aſolet. Nonnulli Medici morbum in Liene suam habere residentiam asseverant, alii Epatis & venarum meseraicarum obstructionibus culpam imputant, quidam Reni sinistro omine vitium assignant. Nostra medica facultas, non videtur esse Geometria, quæ firmis ac immotis semper argumentis, sua themata demonstrare valeat, quin majori ex parte conjecturis nitatur sat ambiguus, Dædalo opus

opus videtur, qui nos ex tam intricato Labyrintho extricare ac expedire sciat. Pro virili adnitar, utrum Gordonium istum nodum, aliquo modo liceat resolvere. Quod si non fuero affectus, nec clavum attigero, ad minus non culpandus, dum tibi expectanti gratificari, & Patientis desiderio satisfacere, moremque gerere studui. Offeritur casus difficilis, anceps ac varius, ut existimem, non unius sortis symptomatis agrum nostrum infestari, sed complicatos adesse affectus, & noxam tum in sinistro Rene hærere, tum in Liene conquiescere. Quoad Renem, siquidem res ita comparata, prout tuus in literis consignatum, quod fuerit urina cruenta & non raro purulenta observata, exin haud levis conjectura, Renem sinistrum (cum eò loci dolor molestus) exulceratum: ubi namque pus, ibi consistit ulcus. Dn. Parens tuus in suo scripto mihi ad dijudicandum transmissio, Renem sinistrum calidâ affectum intemperie, & ob ejus imbecillitatem, læsâ facultate retentrice, urinam reddi sanguineam & illius substantiam corruptam, nullis istius corruptelæ causis annexis, quæ singula, propter temporis angustiam, ad amissim examinare haud licet, paucis saltem attingam. Si genuina causa urinæ cruentæ imbecillitati facultatis, Renis sinistri, retentricis foret assignanda, nullus vel levis tantum dolor

concitaretur: ast insignis præsto est. Accedit, quod corpus pridem (cum malum chronicum) contabuisse, atque æger *ivovæx* ac robustus permansit, quin & illud suffragatur, quod sæpius excernatur urina purulenta. Ergò culpa talis urinæ non erit imputanda imbecillitati Renis retentricis, quin potius exin arguendum, exulcerationem alicubi concitatam, cum autem dolor in Rene sinistro haud levem molestiam exhibeat, ergò hinc delitescet anguis in herbâ. Utrum autem à calculo, vel falsis acrioribus humoribus erosio vel exulceratio prodierit, haud liquet. Si ab acrimoniâ humorum malum illud exortum, cum per 12. annos durarit, corpus tæbe dudum, vel ad minus Ren in carunculas fuisset resolutus. Accedit, quod sponte dū æger quiescit, talis urina non profuat, sed tum demum prodeat, quocunque modo corpore exagitato. Exin haud levis suspicio emergit seseque prodit calculi præsentia, qui sua aspredine venas arrodens ac vellicans, sanguinem elicit. Quod autem Lien non sit immunis ab omni culpâ, ita declarari potest. In eo tecum sentio, D. V. haud rectè statuere, dum Lienem excludit, & omnia symptomata obstructionibus epatis & venarum meseraicarum, assignat. In hoc autem dubito, utrum dolor musculo transverso, cui Lien subjacet, & distortio attribuenda, dum
flatus

flatus se in illum insinuare soliti. Sed cum referas latus affectum semper contractum & concayum perman-
sisse, per plures annos, exin in eam descendo sententiam, ut statuam, causam primariam non hærere in musculo externo, sed contineri in vasis Lienis insertis & membranis vicinis, quæ dum replentur crassis humoribus, secundum latitudinem extenduntur, secundum longitudinem autem abbreviantur, & ita Lien retrahitur & per consensum etiam viciniore annexe partes, subsequuntur, ut erectus stare nequeat, haud secus, ac vasa uterina crassis humoribus sarcta, uterum distorquent, ad latus dextrum, vel sinistrum, sursum vel deorsum agitantia, pro ratione diversitatis venarum & ligamentorum repletorum. Id luculenter comprobare videtur, quod aliquot annorum spacio, sinistrum hypochondrium perseverarit contractum. Ergo non flatulenta, sed corpulenta materia, fixa ac stabilis, crassa ac viscida excrementa pituitosa, vel melancholica, vera causa reputanda. Idem demonstrare licet, quod reiteratis purgantibus, crassis humoribus

exterminatis, & venis distentis exoneratis, latus affectum, parti sanæ æquale redditum & planum. Cum igitur ex relatis constet, complicatos affectus præsentis, nunc dispendiendum, quibus præsidiorum generibus, succurrendum. Ren exulceratus requirit modicè abstergentia, exiccantia & consolidantia, calculus ad se exigendum, efflagitat attenuantia, Lien cum venis melaericis obstructus, exoptulat deopilantia. Cum æger sit opulentus, nec ullis parere sumptibus constituerit, ad recuperandam valetudinem perditam, ne nimia pharmacorum copia ipsi molestiam ac fastidium pariamus, suaderem, ut quamprimum, corpore prius probè evacuato, in acidulas Grisebacenses, ablegaretur, quæ cum præ cæteris mineralibus copioso chalybe consent, ad Renem exulceratum emundandum, calculos, si qui insederint, exturbandos, & interanea viscera omnia ab obstructionibus liberanda ac expedienda, imprimis salutares censenda. Faxit Deus O. M. ut omnia ex voto succedant.

CONSULTAT. XII.

Pro Viro literato Primario peregrino, variis symptomatis subiecto.



Affectus tuus chronicus diligentem efflagitat causarum morbosarum disquisitionem, ac commodatorum remediorum investi-

vestigationem, siquidem Lernaam, istam hydram, Ergastulum tuum oblidentem, & conquassantem, eliminare sat diu constituerimus. De Aristotele *Alianis* refert, cum adversa affligeretur valetudine, & Medicus advocatus, non praevio de morbi genere discursu, ipsum curare tentaret, ita fuerit affatus: Ne me velut bubulcum suscipias curandum, quin prius de causa morbi edisseras, tum me magis morigerum, & tuis praeceptis obsequentiorum reddes. Ne idem mihi eveniat, priusquam medendi modum proponam, de causis symptomatum, tibi molestiam exhibentium, tecum non nihil conferam. Sunt autem praecipua sequentia. Insensibilitas occipitii & cervicis; memoria imbecillitas; ventriculi diminuta concoctio cum appetitu languido: stupor & frigus pedum. Quae cuncta mala ex frigida ac humida cerebri & ventriculi intemperie scaturiunt. Cum tibi obrigerit ventriculus iusto frigidior cibaria assumpta, probe concoquere non potest, sed chylo crudiore ac indigesto relicto, a venis melaeraicis seu bajulis, ad Epar sanguificationis tabernam delato, laudabilis exin sanguis progenerari nequit, (siquidem prioris concoctionis errata a posteriori emendare ac corrigere, haud fas,) sed crudior emergit, pituite qualitatem referens. In ventriculo igitur frigidore,

concoctione labefactata, cum resulent excrementa phlegmatica, quae si orificium illius oblidant, appetitum remorantur, suctionis sensum impediunt: & cum cerebrum frigidum itidem dyscrasiam dotatum, & sanguinem jam antea vitio ventriculi & Epatis crudiorum genitum, sibi pro nutritione demandatum, assimilare nequeat, exin humores pituitosi alendo cerebro inepti colliguntur, eos facultas expultrix molestiam inde percipiens, aliud abjicere laborat. si ista materia ad cerebellum praecipitata, memoriam violat; si ad nervos cervicis devoluta, cutem insensibilem efficit; si per spinalem medullam ad infimas vertebrae & nervos exin derivatos, amandata, eos opprensens, ne liber transitus spiritibus animalibus pateat, stuporem pedibus inducit.

Et si vero ista symptomata sat diu perseveraverint, non tam in *extremis* quam *in* consistentia, ut verendum ne expugnata difficilia; sed cum ex te cognorim, nullam legitimam curam adhibitam, quin passim modo ab hoc modo ab illo Medico quidpiam pharmaci emendicaris, nullam in assumendis remediis constantiam praestans, haud omnis spes abjicienda, quin si obsecutus fueris sanis consiliis, & necessarios sumptus impenderis, vindicari queas in meliorem statum.

Quoad methodum medendi, hu-
L I more

mores pituitosi evacuandi, per phlegmagoga: cerebrum & ventriculus cum nervoso genere, calefacienda & exiccanda. Ad istos scopos complendos, sequentia medicamenta cenſeo proficua. Primo pilulæ cephalicæ, deglutiendæ, phlegma è capite imprimis deturbantes. ℞. M. pil. coch. aur. ſ. quib. a. ℥j. Extr. cathol. Theo. gr. vi. cum aq. beton. f. p. 27. Octidui ſpacio poſt vinum medicatum uſurpandum. ℞. R. Enul. ireos Flor. fanic. a. ℥ij. herb. beton. hyſſ. ſtæch. Arab. ſalv. anth. meliſſ. card. bened. a. p. i. fol. ſen. f. f. ʒx. Agar. rec. tro. ℥iij. Turb. al. Gumm. ℥ij. Mech. a. ʒiſſ. crem. Tart. ʒiſſ. dactil. Jujub. a. ʒiſſ. gal. min. ʒj. cum ſindon. al. f. ſac. Infund. in menſ. i. vini Neccar. vel quod melius exiſtimarem, in menſ. hydromel. alternis matutinis quart. dimidium ante prandium haurias. Pro cerebro corroborando, in diluculo ſumas Nuc. muſc. mag. de ſeq. condito. ℞. Conf. ſ. major. ſalv. a. ʒvi. ſtæch. Arab. beton. anth. a. ʒiſſ. myrob. Embl. condit. chebul. condit. a. ij. Nuc. muſc. condit. ℥iij. cort. citr. condit. ʒij. ſp. diamb. diamof. dul. a. ℥ij. diaplir. cum maſ. ʒiſſ. dianth. ℥j. cum ſyr. conſerv. Nuc. muſc. f. El. molle. Vel ſi acceptius in formâ ſolidâ. ℞. Sp. diamb. diamof. dul. diaplir. cum moſ. a. ℥ij. conſect. alker. ʒiſſ. ol. ſtill. Nuc. muſc. gr. vi. ol. ſucc. rectif. gr. 4. ſac. ſin. diſ. in

aq. lavend. & ceraſ. nig. diſſ. ℥iij. f. conſin Rot. Alternis matutinis inungatur occiput & cervix iſto Balſ. ℞. Balſ. major. ſucc. an. ʒj. ol. Nuc. muſc. expreſſ. ℥iij. ol. ſtill. ſalv. caryo. a. g. 4. moſ. ambr. a. gr. ʒ. M. Geſtes cucupham capiti impoſ. ℞. Fl. ma. ſalv. ſtæch. ar. anth. a. p. i. lig. alo. ʒj. caryo. ℥iij. ſucc. alb. vernicis a. ℥j. ſtyr. calam. ʒiſſ. tro. Gall. muſc. ʒiſſ. cum ſindon. rub. & modico goſſipio interpaſſ. f. cuc. forma rotunda.

Pro cervicis & occipitii ſtupore abigendo, placeret ol. myrrhæ & ol. Gumm. ammon. quæ pulv. indantur alb. ovi. per coctionem indurato, in cellâ reſoſita, in liquorem diſſolv. quo partes illæ inungantur.

Pro ventriculo confortando iſte Balſ. vultum conferret. ℞. Balſ. fanic. ʒij. ol. ſtill. macis g. ʒ. M. fab. major. mag. in juſc. Gall. Exterius apl. ℞. Gumm. Tacan. ladan. El. a. ʒvi. diſſ. & ext. alutæ f. cer. ſtom. obduc. ſindan. rub.

Si malum tam contumax hiſce non cederet ad decoctum ligni ſancti cum portione ſaſſafras erit conſugiendum. Etenim ad calefaciendum & exiccandum cerebrum & ventriculum, omnes excrementitias ſuperfluitates abſumendas, nervos obſtructos reſerandos, non videtur accommodatius præſidium. Siquidem capite ceu fonte ac metropoli pituitoſorum humorum exiccato, non

non amplius in partes subiectas de-
scensus continget. Ventriculo ad
euuaporat revocato, exactior succedet
alimentorum ingestorum elabora-
tio: in Epate laudabilior emerget
sanguificatio: & post commodior
etiam omnium membrorum nutri-
tio, & integrior sanitatis status sub-
sequetur. Vel si Genius tuus à curâ
sudoriferâ alienas, à Thermis ferinis
eundem effectum sperare licebit,
quò ablegandus. Hiscè adungere
oportet convenientem victus ratio-
nem, observandus ordo, modus,
tempus, qualitas, quantitas in cibo
& potu: aëre, somno & vigiliâ, mo-
tu & quiete: animi affectibus & su-
perfluitatum excretionè.

Ut à cibo & potu exordiar, à ge-
nerosis & caput impetentibus vinis
abstineas, quorum vapores in cere-
brum sublatis, visû narcoticâ, id de-
bilitant & defluxionibus fomentum
suppeditant. Caveas à cibus difficilis
concoctionis & crassi succi, in hac
classè censenda caro bubula, suilla,
sale condita & fumo indurata, aves
palustres. Intermittenda legumina,
olera, fructus, pisces & lacticinia.

Utendum cibus boni succi & fa-
cilis digestionis qualis caro vitulina,
hædina, bovina junior: ex volatilium
genere, capones, Gallinæ juniores,
pulli galli. perdices, aves montanæ,
assâ potius, quam elixa competunt,
& aromatibus condita. Panis fer-

mentatus & benè elaboratus. Po-
tus sit vinû Neccar. vel Rhenanum
Enulatum absinth. Cœna sit par-
tior, nec edendum, nî priore coctio-
ne absolutâ. Ubi enim multi adsunt
crudi humores, nullâ aliâ ratione
melius, quàm abstinentiâ, possunt
evinici ac superati, calore naturali ex-
pedito, nec ciborum copia gravato
& à concoquendi munere avocato.
Recorderis igitur, sanitatis conser-
vandæ & morbosæ dispositionis pro-
pulsandæ omnium optimam esse re-
gulam, ab Hippocr. 6. Epid. inculca-
tam: sanitatis studium esse, non fa-
tari cibus, & impigrum esse ad labo-
res: nec unâ vice plura & varia fer-
cula ingerenda, quæ quantoperè tur-
bent coctionem, calore nativo ne-
queunte elaborare tot ac tanta mi-
scellaneâ, etiam optimâ corporis
constitutione aotati, nedum valetu-
dinarii, quotidie experiuntur, cum
& in ollâ igni appositâ, & diversis
edulis repletâ, inæqualis contingat
coctio, aliis deustis, nonnullis corru-
ptis, quibusdam crudis permanen-
tibus. Danda opera, ne aëris admit-
tas excessum Aquilonaris constitu-
tio exprimendo humores, Australis
autem humectando & replendo, ce-
rebro officit. Somnus diurnus po-
meridianus intermittendus. Exerci-
tium moderatum, stomacho vacuo,
excrementis alvi & vesicæ prius
emissis, probandum, Exin calor na-
turalis

turalis sopitus, ad actiones obeun-
das excitatur & vegetior redditur,
cujus beneficio post crudi humores
melius digeruntur, & omnes super-
fluitates in habitu corporis haren-
tes, facilius discutuntur. Quoad
animi pathemata, ira, tristitia & ni-
mia cura, ad transmarinas usque in-
fulas relegandæ, quod cor vitalis fa-
cultatis fontem & cerebrum Ratio-
nis sedem, magnoperè violent, calo-
rem & spiritus, in quibus omnium
membrorum robur consistit, resol-
vendo. Hancce vitæ gubernandæ
normam si observaveris, indubium,
quæ multò cum minori molestia
residuos vitæ dies à S. D. consti-
tutos transigere valeas, cujus
Excubiis Tutelaribus
committo.

Finis Consultationum.



D. AV-

D. AUGUSTINI THONERI, COLLEGII
MEDICI REIP. ULMENSIS DIRECTORIS
ac Senioris, & Gymnasi Scholarchæ,

EPISTOLÆ

MEDICO-PHILO-
SOPHICÆ.

LIBER SEXTUS.

EPISTOLA I.

De Amicitia & Philosophia Stoicâ, quædam haud protritâ com-
plectens, ad Nobiliss. & Prudentiss. Dn. Matthiam Obemium,
Patricium Augustanum, olim in Rep. Ulmensi, Sena-
torem primum.

A JEHOVA per Unigeni-
tum pro nostrâ salute
incarnatum ac natum,
verum *incogitav*, animi
induplav, corporis *invege-*
riav, ætatis *inynghav*, decurso hujus vi-
tæ stadio, cum advenerit fatalis ac
inevitabilis illa hora (utinam serò
hoc eveniat) *indavariav*: tandemque
fidei ac virtutum præmium, ipsam
indavariav, ex animo voveo optoque.
Epistola tua ex inopinatò quidem
advenit, sed perquam grata ac ju-
cunda extitit, quod repræsentans &

quasi penicillo declinans animum
tuum singulariè erga me affectum,
ob oculos constituit, favorem &
amorem haud vulgarem prodit, exin
me felicem beatumque æstimo, præ-
que lætitiâ gestio, quod me aliquot
milliarium intervallo disjunctum,
tersis ac politis tuis literis invifere,
haud fueris dedignatus. Quidnî
magnum gaudium invaserit ac ir-
ruperit in pectus meum, dum a-
nimadverto, Nativitate Viri Nobi-
lis ac Patricii: studio sapientis: mul-
to rerum usu prudentis: amicitiam

Ll 3

antè

antè complures annos captam, nec dum oblitteratam, quin de novo pululare solita: & scintillas benevolentiae in animo tuo concitatas, quae mihi videbantur pridem sopitae ac extinctae, vel ad minus cinere obvelatae, quo minus emicare ac exsplendescere quierint, dum stabello Reverendi Dn. Abbatis & magni Cellari, Caenobii Isniensis (quorum ora stillabant mero elogiorum melle in me celebrando) pulvis iste avulsus, disiectus, dissipatus: tandem exardescentes, in flammam luculentam, abièrè.

Sed proh Deum immortalem, unde tantus in me favor & amor. Cum amicitia duplex à Philosophis constituitur, una per se, altera per accidens indigitanda. Illa promanat ab opinione virtutis, quae verae amicitiae est conciliatrix & firma ac stabilis permanet: haec autem dependet ab utilitate, & tamdiu durat, dum fructus, emolumentum ac commodum perseverat, sublata utilitate, tales amici ilicò disparent: haud secus, ac Harpyae in mari, escà objectà eaque dirceptà, mox avolant & evanescent. Cum autem nulla unquam à me in te collata beneficia, quis haesitarit amicitiam olim contractam, etiamnum revirescentem, ab opinione virtutis, vel quadam *συμμοίωσι* ex morum congruentià pronatà, originem traxisse. Morum similitudo & de virtute concepta Opinio, est

illud vinculum & adamantina catena, quae animos ita ligat, connectit atque constringit, ut haud facillè dissolvi atque dirumpi valeat.

Et si fatear, illas dotes, quas deprædicas, in me non hospitari, sed cum Viro amico tam honestam de me adhibere censuram allubescat, illud præconium grato animo accipio, & talem me esse debere potius, in votis habeo.

De Tigra Rege Armeniae, Xenophon: Eum captivum Cyri Regis Persarum, unà cum suâ conjugè, palàm fassam, libenti se animo, non modò Regnum suum amissurum, sed & vitam, si contingeret videre ipsam immunem ac liberam à servitute. Quid verò illa? Cum Cyrus ob formae præstantiam laudaretur, quomodo placuisset, rogata, negavit, se unquam Cyrum aspexisse: tum maritus? in quem igitur oculos tuos habebas defixos, cui ita respondit: quem meritò intueri debeam, quam eum, qui asseverare non dubitavit, se paratum vitam cum morte commutare, modò me vindicare posset in libertatem. O ingenuam amoris confessionem. Prout amore mariti, etiam amor uxoris accenditur: haud secus amici *φιλανθρωπία* & humanitate, alterius quoque amor flagrare & exardescere incipit: Quod sanè mihi, lecta tuâ Epistolâ, evenit. Nihil magis in votis, quam ut mutua ista amicitia ac benevolentia perennare

ac perdurare queat ad cineres usque: cum eam cupias mutuis literis conservari, sustentari amplioreque reddi, nihil patiar in me desiderari: quin spondeam atque offeram animum ad scintillas amoris eventilandas, fovendas, alendas, promptum ac benevolum. Si quæ in re commodare ac inservire liceret, quoad vires ac facultates integrum, ne roges, sed imperes, ad gratificandum parato.

Haud à fide, tibi grave, destitui amico, veluti thesauro animato, præsertim iisdem tecum studiis addicto: Quis enim potest esse vita vitalis, quæ non in amici mutuâ benevolentia conquiescit, quo cum conferre, & animi cogitata communicare tuto liceat. Nihil mihi, in Pineto, ubi plerique cum ligone philosophantur, talium esse inopiam, cum ne hinc quidem, vel oculis Lynceis inquisitus obtingat, qui ad tuum Gustum, & cujus ad Genium Philosophia Stoica, de pane lucrando cum non sit. Haud incite Petrarcha: Magna hodie turba literatorum, quibus literæ non animæ lux atque oblectatio vita, sed instrumenta divitiarum.

Quod elegantem ac venustum ingenii tui fetum jam maturum ac consummatum, in lucem edere, omnium oculis contuendum exponere constituisti, laudo tuum propositum. Ante annos sedecim, in Museo tuo mihi ostendisti volumen li-

terarium, cum iconibus virtutum exornatum & vivis coloribus tuâ manu, eleganter illustratum. Ita me Musa, si typis ac prelo committeres, cum magno mortalium fructu & animi cultu, foret conjunctum, præsertim eorum, quorum in pectore virtus residet. Cum nullus masculus hæres, è tuis lumbis descendens, qui nomen ac stirpem derivare ac propagare possit ad seros nepotes, vivam tuam Imaginem, in isto opere, da contemplandam, perduraturam in ævum.

Atramentum à Literatis usurpatum, est verum balsamum, quo illorum cadavera illita, odorata evadunt, & à corruptione ac putredine conservantur immunia: quin illud è tuo calamo chartæ instillari sinas, etsi corpus tuum in oculo reconditum & sepultum, tamen fragrantiam longè lateque diffundet, & memoria vigebit ac perennabit, in literario monumento.

Olim Rudolphus I. Imperator, in lecto decumbens, & febre hecicâ contabescens, speciosas Procerum filias sæpius sibi adduci imperavit deosculandas, rogantibus causam, comiter respondit: se nullâ re magis recreari, quàm si hauriret suaveolentes puellarum spiritus. Quæso ne invidias, vel quorundam calumniatorum linguaria tela verearis, quin speciosam ingenii tui sobolem in apricum exponas, & ad dis-

suavian-

suaviandum præbeas Ohemii *τὸ ἴδιον*, ut exin aliis etiam innotescat, vitam tuam solitariam haud fuisse infu-ctuosam aut ingloriam. Etsi tua scripta haud modicâ aloe condita, nec ad vulgi gustum, sed ambrosia erunt ac nectar, quibus paulò acrior ꝑ adicii ille sensus. Sufficiat laudari à laudatis, habebis condignum tuorum laborum præmium, nullo ære pensandum. Lampada accende, quæ bonis lucem præbeat, improbos autem velut papiliones obvolitantes, am-
burat.

Desideras nonnullos Ethicos aucthores, qui in aliquâ famâ, tibi designari, quos ego perlustravi, certo scio, eos tibi notos ac tritos: paucos pervoluta, ꝑ cum iis cum meâ facultate nihil commercii, non minus, ob animi culturam interdum ad illa vitæ divertii, præceptis jam videor satis instructus, utinam praxis tam facilis. Si in omnibus parendum, oporteret exuere & seponere pænè totam humanam Naturam, adnitamur, quoad per vires ac facultates licet.

Num tibi ad manum duo elegantes Lipsii tractatus, quorum unius inscriptio: *Manuductio*, alteri⁹ *Physiologia Stoica*, in quibus Stoicorum cineres, multis seculis sepulcos, suscitare, exufflare, & redivos ostentare nisus! O dignos libellos, in omnium Literatorum Musæa ablegandos, ut exin condiscant paulo æquo

rem de Stoicorum se⁹ & doctrinâ, adhibere censuram. Sed illud mihi stupori, dum Lipsius refert, Carolum Barromæum Cardinalem (qui Mediolani pro Divo celebratur ac colitur, multa edens miracula, si vera, quæ famâ feruntur) sæpè fastum, Epicteti se libris motum ac monitum, ad contemptum rerum humanarum & amorem divinarum, venisse. Pænè *ἡ δολογία*, principem sacri ordinis Virum, majus à profanis capisse calcar ac incitamentum, ad virtutes amplectendas, & spernendas delicias humanas, quam literis Spiritûs sancti dictamine revelatis. Si divina præcepta nō moveant, quem Gentilia & humana flectant, cum illa spondeant æternam beatitudinem, hæc autem in solâ Gloria humanâ conquiescant. Quem spes consortiū cum cætu Cælitum non allicit ad virtutem capessendam, & ignis tartarei motus, ad flagitia ac scelera deferenda non impellit, nunquid plus ponderis habitura humana commenta? *ἡ δολογία*. Ad quid enim omnis illa cognitio & virtutum ostentatio mortalibus prodesset, si nullum aliud sperandum, aut constitutum præmium, quàm laus ac Gloria humana. Vana ista omnia prophana, nî spes æternæ salutis affulgeret. Verè Divus Augustinus: quid prodesset nostrum benè vivere, si non daretur in æternum vivere. Quàm frigide illa afficiant, cor
an xi

anxiūm, præsertim cum Anima à corpore divellenda, vel ipsē Lipsius, qui tamen Strenuus Stoicorum asseritor ac propugnator, luculento sit exemplo. Etenim cum in agone constituto, quidam ex astantibus discipulis, solatii loco, *ut ab eis Stoicam* suggestisset, cum quadam indignatione respondit: Vana sunt illa, & digito in Christi crucifixi imaginem præfixam, intento, iste vera est Patientia, asseruit. Et si verò res ita comparata, non minùs tamen Gentilium Philosophorum scripta haud spernenda, quin magno cum animi cultu ac fructu versanda, & tanquam margaritæ lapidesque preciosi intimius affigendi. Omnes isti rivi, ad unum illum veritatis fontem deducendi, qui vel ob id diligenter lambendi, quod Gentiles olim luce divinâ destituti, solâ Naturâ duce, haud dubiè, bono etiam Genio, tacitè inspirante, de Deo, ejus Providentiâ, rebusque divinis, tam piè sentiunt & scribunt, & ad omnigenas virtutes exercendas invitant & excitant, à vitiis avertentes, exin haud secus, ac è silice, aut chalybe attrito, scintillæ exilire, & in animum se insinuare solent, & calefacere, imò inflammare ad virtutes sectandas. Proin pudorē

& ruborem excutiant Christianis. Ecce nos Gentiles, solius laudis ac Gloriæ brevī perituræ studio, spretis illecebris mundanis, virtutem habuimus in precio & amore, nullū aliud exin lucrū præstolantes: quid vobis Christianis faciendum, quibus cælitus patefactum, actionibus ex fide proceduntibus, destinatam ac paratam mercedem non temporalem, sed gaudia æviterna, in hac vitâ non æstimanda, nec exprimenda. An non in novissimo illi die exprobraturi Christianis, quod minùs virtutis nūc in Philosopho Christiano, quàm olim in mundano, & plus in Gentili pectore potuerit amor Gloriæ inanis, quàm in animo Christiano, religiosa pietatis affectus,

Sed quorsum evagari soleo? En quàm proluxas cum fenore, deprecor culpam, si peccavi: mihi volupe, cum in hac locorum intercapedine non liceat coram, per hæc, quæ sermonis vicem obire debent, cum Viro fautore & amico, confabulari. Hunc amoris mei fruticem cupio indies magis succrescere, sed irrigatum liquore, mutui tui amoris & benevolentia. Id faxint superi, quorum scuto te obtectum, pervelim.

Mm

EPI.

De Dn. M. Nicodemi Sitzlini casu anatomico, qualia interiora viscera reperta, observatio singularis notatu dignissima praesertim quoad symptomata melancholica.



Um insignis ille pictor Nicostratus, artificiosam Helenæ à Zeufide delineatam contrafacturam, diu intuitus, cuidam percontanti, cur ita stupe- ret & picturis haereret, respondit, utinam meos haberes oculos. Ejus rei oculos artis ut habeat, necessum est, qui dextrâ velit adhibere censuram. Cum haud ignotum mihi, reperiri nonnullos, rerum naturalium & anatomicarum imperitos, de nuperâ sectione & apertione cada- veris, parum æquos arbitros tibi no- tos, proin haud abs re duxi, si & ani- mi mei cogitata declararem, & sen- tentiam communicarem, de casu illo perquam raro, & notatu dignissi- mo. Optarim chirurgum majorem habuisse rei anatomicæ peritiam, ut parenchymata cordis & pulmonum, eorumque vasa salva ac integra, no- bis ob oculos constituta, ad multò exactiorem morbi, ipsius defuncti, cognitionem pervenire licuisset. O- portebat chirurgum esse instructum accommodatioribus instrumentis, praesertim parvis & acutis cultellis (at sola novacula erat ad manum.) Siâ gula vasa separanda & seorsim

illæsa monstranda. Si cuncta ex arte administranda, opus diuturniore morâ: at omnia derepente (vix se- mihoræ spacio) peracta; nec longio- rem moram ferebat mea Naturâ, (dum ab horâ decimâ vespertinâ, in- tegram noctem insomnem duxi, cli- nicum agens, & ægro adstans, donec horâ nonâ matutinâ expiravit, & un- decimâ post cadaver reseratum,) & erga defunctum sympathia. Nî eâ ipsâ nocte, quâ animam efflavit, sibi fore gratum retulisset, si resecto cor- pore, inquisitio fieret causæ morbi- ficæ, imprimis verò affectus melan- cholici per annos complures duran- tis scaturigo investigaretur, inta- ctum cadaver permanisset. Mea in- tentio erat, aperto tantummodo pec- tore contemplari Pulmones & Cordis ventriculos, eorumque vasa, in quibus videbatur haerere ac consi- stere causâ morbi.

Cum aliquot septimanarum spa- cio, excreta materia tum purulenta, tum pituitosa crassâ ac viscosa, quæ licet magnâ & stupendâ copiâ per tussim rejecta, tamen malum indies non remissius evasit, quin incremen- tum in momenta sumens, tandem suffocationi occasionem dederit.

Exin

Exin haud dubia conjectura capienda, pectus totum fuisse factum ac repletum materia purulenta & phlegmatica, praesertim a capite descendente, partim ex indigestione ibidem collecta, certa mihi persuasio, materiam illam in pectore hospitantem, tandem per *μυστέριον* ad pulmonum & ipsius etiam cordis vasa amandatum, repentinam ac insperatam suffocationem inveniisse. Cum a chirurgo omnia illa vasa dissecta, obstante haemorrhagia, cuncta penitus rimari, palam contueri & observare, haud erat integrum,

Medici *μυστέριον* illud, quo aeger abreptus, empyema indigitare solent, Hippocrates lib. 4. aph. 38. catarrhi defluentes in superiorem ventrem, (Galenus in comment. pectus intelligendum monet,) ad suppurationem veniunt, intra dies viginti. Si succi in capite, venis magnis, vicinis, vel toto corpore confluentes, expectorato non excluduntur, ob immobilitatem partium, materiae contumaciam, vel viarum angustiam. Defunctus aliquot ante obitum septimanis, nocturno in primis tempore, quatuordecim dierum spatio, infestus gravissimis destillationibus, affatus e capite descenditibus, & in asperam arteriam subito irruentibus, ut non nisi recta cervice spirare fas, & non raro ingens impenderet suffocationis discrimen. Quin & ex infernis partibus per *ἀναδομιλὸν* re-

stagnantes serofos humores, pectus replevisse, a ratione haud alienum. Sed unde tanta saburra pituitosorum & serosorum humorum, suum habuit exortum ac proventum. Uno atque altero verbo ut absolvam, a defectu caloris nativi, nullam probam digestionem procurantis. Ast quae causae, quod illae tantopere violatus, ut suum rite obire munus nequeat. Possunt esse vel interna, vel externa. Quoad internas, obtigit illi Natura frigidior ac siccior & plane melancholica, prout ex totius corporis constitutione arida ac macilentia, facie livida, barba nigra, patescit, exin ab ipsa statim adolescentia, melancholiae hypochondriacae erat obnoxius ac subjectus: cerebrum obvenerat frigidius ac siccius, quia *ἀρτεριὰ* & catarrhofus, in rebus peragendis tardior: cor & ipsum frigidius dotatum intemperie, cuius *καταρροίαν* metus, maestitia, pusillanimitas, jugiter molestans: Epar olim in juventute videbatur fuisse calidius, cum ille attrabilarius, at progrediente aetate, evalit frigidius, prout ex serosa massa sanguinea, colore Jecoris pallido ac plumbeo, & vesica grandiore aquoso repleta humore, connexae illius parti adherente innovit. Quoad causas externas? Ad Naturam a primo seminio haud probam, maturius aequo evertendam ac prosternendam, plurimum momenti contulere, enormis

mes excessus ægri, in cibo ac potu nullum delectum observantis, in quantitate & qualitate: crapula pænè quotidiana, Baccho indulgens, non tam desiderio vini, quàm ad contemperandos ac demulcendos acriores atræ bilis fumos, Naturam mordentes ac vellicantes, & animum exhilarandum, formidinem ac tristitiam fugandam & propulsandam. Inordinatæ victûs rationi accessere *ἀγρυπνία* plus quam annua, ut mediâ nocte ad lychnum legere solitus, dum somnus obrepit: crebrior usus validiorum etiam pharmacorum: spacio annuo, bis in acidulas profectus, primâ ætate, Ibenhusanas, alterâ verò Swalbacenses, mensuratim absorbens, exin vix ultra annum, in vitâ superstes mansit. Cum igitur tot ac tantos, per totum vitæ decursum, commiserit errores, quid miri, si calor naturalis ingentem passus est jacturam, *πολυφαγία* & *πολυοσις* suffocatus: copioso acidularum haustu, extinctus: frequentiore medicamentorum ingurgitatione, resolutus. Exin haud oporofum venari causas catarrhi suffocativi, è capite depluentis: Epatis ad hydropem dispositi: & empyematis nothi in pectore delitescens, quæ symptomata cuncta, à defectu caloris nativi scaturiunt.

De Empyis Hippocrates lib. 7, aph. 44. Si purum & album pus prodeat, sanos evadere, si subcruentum

& canosum, mori. Ratio est in promptu, si enim pus purum ac uniformè in substantiæ modo, indicio calorem nativum, cunctas ejus partes penetrassè: si album, denotatur partium solidarum robur ac integritas: sin verò subcruentum ac canosum quasi lutulentum, argumento, quod pepalmsi expers, ex inopiâ caloris nativi. Tale visum in demortuo aliquot antè obitum diebus, dixisset lutum viscosum cruore imbutum. Quare haud magnopere suspicendum, affectum illum fuisse lethalem, Naturâ nequeunte evincere ac superare tam contumacem hostem, ex inopiâ caloris, qui *συνεργός* est præcipuus coctionis, omnium operationum naturalium author & morborum dominor, quo languente, quid opéra medica? vana & irrita. Ne Æsculapius, si ab orco revocari potuisset, ad opitulandum, quidpiam laude dignum præstitisset.

Sed relicto Empyemate, nunc inspicienda & cætera viscera, quomodo fuerint disposita, Erat æger *μικρολόσπλαιγχι*: notatu perquam dignum, omnia interna membra, Epar, pulmones & cor, in tam arido & exuoco corpore admodum grandia & pallida ac pænè plumbei caloris visa, haud aliter colorata, ac defuncti adhuc superstitis facies tinèta & planè livida. Cum Epar sit officina & principale instrumentum facultatis *αίματος ποικιλικής*, tam pallidum, nihil miri,

totam

totam massam sanguineam, consimili colore è mortuo infectam, & exin progneratum humorem melancholicum. Exorta namque suorum principiorum Naturam referunt, qualis causa, tale causatum, alteratum sequitur Naturam alterantis. In hominæ everato & sano, Epar & Lien, colore sanguineo apparent, exin sanguis floridus ac rubicundus generatur: in Natura autem melancholica, ad livorem divergentia, consimilem sanguinem producant. Recordor, cum aliquando venæsectioni adesset & sanguinem emissum contemplatus, cum lividi ac plumbei coloris, observavi, haud secus ac Epatis illius constitutio deprehensa. Ergo color parenchymatis ipsius Epatis substantiæ potius videretur in causâ ac culpâ generationis humorum, quam temperatura: vel ab intemperie frigidiorē emergit: & ab utroque, & colore & *divergentia* frigidiorē, tales humores, procedant. Prout in illo subjecto, fides anatomica, luculentum subministravit testimonium. Quin & reperta vesica grandior instar nivis candida, in gibbâ Epatis parte, pellucida, aquoso conferta humore, quæ hydropis prænuncia. Exin Hippocrates lib. 7. aph. 55. Quibus Epar aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aquâ repletur & moriuntur. His adstipulatur Galenus in comment, inquit, aptissimum

Epar est vesicas quasdam aquâ plenas, *iduridas* græcè appellatas, in eâ, quæ ipsum ambit exterius membranâ, generare: videtur in jugulatis animalibus Epar his aliquando plenum, si contingat eas dirumpi, effunditur aqua in abdomen.

Ex Epatis & Lienis continuatis solutione, ascitem fieri, Fernelius asserit, qui licet eo nomine incurrat in quorundam reprehensionem, (non in omnibus hydropicis id contingit, aut quin sæpius ita eveniat, contestatur *avrophia*.) Sed suffragatur Plateus asserens, se frequenter ipsâ sectione cognovisse, ex fîsâ illorum substantiâ, ac dehiscente, ita evenisse: dehinc serum è vasis venæ portæ & cavæ penetrans & sub tunicas exudans, illic coercitum eas à subiectâ carne separando, aquâ repleville & in vesicas elevasse, quibus disruptis, aquam in abdomen profluxisse, cuiusmodi vesicas plures, interdum amplas limpidasque, Epatis & Lienis adnatas, in hydrope extinctis, se deprehendisse. Exin patescit, si Fata ipsi defuncto, diuturniorem huius lucis usuram concessissent, quin tandem ab hydropis, in barathrum sepulchrale, præcipitatus fuisset, nâ ab Empyemate & orthopnæiâ, maturius sublatus. Melancholiæ hypochondriacæ tam contumaci & ultra viginti annos duranti, occasionem haud levem suppeditavit, vitiosa Lienis à Naturâ conformatio

matio in diminutâ quantitatē, qui admodum pusillus, vix dimidiâ palmæ manûs & lividi coloris in conspectum venit, uncia unius pondus haud excedens, cum tamen Dn. D. Kiechelius, primarius olim illius Medicus, asseverare non dubitarit, illius affectus causam esse Lienis magnitudinem, aliquot librarum pondere, quantoperè à scopo aberrarit, ipsa *ἀντροψία* redarguit. Cum Lien cum in finem destinatus à Naturâ, ut massam sanguineam depurget à facie melancholicâ, aut chyli parte crassiore, proin si justo minor, non potest tantum attrahere, quantum Naturâ exigebat, idcirco è venis reurgitans ac restagnans, per totum mesenterium dimanat ac diffundit. Huic observationi adstipulatur Andreas Laurentius, referens, sibi cognitam Illustrem familiam, melancholiæ hypochondriacæ obnoxiam, ex qua nonnulli præmaturâ morte sublati, neq̄ ulli causâ, præproperum Fatum, imputari potuisse, quam exiguitati splenis, suæ functioni à Naturâ destinatæ, satisfacere nequeuntis.

Cor ingens, ratione proportionis corporis se ostentavit, quin & ejus duo ventriculi repleti sanguine crasso & nigerrimo, instar atramenti, qui index humoris melancholici,

quidigitur miri, si defunctus, dum in vivis, semper conquestus de formidine, mæstitiâ & pusillanimitate. Ad hilaritatem procurandam, requiritur sanguis calidus & humidus ac floridus, & rubicundus, exin spiritus emergunt clari ac puri, lætitiæ & magnanimitatis autiores. Cum in demortuo omnia parenchymata pallida, à frigidâ intemperie talia redita, (quæ & lætitiæ, & vitæ adversaria,) & in cordis utroque sinu merus sanguis ater detentus, exin etiam spiritus vitales & animales, (cum hi ex illis suam habeant *σπέρμ*), prodierint opaci ac obscuro, timorem & mærorem concitantes. Proin haud incitè Galenus, quod sicuti externæ tenebræ omnibus hominibus pavorem inducunt, nî vel audaces, vel docti fuerint: ita atræ bilis color, mentis sedem tenebris similem reddens, timorem efficit, cum melancholici semper mæstitiæ & terroris causam secum circumferant.

Dubium non est, quin in defuncti cadavere, si in abdomine aperto exactior disquisitione facta, multa alia consideratione ac contemplatione digna occurrissent, nî temporis angustia, & chirurgi incuria, *τὸ ὀφθαλμικὸν* non observantis, obstitissent.

EPISTOLA III.

Ad quendam Poliatrum.

*De Zacuti Lusitani praxi, non à quovis imitandâ, quæ
interveniant obstacula.*

Remitto Zacutum, qui videtur esse purus putus Galenista, ab eo tam in theoriâ, quam praxi, nè latum unguem discedens. Illud unicè mihi est admirationi, in tam grandi opere, nulla penitus obvia medicamenta chymica, non dicam ex mineralium, sed ne quidem ex vegetabilium classe, deprompta, quæ tamen ipsa constant ex multiplici ac variâ simplicium farragine, vulgari tantùm modo præparata. Et si haud abnuam, plerosque morbos, qui arte medicâ curabiles, ope vegetabilium extirpari posse, hac tamen lege ac conditione, si obtingant ægri in assumendis remediis, obloquentes: sed cum Nostratum plerique adeò *κακοσώματοι* & nauseabundi, ut sæpius etiam hermetica multo suaviora & in exiguâ dosi porrigenda, respuant, quid contingeret, si oblonga illa apozemata purgantia, si tam præparantia, quam corroborantia, ex tam numerosis contexta ingredientibus, ipso odore & sapore Naturæ valde adversis, imò ipsis oculis abominandis, deglutienda obtruderentur.

Medici Itali & Hispani multò

fortunatiores sunt æstimandi, qui ægros suæ curæ commissos habent adeò morigeros, quidvis præscribunt, sine ullâ tergiversatione abligurientes, illorum dicta velut prætorica, imò ceu cælitus delapsa, observantes. In ipsâ etiam diætâ quantumvis rigidâ ordinata, obsequium præstant, cibaria unciatim assumentes nec à dosi designatâ deslectentes. Idem requirit Galenus noster lib. i. Meth. ut Medici suis ægris imperent, prout Duces militibus, & Reges subditis.

Id optandum, sed in hoc districtu, vix practicandum, cum Nostrates tale imperium non ferant, oportet rogare, precibus instare, & verborum lenociniis uti, ad persuadendum, ut non rarò medicamenta aliàs jucunda & palato grata, assumant. Cum igitur Medici in Germaniâ, non eâ polleant autoritate, nec in tanto apud suos respectu, quid miri, si complures, si paruisent, à gravissimis morbis liberari, ac in integrum restitui potuissent, qui refractarij suâ culpâ ad oreum amandati. Medicorum, præsertim in hoc tractu existimatio majori ex parte dependet ab uromantiâ futuri & fallaci (in
Ita-

Italia ea sprete ac neglecta) si quis inani dicacitate ac garrulitate, agyrtarum ac circumforaneorum more, simpliciores, astu quodam circumvenire, non est solitus, ceu rerum medicarum imperitus, negligitur. Si Hippocrates & Galenus ab Orco revocati, hac in Regione, praxin medicam exercerent, eandem experiri Fortunam, cogerentur, nisi ad istas namias se assuetacerent. Sed oportet æquo animo pati, quæ sunt immutabilia.

Verè Hippocrates lib. d. arte Medicum, qui suffecerit ad cognoscendum, sufficere etiam ad sanandum: ex in Hieron. Capiavaccius, Medicus Patavinus, cuidam Polono studioso expetenti ipsius secreta, haud inscite respondit: lege meam Methodum, & habebis mea secreta: innuere volens, si Essentia morbi cum suis causis, sit cognita, si medendi ratio, & simplicium medicamentorum facultas comperta, ei haud opus operosa pharmacorum sylvæ, quin morbus levi manu paucioribus prælidis, expugnari queat.

Quantum momenti, in dextrâ morborum cognitione, & causarum investigatione, illustre nobis exemplar reliquit Zacutus Lusitanus, in praxi suâ admirandâ, qui complures ægros, à chronicis & gravissimis morbis, aliorum Medicorum laboriosâ operâ frustraneâ, facili prælidiorum genere, liberavit, quasi è fau-

cibus mortis subtractos. Optimus Conjectator, videtur esse optimus Medicator. Quamvis haud abnuam, quin hic non rarò Fortuna & felicitas ab Alto interveniat, & Boni Geni, ipsius Medici Phantasiâ inclinent ac dirigant, (cum sæpius multa ac varia remediorum genera succurrant, ut in ancipiti, quæ seligenda) ad ea usurpanda, quæ imprimis salutaria, & ad morbum profligandum, accommodata,

Cum Zacutus sit acutus & argutus in suâ *negotio* & *disquisitione* causarum morbificarum, illius observationes & curationes æmulari, non cuilibet erit promprum. Cû etiam juxta sententiam Hippocratis, Natura à Naturâ, & morbus à morbo multum differat. Etli complures consimili morbo detenti, pari ratione tractentur, cura in uno subjecto feliciter procedens, in alijs sit frustranea. Succurrit memoriæ notabilis historia ex Suetonio depromenda: Statuit populus Romanus Antonio Musæ signum, Esculapio proximum, ob Augustum periculoſo morbo servatum, majori felicitate, quam artis peritiâ. Idem confirmat Xiphilinus Historicus Rom. sed tum is Medicus beneficio Fortunæ, vel divino usus est. Marcellus enim cum non multo post ægrotaret (consimili scil. morbo) atque eodem modo à Musâ curaretur, mortuus est, Proin medicatio est varianda ac mutanda pr-

tem.

temperamenti & causarum morbi-
ficarum diversitate, libet rem illu-
strare exemplo hydropis ascitis, quo
si decem personæ laborarent, alia res-
titui in integrum posset, ceteræ ad
oricum ablegandæ. Etsi unus idem-
que morbus, sed causarum ingens
est discrepantia, dum vel à causâ ca-
lidâ, vel frigidâ provenire queat, illa
à frigidis expugnanda, (prout obser-
vationibus Medicorum constat, ita
factum,) hæc per calida propulsan-
da. Quin & per anatomiam com-
pertum, sæpius hydropem illum cõ-
citatam à scirrhosâ dispositione E-
patis, Liënis, Pancreatis, mesenterii,
vel steatomatis ibidem delitescenti-
bus, vel Renum & Utererum ob-
structione, à calculis via intercepta,

quò minus serositates eò pertingere
valeant. Ubi hydragoga, hydrotica
& diaphoretica irrita. Accedit, quod
pauci *εὐπλάγχοι*, sed plerique viscera
corrupta habeant, exin nihil miri,
etiam paucos restitui. Unde contin-
git sæpius, ut complures aliorum
Medicorum vestigiis insistentes, eo-
rum observationibus freti, illas cir-
cumstantias non ponderantes, fal-
lantur, & curatio non ex voto suc-
cedat. Planè confido, istam litera-
riam meam confabulationem haud
fore ingratam, ad dispiciendû, quæ-
nam sit remora, quod complures
aliorum Medicorum observationes
felices imitantes, scopum assequi
nequeant, prospero successu desti-
tuti.

EPISTOLA IV. Ad Amicum.

*Discursus de, causis ob quas ad tantam vitæ longævitate
mibi pertingere licitum.*



Um jam excesserim an-
num 82. ætatis, haud abs-
re, investigare causas,
quod tanto temporis in-
tervallo, salvus ac inco-
lumis, absque morborum pressurâ,
in hac mortali vitâ perseverare, con-
riggerit. Quin mihi obtigerit à Na-
turâ, admodum laudabilis totius
corporis constitutio, quoad omnes
partes similes & instrumentales,
indubium. In organicis, ab incuna-
bulis, inculcata structura observata,

in similibus optima temperatura
notata. Etsi in calore nativo ritè di-
spósito ac vegeto, multum momen-
ti ad vitam producendam, non ta-
men solus videtur sufficiens, quin
requirantur partes similes & in-
strumentales robustæ à naturâ con-
formatæ, quarum adminiculo, suas
ille operationes, dextrè obire valeat.
Quemadmodum enim ignis in li-
gno accensus, multò diutius flagrat
& durat, quàm in lino: & Capitane-
us in castello benè munito, quam

Nn

ruino-

ruinoso, commodius hostibus resistere & se defendere potest: Haud secus calor natus, in fabrica valida, si partes solidae bene à Natura compactae, non molliores ac imbecilliores contextae, hominem multo longius in vita saluum conservare solent.

De Davide Rege jam septuagenario tradit sacra Scriptura, quod ejus corpus adeo frigidum, ut Virgo juvenula Abisag Sunamitis, de universis filiabus Israelis quaesita, ut cum Rege dormiret, & suo complexu, senile ejus corpus calefaceret. Id mihi olim legenti erat admirationi, cum meum corpusculum supra annum 82. in toto, tanto adhuc calore abunder, ut haud opus cum aliunde mutuari, quin potius aliis impertire liceret.

Tam firmam ac stabilem valetudinem acceptam fero vegetiori calori nativo, qui omnium actionum author. Si is temperatus, homo sanus degit, sin verò ad ullam devertat insigniorem dyscrasiam, aegrotare incipit, si pœnitus extinguitur, emoritur. Si constanti gaudere ac frui valetudine fas, tum omnes partes, praesertim principales, quoad *ὀργανοί*, in unum conspirare debent, aliàs omne Regnum in se divisum desolatur. In meo Ergastulo ralem depræhendo harmoniam, id jam nonnihil latius, & specialius deducendum, & ob oculos constituen-

dum, reor. Venter mihi obvenisse saluum & convenienti temperatura dotatum, vel exin liquet, cum à puenitiâ cibi & potus appetitus moderatus, nec ulla unquam in concoctione peragenda, (nî interdum in symposiis, sed rarissimè, feiculorum copia obrutus) torsit molestia, exin nihil miri, si ex cibariis assumptis, in stomacho ritè elaboratis, laudabilis emerferit *χυλοίσις*, ex chylo inculpato, per venas meseraicas, velut bajulos, ad Epar, tanquam sanguificationis officinam, delato, successerit optima *αιματώσις*: exin in toto subsecuta exacta *ἐπιείκσις*.

Cum igitur beneficio caloris nativi robustioris, qui omnium actionum naturalium *συνεργός* præcipuus, in triplici concoctionis genere, boni humores geniti nutritioni inserviant; ita & vitiosi, in qualibet concoctione resultantes, per convenientes vias, mediante facultate expultrice, separati exterminentur, ex massa sanguinea ita depurata, membris principalioribus, optimum alimentum subministratur, ut perquamdiu à morbosâ dispositione, salva perdurare valeant. Eò magis cum pœnè singulis diebus alvus aperta, & si quid vitiosi collectum, à Natura extimulata, rejectum. Sed sanitatis tam fixæ causam præcipuam æstimo, quod Natura mea ne minimam propensa, ad ullam destillationem, In eo me

vix habere parem, qui tantâ annorum intercapedine, ne minimum catarrhi senserit, in ullâ corporis parte, arbitror. Cum catarrhus sit scaturigo multorum gravissimorum morborum, maturius æquo homines, in cymbâ Charontis præcipitans. Cum chylus in ventriculo confectus, ob crassitiem, per venas transire nequeat, sed opus materiâ potulentâ, ad illius *ἀνάδοξιν* seu distributionem inserviens, exin serositates illas Hippocrates haud incitè *ὄχημα τῆς σφοφῆς*, vehiculum nutrimenti vocare, est solitus. Humores illi serosi, massâ sanguinæ commixti, ubi suo munere à Naturâ destinato, perfuncti, non amplius in venis commorari debent, sed transmissi & à vasis Renum emulgentibus attracti, per ureteres in velicâ deponendi, & tanquam excrementitiæ superfluitatès, excernendi. Si autem vel imbecillitate virtutis attractricis, vel interveniente obstructione, diutius eunctentur, quaquaversum solent diffluere ac exundare, & varia morborum genera causare.

Cum igitur totius vitæ meæ curriculo sat chronico, nihil unquam catarrhi, aut humoris serosi, per palatum descendere perceperim, si quid impuri fortè in cerebri ventriculis collectum, Natura per nares, mediante sternutatione, id à se amandare consuevit. Imò id meritò majorem pariâ admirationem, nul-

lum unquam observavi sudorem in habitu corporis, non dicam hyberno, sed ne quidem æstivo tempore, sponte Naturæ erumpentem, nî interdum exspatiando, præcedente motu, & æstu solari, provocatus. Verè Diocles Medicus apud Galenum in Comment. lib. 1. Hippocr. aphor. 15. statuit, omnem sudorem esse præter Naturam, cum ea, si calor naturalis validus, nunquam molliatur sensibilem excretionem, quin humores in halitus resolutos, per *ἀδύλον ἀερίω*, occultam diffflationem rejiciat. Id quod cum non olim tantum in juventâ contigerit, sed & in hac pænè extremâ senectâ, idem eveniat, exin auguror, caloris nativi prævalidam *σθένειαν*,

Quin & cerebrum *ἐνκατατον* vel exin relucet, dum omnes sensus interiores salvi ac integri, ipsi etiam oculi tam perspicaces, ut sine vitreis orbibus etiam minutas literas legere & scribere licitum: Id interdum exteri tabellarii literas mihi tradentes, conspicati, multum sunt admirati, se id nullibi, in multò junioribus observasse, dictitantes, qui visus munia obire potuerit, sine conspiciliorum adminiculo. Cum spiritus visivi incolumes ac pellucidi suam habeant *ἡσίστην* ex spiritibus animalibus, & hi ex vitalibus emergant, isti autem ex laudabili massâ sanguinâ in Epate genitâ, proficiantur, ut indubia conjectu-

ta, omnium partium principali-
um, justam esse harmoniam & *eu-*
negoriam, ut actiones naturales, vitales
& animales restent inculpata.

Calorem in cerebro adhuc vege-
rum testimonio sit, quod non tan-
tum æstate, sed & hyeme, quantum-
vis intenso frigore existente, nudo
capite, nullo vel levissimo tegmine
aperto, noctu in lecto recumbere
ac dormire solitus, aliàs dolor capi-
tis molestare consuevit, dum fuligi-
nolis recrementis non patet liber
transpiratus.

Etsi alioquin à *æstivâ* seu circum-
stante frigore, pori constipati, quò
minus halitibus illis pateat exitus, ut
dolor exin potius causari, quam præ-
caveri queat. En tale à me respon-
sum, id locum habere in eo, cui ob-
tigit cerebrum imbecillius, nec justo
calore præditum: Cum autem id
mihi obvenerit robustius & suffi-
cienti calore dotatum, ut ambienti
frigori resistere valeat, & ubi caput
vix quadrantis horæ spacio, cervica-
li incumbit, ex reciproca incalescen-
tia, pori perseverent aperti, exhalationibus liberum concedentes efflu-
vium.

Cum salus & vita, à caloris nativi
vigore, in corpore, quoad organica
rectè disposito, in primis dependeat,
is autem in meo domicilio reflore-
scat, pristino in statu perdurans, quid
miri, si astice Gratiâ divinâ, in lon-
gum ævum excurrere licitum, ut

pœnè ausim asseverare, grandiorém
istam ætatem haud imbecilliorém,
ac olim adolescentia fuerat. Id for-
tassis haud omnibus credendum, ex
falsâ illâ hypothesi, quasi senectus
ipsa sit morosus.

Quæ assertio à vero haud aliena
de iis, quibus obrigit Natura valetu-
dinaria, vel si robusta per ingluviem
dejecta in deteriore statum, ut diu
superstes manere nequeat. Ego *eu-*
negoriam corporis, cœlitum benigni-
tate, à Parentibus iustam, à primâ
adolescentiâ, accommodatâ diætâ,
sartam rectam conservare studeo,
quæ optima est nutricula senectutis.
Etsi interdum, sed rariùs exorbita-
rim, cum Natura mea sit temperata,
licet Genius meus aliàs ad commes-
sationes esset propensus, tamen illa
multos, aut magnos excessus, citra
sanitatis, aut vitæ dispendium, diu
sustinere haud potuisset.

Leonhardus Lessius Jesuita, Hy-
giasticum in lucem emisit, in quo
mentionem facit Ludovici Cornari,
Patricii Veneti, qui à juventute ad
virilem ætatem usque erat valetudi-
narius, complurium Medicorum
consiliis & medicamentis in cassum
adhibitis, ut exigua spes diuturnio-
ris vitæ residua, quin ad Majores de-
migrandum, tandem se desperata,
cum nullis pharmacis, cujusdam
suadela, observare cepisset strictam
diætam, in quanto & quali modum
haud excedentem, præter omnem
Medi-

Medicorum opinionem, avum ad annum 95. protraxit. Illud vel singularare exemplum, quantum commodi præstet, exacta victus ratio, ad prorogandam vitam, etiamnum hodie imitandum, inculcatur. Exin nihil miri; quod mihi à Naturâ, saluberrimâ corporis constitutione dotato, continentia in super Studioſo, ad grandioram ætatem, superum favore, aspirare concessum.

Quod autem præcitus Cornutus tam diu cum vario morborum genere conflictatus, culpa in primis hæsit in frigidioris ventriculi dyscrasia, prout illius, in Tractatu, de commodis Sobriæ vitæ, à se edito, est querela, exin ob assumptorum indigestionem, collectæ cruditates, quæ feminarium & Mater pænè omnium morborum, meritò sunt æstimandæ. Cum Author ille ab omnibus aliis esculentis abstinere cœpisset, fermè Sola panatella, (cibi genere facilis concoctionis & optimi succi, ut in exigua dosi, multum alimentum præstet) ab Italis dicta, ex pane contrito, vitello ovi & brodio vel aquâ decoctâ, contentus certarum unciarum pondere assumendo, tum benè se habuit: cum aliquando amicorum persuasione, non nihil largius, Genio indulgisset, à constitutâ dosi deflectendo, si vel duæ tantum uncia, ultra consuetum ingestæ, quoties id factum, semper relapsus est in pristinum morbosum statum

Ubi in semel destinatâ ciborum quantitate constanter perrexit, constanter etiam frui licuit ac firma valetudine, ut grandævus evaserit.

Et in variis meis peregrinationibus, ad loca etiam longius diffusa, & doimi in lautis ac opiparis convivis, sapius occasio oblata commessandi & compotandi, tamen Genius meus ita erat dispositus, ut appetitum irrationalem refrenare ac coercere potis, ea esculenta & potulenta suaderet assumenda, non quæ Gulæ arderent, sed quæ bonæ valetudini conducere. Cum olim ante 50. annos in mea juventute Illustrium Styriæ superioris procerum, per septennium Medicum ordinarium egissem, recidit mihi in memoriam cujusdam Medici Itali incontinentis exemplar, is in quodam symposio, cum in secundis mensis, Nuces appositæ, iis copiosè vescens, à quodam Nobili, per jocum agitur, cum aliis Medici Nuces ceu noxias, aliis dissuaderent, respondit: Ego non comedo ut Medicus; sed ut homo: Ego verò comedo ut Medicus rationalis, non ut homo sensualis. Exin contigit, ut ille aliis corpore quadrato & eufarco præditus, dirâ podagrâ infestatus & maturè è consortio humano sublatus. Et si non rarè grandiora pocula, pro aliorum votivâ salute, in orbem irent, ubi ad me ventum, tantum exhausti, quoad stomachus ferebat, residuum effudi in

N n 3

aliud

vitrum vacuum, cæteris combibonibus plenariam satisfactionem haud magnopere urgentibus, & impossibilitatem prætendenti, fidem accommodantibus.

Et si plures reperti, quibus ad multò grandiore[m] ætatem aspirare contigit, sed Phœnice rariores, qui in tantâ 82. annorum, intercapedine, tam constanti gavisi valetudine. Solum ante 40. annos abscessus in dextrâ mesenterii regione concitatus, non à cacochymia, sed merâ plethorâ, copioso sanguinis affluxu, causatus, cum nulla usus sim venæsectione, nec scarificatione, quorû medio illud malum præcaveri potuisset: Excepto isto affectu, aliâ nullo notabili incommodo sum tentatus.

Multis est admirationi, & vix reperiri existimant senem tam provectæ ætatis mihi comparandum, dum non modo vires corporis, sed & mentis facultates illæ: quin & in ipsâ facie ac vultu color vividus ac roseus cum candore commixtus, conspicuus, ut exin arguendum, si cani eximantur, non decrepitem Senem, sed Juvenem haud inventum observari. Deus O. M. & in posterum hoc ergastulum, factum, tectum conservare clementer velit usque ad fatalem vitæ terminum, & tum expirare sinat absque graviore morborum tormento, & tandem intrare benignè concedat, in gaudia æviterna,

EPISTOLA V.

Utrum Alchymistarum jactantiarationi consona, quod magnatibus imprimis vitæ prolongationem, ultra annum centesimum pollicentur.



Xtra dubium, quin vita humana beneficio artis Medicæ ad complures annos produci queat, non tamen in ullâ constitutum facultate humanâ, certum annorum numerum determinare. Mihi videntur Chymici nimis hyperbolici in celebrandis suis arcanis intitulatis, quorû medio hominis vita ultra centum annos extendenda, magnatibus ita persuadentes, in-

terim copiosam pecuniam emulgentes & suam bulgam infarciētes. Cum duplex vitæ terminus, supernaturalis, qui in solius Dei providentiâ consistit, nec subjectus est remediis vel naturalis, qui non minus in manu Dei, sed in simul dependet à causis naturalibus, à temperamento & humoribus, quæ dum accommodatis remediis & alimentis in justâ crasi & proportione, velut causæ vitæ naturales, conservantur, ipsæ vitæ

vita potest prolongari: sin verò
 corumpantur, vel ad ullam exorbi-
 tantem devertant dyscrasiam, abbrevi-
 viari: Temeraria igitur est jactantia,
 cum hyperphysicus terminus Medi-
 co planè sit ignotus, Physicus autem
 non exactè cognitus, certam spem
 facere, prorogandæ vitæ, ultra an-
 num centesimum. Illud grande *ar-
 ro-* & rationi contrarium, dum om-
 nibus ex æquo hominibus consim-
 ilia prophylactica, & ad vitam
 conservandam ac propagandam in-
 servientia, ordinare solent, cum in-
 gens sit complexionum varietas,
 dum alii inclinant ad Naturam ca-
 lidam & siccam, alii ad frigidam &
 humidam, quorum illi per frigida &
 humida ad *superioria*, sunt reducendi,
 hi autem per calida & sicca corri-
 gendi. Sola Natura temperata, vel
 haud nimis excedens ad ullam infi-
 gnioiorem intemperiem, nullo medio,
 in suo *Essè*, melius conservari potest,
 quam beneficio accommodatæ diæ-
 tæ, in assumendis cibis boni succi,
 temperata qualitate præditis, facilis
 concoctionis, & moderatâ quanti-
 tate, quàm ullis medicamentis, quan-
 tumvis operosis & preciosis. Vitæ
 conservatio & prolongatio consistit
 potissimum, in justâ calidi & humi-
 di radicalis contemperatione, qui si
 sit vegetus, omnes facultates anima-
 les, vitales & naturales efflorescunt,
 & actiones ritè procedunt. Cum sa-
 nitas & vitæ diuturnitas calori nati-
 vo rectè cum humido proportiona-
 to, sit accepta ferenda, plus spei lo-
 candum, in convenientibus alimen-
 tis illi augendo & conservando qua-
 lificatis, quam ullis medicamentis,
 quantumvis sublimi Rationis inda-
 gine excogitatis. Quantum momen-
 ti in Sobriâ Vitâ, exemplum capere
 licet ab Eremitis, qui in locis deser-
 tis divagantes, sylvestrium arborum
 fructibus & plantarum radicibus
 tantum (aliàs haud probi succi ciba-
 riis) vescentes, & aquam meram bi-
 bentes, ætatem suam ultra centum
 annos protraxerunt. Quantò major
 spes concipienda, de iis, quibus ea
 obtigit fors, ut boni succi alimentis
 frui, & Vinum moderatè haurire,
 calori nativo conservando & exci-
 tando apprimè accommodatis, liceat,
 quin ad longævitatem pertin-
 gere valeant. Hujus rei illustre do-
 cumentum exhibet, Ludovicus Cor-
 narus, Patricius Venetus, qui ab an-
 no 25. ad 45. usque, erat valetudi-
 narius, complurium Medicorum
 cōsiliis frustraneis, ut nulla spes diu-
 turnioris vitæ residua, quin ad ma-
 jores migrandum, tandem re despe-
 ratâ, missis pharmacis, cujusdam
 suadelâ, cum uti cæpisset strictâ diæ-
 tâ, in quanto & quali modum haud
 excedente, præter omnem Medico-
 rum opinionè, ævum ad annum 95.
 produxit. Cum ille pænè ab omni-
 bus aliis esculentis abstinuisset, solâ
 Panatellâ (cibi genere facilis conco-
 ctionis

ctionis & optimi succi, ut in exigua
dosi, multum alimenti præstet) ab
italis dicta, ex pane contrito, vitello
ovi, brodio carnis, vel aqua, parata,
contentus, certarum unciarum pon-
dere assumendo, tum bene se ha-
buit, id mirandum, cum aliquando
amicorum suadela nonnihil largius
Genio indulisset, à constituta dosi
desectendo, si vel duæ tantum un-
ciæ ultra consuetum ingestæ, quoties
id factum, semper relapsus in pristi-
num morbosum statum. Illud velut
singulare exemplum, quantum com-
modi præstet exacta & accommo-
data victus ratio, ad prorogandam
vitam, etiam hodie, ingluvici dedi-
tis imitandum inculcatur.

Si ab ineunte ætate valetudina-
riis, beneficio commodæ diætæ, ad
longævitate aspirare licitum, multò
magis id sperandum iis, quibus à Na-
tura, superum favore obtigit lauda-
bilis corporis constitutio. Exin nihil
miri, si & mihi à Naturæ optima tem-
peratura dorato, temperantiæ insu-
per studioso, quasi ad Nestoreos an-
nos pertingere fas. Cum enim jam
annum exceßerim octogesimum se-
cundum, ab incunabilis, id ævi sine
morborum agmine transegi, adhuc
ex Gratiâ divinâ, Ente & Mente ve-
getus, absque ullo sensibili gravami-
ne. Is est fructus continentia, quod
Genius meus à Gulâ alienus. Etsi
sepius occasio oblata Baccho & Ce-
reri indulgendi, tamen tanta in me

erat appetitum irrationalem com-
pescendi facultas, ut rarius exorbi-
tarim.

Cum duplex mors constituenda
Naturalis & violenta. Illa matura-
tur per resolutionem calidi & hu-
midi insiti, per hujus auctem conser-
vationem propagatur. Ad illam re-
morandam, plus commodi præsta-
rent accomodata alimenta in quan-
to & quali modum haud exceden-
tia, quam omnia Alchymistarum
operosa & preciosa magnalia indi-
gitata, & magnoperè decantata me-
dicamenta. Si quis neglectâ conve-
niente diætâ, niti velit Pomposi
Hermeticorum arcanis, næ is se de-
ceptum experietur, omni expensâ,
in fumum versâ.

Multi de Medicina Universali
prolixum & speciosum discursum
instituant, & conservandæ ac pro-
rogandæ vitæ, quin & omnigenis mor-
bis propullandis, indubium effe-
ctum attribuunt: sed qui ea hacte-
nus præstare potuerit, etsi in hoc
meâ grandiori ætate, plaustra libro-
rum pervolutarim, & in meis variis
& longinquis peregrinationibus,
nullum artificem indagare licitum,
qui tale catholicum conficere po-
tuerit, aut præparatum habuerit. Vi-
detur potius esse suavis φαντασία,
quàm utilis εργασία. Non λογοδαιδαι-
λία, sed ipsa εργασία, rei possibilitas
esser demonstranda. Ipsa εμπειρία in-
fringit omnes rationes, cujus afflatu,
omnia

omnia argumenta, pro defensione ac tutelâ illius Panacæ, in medium allata, dispellenda. Illorum vanitatem evincit & promissionum falsitatem redarguit, dum ipsi spondentes aliis diurnitatem vitæ, opinione maturiùs, excedere coguntur. Prout Theophrastus Paracelsus Chymicorum Coryphæus jactabundus, suis arcanis vitam se ultra centesimum annum producere posse, aliis polliceri haud veretur, qui tamen vix ad medietatem pervenit.

D. Platerus in suis Observat, refert de Adamo à Bodenstein / Paracelsicæ sectæ Antesignano, qui grassante pestilentia in Urbe Basiliensi, edito libello, sibi cognitam præservandi & curandi rationem indubiam, beneficio cujusdam antidoti ex chymicis concinnato, jactitabat, ipse tum illâ infectus & à morte abreptus, cum tamen aliàs nemo, in totâ viciniâ peste tentatus, eâ non amplius in Urbe sæviente, sed in declinatione existente. Ita largis pollicitis alios & seipfos fallunt.

Prout mors naturalis multò commodiùs retardari & vita prolongari potest, per sola alimenta, pro diversitate complexionum accommodata, ita mors violenta, per morbosam dispositionem in Ergastulum corporeum impetum faciens, meliùs inhiberi potest per medicamenta, & simul competentia esculenta. Dum enim per convenientia reme-

dia, exorbitantem intemperiem ad *luxuriam* revocamus, causas morbificas propullando, quid aliud agimus, quàm morti frenum injicimus, vitam prorogando.

Quin per complures annos ope Pharmacorum vita extendenda indubium, non tamen certus annorum numerus potest determinari, cum cujusque hominis temperatura nulli Medico sit ad unguem cognita, præservantia autem debent esse directa & variari pro diversitate complexionum. Temeraria merito censenda jactantia, omnibus unum idemque obtrudere præservativum vitale, cum quod uni vitam prolongare, alteri abbreviare possit, in tantâ Naturarum discrepantiâ. Quidam gloriaantur de Panacæ omnibus ex æquo commodâ, sed in Utopiâ reperienda. Provoco ad experientiam. Etsi complura prostent exempla eorum, qui diurnâ usi hujus lucis usurâ, & causa assignata quibusdam prophylacticis, quæ tamen apud me fidem haud merentur. De Hieronymo Brunswicensi, Medico Argentoratensi refert Henricus Ranzovius, ipsum familiari & crebro usu cujusdam tabulati, ex variis aromatibus & Rhabarbaro concinnati, vitam ad annos centum & decem, produxisse. A ratione meâ alienum, tantam longævitatem illi soli medicamento acceptam ferre, cum potius causâ imputanda robori

O o

Natu-

Natura, calori infirio vegetiori, temperantia & accommodata diata. Si aliquot hominum myriades idem medium usurparent, vix uni concessum aspirare ad septuagesimum, ad octogesimum, ne dum centesimum & decimum annum. Imò illud calidioris corporis constitutione præditis perniciosum foret, vitam abbreviando potius, quam prolongando. Meam sanè Naturam talia remedia ex orbita sanitatis dimotam, prosternerent.

Galenus noster de aceti scillitici facultatibus oblongum catalogum confecit, id mirè in præservando corpore deprædicans, & cujus familiari usu Pythagoras Philosophus, ad annum centesimum & decimum septimum pertigerit. Id etiam Rationi repugnat. Et si haud obviam pro abnuam, illo aceto dextrè & cù discretionè usurpato, hominem ab impendentib⁹ morbis aliquândiu præservari posse, sed illud grande viderur absurdū, illius solius ope, cuiquam ad tantam ætatem pervenire fas. Pythagoram fuisse virum robustum, ex historicis cõstat, & quia magnus Philosophus, indubium, quin sobrietati ad diætus, istis qualitatibus potius longævitas ascribenda. Et si illud acetum vim habeat quædam incommoda avertendi & aliquândiu præcavendi, tamen diutius & crebrius usurpatum, tantum abest, ut vitæ prorogandæ, quin magis decurtan-

dæ inserviat, præsertim, si eo utatur homo temperatus & bonâ præditus valetudine. Cum enim insignem habeat attenuandi facultatem, si non inveniat materiam, in quam agat, humidum substantificum adoritur, id atterens & quasi liquefaciens ac fluxile reddens: id vel meo exemplo attestari possum, propriâ in cute expertus. Cum enim ante quadraginta annos, autoritate Galeni fretus illius aceti per aliquot matutinas modicum sumpsissem, torum abdomen attenuari & rugosum fieri cepit, per alvum succedente materia glutinosâ ceu humido radicali, eo viso, illius usum intermisi, nî destituissem, indubium, quin successu temporis, totaliter contabuisssem. Et si complures ope illius aceti ab iminentibus incommodis, per multos annos præservari queant, tamen ex mille millenis, vix uni liceret attingere Pythagoræ ætatem, cum insignis sit Naturarum discrepantia, æris & victus magna diversitas.

Si omnia vera, quæ in libro 3. de medicinis paratu facilibus, Galeno ascripto, (qui tamen pro adulterino & spurio habetur,) de aceto scillitico mirè deprædicantur, tum posset haberi pro præcellenti Panacæâ, & vel ipsi auro potabili præferri. Indubium, quin dextrè usurpatum, pro diversitate Naturarum, magnam habeat efficaciam à variis morbis præservandi, & per consequens vitam prolon-

prolongandi, per annos complures: sed hoc videtur impossibile & supra fidem, illi assignare facultatem vitam producendi vel ultra centesimum annum, cum ingens sit complexionum varietas, non in omnibus eundem exeret effectum.

Johann Fabri Gallus Medicus, in sua Pharmacop. Chymiatrica, aurum potabile se habere palam profiteretur, id velut catholicum in præservandis & curandis morbis extollens. Si illud tantarum virium, ut omnium morborum *εὐζωτόμῳ*, unice admiror, quod Author ille in suis observationibus, ne una vice, suis ægris, illud usurpandum, ordinavit, quin plerisque præscripserit emetica ex sale vitrioli, & purgantia ex antimonio concinnata. An non crudelis & infidelis Medicus censendus, quod illos tam violentis pharmacis torserit, quos tam clementi ac benigno remedio, in integrum restituere licuisset.

Haud renuo, quin insignes Hermetici reperti, qui morbos aliis invictos propulsare potuerint: sed nego ullum unquam talem extitisse artificem, qui unice medicinam catholicam instructus, talia miracula ediderit, qualia chymici suæ Panaceæ attribuunt, in præservandis & curandis omnigenis morbis, ex quacunque causa profectis. Qui secus statuunt, & tantopere pro asserenda illius artis certitudine, velut pro aris ac focis,

dimicant, ii non vaniloquentia, sed effectum, rei veritatem oculis subiciant. Multa Ratio comminiscitur, quæ si ad usum transferenda, optato destituuntur successu.

Sed quid opus est prolixiorum instituere discursum, cum ipse Cælius inter primates Alchymistas haud postremus, in præfatione sui operis, palam profiteri non vereatur, quod Ars illa sit supra Rationem humanam, nec ullius ingenii acumine investigari queat, sed solius Numinis divini gratia propalanda iis, qui ob pietatem digniores existant: Cum autem ab exordio mundi ad nostrum usque ævum, nulli concessum, cælesti illo dono potiri, consequitur, neminem hæcenus eâ pietate dotatum, quæ impellere Deum potuerit, ad mysterium illud revelandum, & ita occultum permanebit usque ad consummationem sæculi, cum vix credibile, subsequenti sæculo pronasciturum aliquem, tanta pietate præditum, cui aspirante Gratia divina, ars illa communicanda. Optimum videtur consilium, si cui obtigerit Natura bene constituta, ab omnibus medicamentosis abstinere, & in diætâ suæ complexionis convenienti acquiescere, quam dubiâ spe prorogandæ vitæ, ope remedium, damnum accersere, & maturius in cymbam Charontis descendere. Ego sanè, licet jam excesserim annum octogesimum secundum, a pueri

pueritiâ ad præsentem ætatem, nunquam sum usus pharmacis, præservandi causâ, ex vegetabilium, ne dum mineralium classe depromptis, quoties attentavi usurpare cordialia præservativa, deterius sensi. Olim exiguum Theriacæ singulis matutinis sumpsi, & jam per aliquot annos, modicum aquæ Juniperinæ, ad auram malignam avertendam. Exin conjicio, Naturam meam ita temperatam, ut alienæ, aut exorbitantis qualitatis media non ferat.

Unicum adhuc subjiciendum haud abs re duxi, cum Philippus Grulingius quandam Panaceam ex vario ac multiplici vegetabilium & mineralium classe paratam, aduersus omnis generis morbos, mirè deprædicet, cujus vim divinam in morbis desperatis, se vel millies expertum asseveret: si tantarum illa virium, miror, cum Author ille nuper cen-

turiam observationum in lucem emisserit, quod ne unicus casus reperiarur, illius exhibitæ, quin palato ingrata occurrant medicamenta, an non inhumanitatis opus, ægros tam insuavibus & majori quantitate ingestis, exagitare, si in Medici manu, tam benigna Panacea, & quidem tam pusilla, septem tantum granorum dosi, morbos curare. Panaceam illam in multis morbis profligandis admodum proficuum, libenti animo concedo, sed mens stupet, quod illa neglecta, infirmî variâ ingratîs ingredientium farragine fuerint tractati. An non exin ansa captanda hæsitandi, utrum illius catholici tanto perè laudati efficacia, congruat cum Experimentiâ. Si indubium catholicum desideras, propono mortem, quæ omnibus malis & incommodis certam medelam defert, ultimum colophonem imponens.

EPISTOLA VI.

Utrum facultates animales Principes in cerebro residentes locis ac sedibus sint distinctæ, ad quendam Medicum.



Um olim D. Augustinus varia *Epistola* S. Hieronymo tum senescenti, & in cænobio Bethlehemitico delitescenti, proposuisset discutienda, tandem id dedit responsi: ne se jam veteranum quiescentem rursus militate, & de vita periclitari cogat, sed in-

ter suos Monachos susurrare sinat: num & mihi jam grandævo idem prætere liceret, dum diversarum quæstionum nodos, non Alexandri gladio dissecandos, sed Rationis radio resolvendos proponis: ast cum amicè roganti refragari, haud æquum statuam, en responforiam, utinam ex tuo voto. Cum summa-

res Medici, Magirus & Sennertus, sibi è diametro oppositi, quorum ille affirmantis, hic verò negantis partem sustineat & defendat, se arbitrum interponere, haud vacat periculo, præsertim in grandiori hæc septuagenariâ ætate, quæ videtur minùs disposita, ad istas ἀρεβολογίας ac tricas, solvendas: sed experiar, quid valeant humeri.

Utrum tres facultates animales in cerebro sua munia obeunt, locis sint disjunctæ, ut Phantasia in anteriore, Ratiocinatio in mediâ, memoria in posticâ parte suas operationes edat. Controversia illa tam est inversa, tanta opinionum fluctibus operata, ut se exin expedire, haud obvium.

Arabes quidem, inter eos Avicenna & Averrhoes: inter Græcos Aëcius, assistunt parti affirmanti, de Galeno est dubium, quò inclinet, eum in ejus operibus nullus extet luculentus contextus, cui sententiæ adhæreat. Lib. 4. loc. aff. c. 2. exemplo phreneticorum demonstrat, alios phantasiâ salvâ, cogitatione aberrare, alios integrâ cogitatione, falli memoriâ, alios utramque facultatem habere corruptam: proponit easum phrenetici Romani, in custodia detenti, qui in cubiculo ad fenestram accedens, conspicatus homines in plateâ stantes, percontatus est, num vasâ vitrea projicienda? illis annuentibus, ea dejecit: post etiam

puerum ostendens, interrogavit, num & is dejiciendus: illis affirmantibus, ilicò eum derurbavit. Sed contrariam affectionem in seipso expertus est Galenus, cum in ætate, febri ardente correptus, festucas atro colore è cubili èminere, & floccos in vestibus hærerere putans, eos auferre tentans, nihil autem sub digitis eductum deprehendens, majori conatu id efficere tentavit, audiens ex amicis præsentibus ac mussitantibus, videtisne hunc jam & floccos evellere, & festucas colligere, statim animadvertit, se id fecisse: cum autem sic animo constaret, ut rationalis facultas non vacillaret, rectè inquit dixistis, proin ne phrenitis me corripiat, auxilio estote. Etsi exin liquidò appareat, Galenum statuere, interdum phantasiâ, nonnunquam cogitativam seorsim, sæpius utramque facultatem simul depravari, exin tamen inferri non potest, eas sedibus distinctas. Sed Hieronymus Mercurialis *πρὸς τὸν Ἰπποκράτην* ille Medicus velut gravissimum Galeni testimonium adducit ex comment. 1. text. 27. in Porthet. Hipp. dum scribit: frequentes in phreneticis mutationes, indicare convulsionem, & Galenus istum exponens locum, inquit: per mutationes fieri in phrenitide, quâdo vel imaginatio læsa, vel discursus, aut memoria offensionem patiuntur, idque propterea fieri, quod humores aliâs alium ipsius cerebri lo-

cum infestent, eò confluentes. Quis negare potest, Galenum non aperte dixisse, hujusmodi operationes fieri in variis cerebri locis, subjungit Mercurialis: Id autem non solum esse intelligendum, de solis ventriculis, sed totà cerebri substantià, per quam spiritus animales diffusi. Potissimum ergò argumentum, quo illi impulsæ, tres illas facultates animales in cerebro velut domicilio residentes, diversis in locis, suas exercere operationes, subsequens videtur.

Si Anima rationalis omnes suas operationes ederet unico instrumento, hoc est, unicà tantum parte, sequeretur, unã facultate læsã, reliquas etiam simul affici, sed contrarium Experientia ostendit, quamlibet illarum facultatum posse seorsim lædi, modò phantasiã corrumpi, salvã cogitatione, & contra. Hisce præmissis, cum in tantã, tam insigniã Medicorum repugnantia, crisi admodum difficilis, quãnam opinio sit præferenda, cum & meam exigas sententiam, eam ob oculos constituam. Si cuncta juxta normam meã Rationis ex animo ac probo, mihi videretur verisimilior illorum sententia, qui negant, facultates illas locis disjunctas, sed *λόγῳ* tantum, non subjecto differentes, asserunt.

Cum Anima sit incorporea ac inorganica, & ejus Essentia immutabilis, & per se suas vires ac facultates, omnibus ex æquo partibus

communicet, sed diversimode operetur, pro diversitate instrumentorum, ita & in cerebro, pro diversã ejus in temperaturã & spirituum animalium dispositione, alias edit alias actiones. In homine sano, ubi cerebrum est inculpatum, & justã *negotio* dotatum, si obtigerit id paulò humidius, & exin spiritus animales emergunt humidiores, cum qualis causale causatum, prævalet phantasia, cum facilis phantasmatum receptio fiat: si cerebrum siccius (intra limites mediocritatis) & spiritus animales sicciore exoruntur, (cum exorta suorum principiorum Naturam referant,) tum Ratiocinatio est vegetior: nam si spiritus siccus, anima est prudentior & memoria. Exin emergit ingens hominum, quoad Phantasiã & discursum, varietas. Non quod, si in anteriori tantum parte cerebrum humidius, imaginatio sit eminentior, si in mediã & posticã regione, siccius, imaginatio & memoria præcellant, sed si in toto, ita dispositum. Etsi fortè (nec id absolum puto, sed ex effectis palam esse statuo) præstantia Ingeniorum (præsuppositã Animã Rationali,) quoad Phantasiã & discursum, non tam manifestis qualitatibus, calidã, humidã & siccã cerebri constitutioni (quæ tamen non totaliter excludendã) assignanda videretur: quin potius causa rejicienda in *ιδιοσυγκρασία*, humorum proprietatem, vel occul-

occultam qualitatem. Cum cernamus eos, quibus obrigit Natura cholericâ, aut melancholica (si humor melancholicus calidior, aut cum naturali cholericâ, certâ proportione mixtus) quoad omnes facultates animales, prævalere. Humori in primis melancholico, vel cum naturali bile contemperato, τὸ θεῖον τι, quidpiam divini inesse, relucet ex præcellentiâ ingeniorum, dum ad omnes artes & scientias, tales Naturæ sint præ cæteris habiles. Illud τὸ θεῖον inesse etiam nostrati amico, patescit ex effectis, & divinis mentis operationibus, cum illi obrigerit, quoad ex Physiognomiâ colligendum ac deprehendendum, Natura cholericâ melancholica, cælestibus igniculis dotata. Quisnam asseverare ausit, tam nobiles operationes tantum exerceri, in mediâ cerebri parte, non autem totius substantiæ. Imò etsi melancholicis obvenit sicciôr cerebri constitutio, non modò discursu, sed & phantasiâ omnes superant, cum phantasmatum varietate exagitantur. Exin Aristoteles, eos πολυνοεῖς & πολυφανταστῆς somniosos & imaginosos haud in scitè vocat. Ergò non tam temperaturâ manifestâ, causa attribuenda, quàm humoris melancholici occultæ qualitati. Cum contraria juxta se locata, magis elucescant, præmissa naturali constitutione cerebri, à quâ ejus actiones procedunt: nunc dispicien-

dum, quâ ratione afficiatur à causis non naturalibus, ac morbofis, nostro proposito inservientibus.

Siquidem cerebrum præter Naturam afficiatur, præsertim in febribus acutis, à vaporibus molestatum, tum patitur affectum suffusioni oculorum haud absimilem, ubi omnia apparent pallida, crocea vel nigra, pro humorum & vaporum Naturâ ac qualitate, qui oculis obversantur, modo muscas, modo festucas, aut floccos se cernere purantibus. Sic vapores febriles caput impetentes, modò hujus, modò alterius speciem representant. Haud secus in phrenitidis principio cerebrum afficitur, dum levius πῦρ in γίνεσθαι adhuc in fieri & humor, qui affluit benignior, ut illius temperiem haud insigniter lædat, sed ob evaporationum copiam & motum turbulentum, imaginationem magis offendat, ut externorum sensibilium species haud clarè figantur, variis spectris obversantibus: at malo invalescente, dum est in γυγόνειας, in factò, ubi humores fervidiores, calidiorem δυναστείαν inducunt, cogitatio depravatur, quæ si valdè excedat, omnes actiones tolluntur. An non exemplo Ebriorum idem sat commodè potest declarari. Si complures idem genus vini ingurgitantes, temulenti reddantur, alii ob vaporum benignitatem, suâ vi phantasiâ aberrant, ut sanguinei: alii ob vaporum acrimoniam, furibundi.

evadunt, ut cholericis. Nemo dixerit, si vini vapores petant anteriorem cerebri partem, phantasia: sin mediam, cogitationem corrumpi, cum totum potius cerebrum, istis vaporibus refertum, & tamen in aliis phantasia, in aliis cogitatio magis laborat, pro diversitate temperaturæ & qualitate vaporum, quibus totum cerebrum est occupatum. Sic etiam in febribus continuis, vapores expirantes se insinuant & obsident totius cerebri substantiam, & ejus sinus, & tamen in quibusdam Ratiocinatio, in aliis imaginatio, magis afficitur, pro diversitate humorum & vaporum, qui si sint benigniores, ut in sanguineis & phlegmaticis, phantasia affligitur, sin calidio-

res & aciores, ut in cholericis, cogitatio evertitur, & in furorem agitur. Exin haud difficulter responderi posse autumnis, ad principale illud objectum (quod multorum ingenia torfit & eò adegit, ut statuerint, tres facultates animales, sedibus disclusas) qui fiat, quod modò Phantasia, interdum Ratiocinatio lædatur, si nulla loci affecti esset discrepantia. Sed manum de tabula. Hæc mihi obvènere, quæ pro parte negante, in medium adferrem, si id ad tuum gustum, haud pœniteret laboris suscepti: sin minus, tamen non displicebit animus ad gratificandum benevolus. Suum cuique liberum esto judicium.

EPISTOLA VII.

Ad Dn. D. Johannem Scultetum, Collegam honorandum, ad questionem propositam ex Q. Curtii historiâ, de rebus Alexandri Magistis, cum is in Ciliciâ magno aeris aestu, refrigerii gratiâ, in cydnum amnè descendisset, exin gravi ac periculoso morbo contracto, & ipsi à Philippo Medico, potio medicinalis oblata, hinc emerfit curiosa dubitatio, qualis illa fuerit, corroborans, vel purgans, quinis Epistolis permutatis, ventilata, & ad varias objectiones ac instantias respondendo, dilucidata.



Pistola tua inopinatò advenit, & insperatam ac curiosam quæstionem protulit, par ac æquum expetitur ad ornare responsum. Plures quam 50. anni dilapsi, quod Q. Curtii histori-

ca monumenta, perlustrare contigit, exin inter cætera observavi fidem Philippî Medici in Alexandrum, & hujus in illum singularem confidentiam in exhauriendâ potione medicâ oblata, spretâ ac neglectâ Parmenionis delatione, prætendentis eam fore

fore lethalem, cum Philippus à Dario Rege, millenis talentis inescatus ac corruptus, ad Alexandrum interficiendum: tum temporis nulla cogitatio obvenit inquirendi, qualis illa potio, nec hæctenus, tam longa annorum serie, tam curiosum quaesitum, ullibi legere contigit prolatum, exin cum quaestio illa insolita, & mihi nova, opus erat aliquâ speculatione, tum mihi in mentem venit, cum Q. Curtii opusculum jam non ad manum, id aliunde mutuo acceptum, denuò volutare & circumstantias ponderare, quarum medio in rei exactiorem cognitionem, & ad quaestionis propolite accomodatorem decissionem, pervenire liceret. Si dextrè judicandum, oportet nosse morbum, qui ex lotione frigidâ contractus, rationi consonum, fuisse convulsorium, cum Rex in magno aestu, poris cutis apertis, refrigerii causâ, se in Cydnum amnem demiserit, exin rigore totius corporis concitato, oblaes partibus nervosis, per se exanguibus, quibus frigus est inimicum, oculis clausis, impotentia mentis subsequente.

Hiscæ præmissis, jam investigandum, qualis responsio adornanda, utrum potio illa purgans vel corroborans fuerit, animus meus inclinatur in solutivam, hiscæ fretus conjecturis. Si potio confortans exhibenda & convulsivis motibus resistens, tum statim ab exordio morbi offe-

renda, ad excitandum & averrendum paroxysmum, & præcavendam graviora symptomata: sed tertio demum die, ab insultu morbi Philippus potionem Alexandro porrexit, recollectis corporis viribus & menti jam restituto, ut ipse in manus accepto poculo, portionem sumpsit: distulit igitur Philippus evacuationem, dum Alexandri Natura robustior facta, ad vim medicamentum commodiùs ferendam. Secundò illud mihi patrocinator, quod deglutitâ illâ potione Alexander in deteriorem delapsus statum, gravioribus subsecutis symptomatis, intercepto spiritu, ut Philippus suspectus calumniis occasionem dederit, Parmenionis insimulationem de exhibitio veneno, haud fuisse vanam: cum prisci benignioribus medicamentis destituti, Alexandria autem Naturâ delicatior, primo aggressu, violentorum operationem sustinere non potuit, exin incidit in syncopen gravissimâ, ut Philippus anxius & negotiosus, fomenta adhibendo, ut corpus per resolutionem spirituum vitalium, refrigeratum, recalescat, aliù verò vini & cibi odore torpidum refoellare conati, ut tertio demum die, se recollegerit, viribus virulentia medicamenti adeò attritis. Ergò purgans & non confortans fuit, apage cum tali cordiali, vires non restaurante, sed infirmante, & pœnè in orci fauces præcipitante. Mihi in-

Pp

super

superstipori, ad reficiendum totius orbis Monarchæ corpus, tam levia adhibita præsidia, si hoc nostro ævo, ægris vel Codro pauperioribus succurrendum, ii quoad pharmaceutica, preciosius tractandi, quàm olim

Reges potentissimi. Hæc paucis consignare libuit, si ea ad tuum gustum, & mihi pergratum foret, sin verò Genio tuo non satisfactum, haud displicebit gratificandi studiū, & meus in te benevolus affectus.

EPISTOLA VIII. Ad eundem.



Onesta tua censure de meâ nuperâ ad propositam quaestionem, concernentem potionem medicam Alexandriam, responsione, dum eam velut doctissimam te honorificè amplexum & osculatum esse refers, mihi gaudio ac obiectamento, & ad ulteriorem ac uberiorem disquisitionem instituendam, majori incitamento, cum ista literaria conversatio, sit mentis exercitatio, ad investigationem veri inserviens, idcirco par ac æquum duxi, amice expetenti obsecundare, & ad objecta dubia, ampliorem informationem communicare. Quin Alexander à lotione frigida spasmus contraxerit, indubium existimo, subsequenter symptomatis id ~~est~~ prodeuntibus, sed febrem acutam succedaneam, aut conjunctam fuisse, (prout Neandri est opinio) meâ Rationi repugnare videtur, triplici de causâ. 1. Quia Q. Curtius luculentis verbis tradit, in ipso vultu observatum pallorem expiranti similem, in membris externis rigorem, & motum tremulum conspicuum, in toto autem corpo-

quæ signa febrilem dispositionem refellunt. 2. Si febris acuta præfens, (cum Alexandri Natura fuerit arrabilia, talis præsumenda ex rebus præclavè gestis, quæ arguunt animum Heroicum, & spiritum fervidum, ad egregia facinora edenda, promptum) tum illa in præcalidâ corporis constitutione & magno aëris aestu, fuisset ardentior (biliosis humoribus incensis ac deustis, qui instar sulphuris flagrant) exin periculiosior, nec ullo præsidio humano, tam brevi temporis spacio triduo, cessisset. 3. Alexander vires recepit corporis, & integritati mentis erat restitutus, priusquam medicamentum à Philippo exhibitum, à ratione alienum, febrem acutam, tam subito ergastulum regium, ultro reliquisset, nullis pharmacis propulsata, cum aliàs non tam facili manu, quantumvis accommodatis præsiidiis, tam brevi, expugnari queat. Sed his missis, jam me accingam ad demonstrandum, potionem illam medicam fuisse purgantem, & ad objecta in contrarium nitentia diluenda, me conferam. Hoc præsuppono, & rationi valde consonum æstimo, cum

Q. Cur-

Q. Curtius sic historicus cui termini Medici, haud exactè cogniti, cum secutum vulgarem loquendi morem, ut per potionem medicam intellexerit purgantem, prout & notitates in communi ac trito sermone per potionem medicam, *ein Argemone dräncklein eingenommen / pharmacum laxativum, si autem sumperunt haustum alterantem, vel hydrozicum aut bezoarticum, dicere soliti, ich hab ein Kühl- oder Schwitz-dräncklein eingenommen*

Sed illo in suspenso relicto, nunc ostendere aggrediar, sive scopus sit dirigendus ad spasimum, sive ad febrem, utroque modo purgantia haud improbanda, sed necessaria.

Si febris continua praesto fuisset, quin ab initio potio laxativa conveniens, indubium, ad vitiosos humores, in ventriculo, intestinis, & mesenterii regione hospitantes, velut causam antecedentem & fomitem subministrantem, eliminandos, ut corpore prius probè emudato, post bezoartica & hydrotica tutius porrigenda, & Natura obstaculo illo saculento remoto, residuum minori negotio concoquere, evincere ac superare valeat. Non igitur culpandus Philippus, si tum pharmacum purgans exhibuit, nì fortè illud desiderandum, cum periculù ac damnum in morà, & febres acutae celeri gradu, suam periodum absolvant, quod non statim ab initio ob-

latum, sed in tertium diem dilatatum, ubi rei benè gerendae jam praeteriit occasio, quae semel dilapsa, non amplius revocanda. At misa febrì, cum nulla de ipsa vel levissima conjectura in Q. Curtio deprehendenda, dispiciendum restat, utrum Philippus à janua medicæ multum aberrarit, in affectu spasmodico, exhibendo evacuanis, & cur ad in tertium diem procrastinatum.

Potionem autem illam purgantem fuisse, hoc esto Herculeum suffragium, quod Alexander antè sumptionem jam à primo morbi insultu, recollectis viribus corporis & mente constante, cum Philippo locutus, quasi ab omni languore immunis, sed portione deglutita, protinus in lipothymiam stomachicam incidit gravissimam, ut obortâ angustia pectoris, & intercepto spiritu, in momenta expiraturus judicaretur, aded ut ex in suspicio emerferit, toxicum oblatum, & obtrectandi ac calumniandi occasio nata, Parmenionis insimulationem haud frivolâ, quod Philippus à Dario muneribus se corrumpi passus ad Alexandrum è medio tollendum. Cum autem Alexander haustâ illâ portione, pœnè in lethalia inciderit symptomata, quis renuat, purgans & quidem haud benignum ingestum (cum prisca ætati destituta) ipsius Naturam mollem ac deliciaiorem lancinans ac vellicans & spiritus resolvès, Q. Curtius

tius ipse refert, tantam vim medicamenti, ut ab ejus usu, confestim spiritus coarctatus, & Alexander pœnè in cymbam Charontis precipitatus, ut morituro simili appareret, quasi in agone constitutus, quis sanæ mentis dixerit, corroborans fuisse, prohibeat Jupiter à tali confortante. Si animus & intentio Philippi porrigere Bezoartica, aut hydrotica, tum statim ab exordio morbi obtulisset, ad infringendam malignitatem spasmodicam, sed cum id distulerit in diem tertium, factum reor, dum paroxysmi convulsorii remissiores, & Alexander mentis compos ad præstandum, in assumendis remediis, obsequium, cum ne bezoartica quidem commodè etiam in exigua dosi à convulsionibus Epilepticis obrudenda, nisi cum à paroxysmo inanes, & Ratio ad se reversa, pareat consilio medico.

A ratione meâ alienum, Philippum primo triduo fuisse ociosum spectatorem, quin credibilius, ipsum nihil prætermisisse, in revocandâ tam nobilis subjecti valetudine, à convulsione Epilepticâ excitando, & Naturam corroborando, dum opportunior suppetet occasio, corpus evacuandi. Adde & hoc, cum Philippus potionem Alexandro sumendam consulisset, is jam vires corporis recuperat, & mens salva, ut hæud opus restauratione, Naturâ victrice, cum id à principio fieri de-

buisse, hoc esset post festum venire, & ὄστρον ὄστρον ludere, exin relictet, potionem illam purgantem fuisse. Sed ex quibus concinnata simplicibus, nemo divinarit, hoc tamen certum, ex validiorum purgantium classè deprompta, cum ipse Q. Curtius ingentem vim medicamenti vocet, ex effectu patefeit, dñs Alexander ab eo, pœnè ad majores ablegatus.

Exin quæstio emergit, utrum iste curandi processus legitimus, an non consultius, propinassè bezoartica, quàm purgatoria, rationi consonum à principio, ad excitandum, & propullandum paroxysmum convulsorium, illa magis proficua, sed cum Alexander tum ab illis symptomatis immunis, corpore & mente vegetus, ad residuam viciosorum humorum colluviem, quæ morbi causa tollendâ, quin purgantia cum fructu usurpanda, quis renuere ausit. Haud dubiè Philippus ex certis signis collegit, in Alexandri visceribus coarctatos humores atrabilarios & cholericos, convulsionis Epilepticæ authores, qui suâ qualitate acridâ ac vitriolatâ mordentes, & stimulantés facultatem expultricem, ad rem noxiam amolendam, convulsivos motus concitant, ad saburram illam excrementitiam, ceu omnium symptomatum causam, averruncandam, Philippi intentio erat, istum scopum assequi, beneficio purgantium. Utrum autem in consimili casu

casu Elleborus locum habeat, cum convulsiones concitare solitus, talem adhibendam distinctionem statuerem, si Natura robusta, & exorbitent humores melancholici & cholericus, verendum illud symptoma concitantes, quin uterque, Elleborus in perdomanda illa bellua, in corpus humanum deserviente, & propulsanda, in subsidium advocandus, potenti hosti validas machinas opponendo.

Et si Elleborus uterque in substantia usurpatus, inimica sua qualitate nervoso generi sit infestus, convulsiones concitando: in decocto autem vel infuso exhibitus, removendo causam materialem, phlegmaticos & melancholicos humores evacuando, plurimum conferre, testimonium ferat ipsa experientia. Exin Heurnius in desperatis convulsionibus Epilepticis suum mel Elleboratum summo opere deprecatur, & oxymel Elleboratum Juliani, in spasmodicis malis, Gesnerus decantat.

Et si vero Alexander a potione hausta, a gravioribus exin concitatis symptomatis, aliquandiu post, se de novo recollegerit, & sanitatem recuperarit, an non haesitandum, cum Alexander ante illius usum, Ente & Mente sat belle valere iudicatus, & beneficio ac robore Naturae jam victricis, omne periculum evaserit. Fortassis ipse Philippus animadver-

tit, tum morbum vacasse periculo, ideoque eo declinante, medicinam obtulit, ut si Rex plenarie convalesceret, ipsi trophaum salutis regia erigeretur. Id caeteri Medici nimis formidolosi, ab invasione morbi cernentes instans vitae discrimen, ob graviora tum praesentia symptomata territi, suam detrectarunt operam, ne si Rex mortem oppeteret, ipsis culpa imputaretur, & sicut ille de vita, ipsi de fama & existimatione periclitarentur. Sed audaces Fortuna juvat, & non raro eos extollit ex insperato, ad laudis ac gloriae & honoris supremum gradum. Quamvis saepius bonus aliquis Genius superveniat, summo omnium rerum direttore ita disponente, ut etiam levioribus adhibitis praesidiis, aeger revalescat, & Medicus inclarescat. Succurrit memoriae notabilis historia ex Suetonio depromenda, ita differente: Statuit populus Romanus Antonio Musae (qui ex Graecia oriundus, Romam ad praxin exercendam, profectus) signum Aesculapio proximum, ob Augustum periculoso morbo servatum, majori felicitate, quam artis peritiam. Idem tradit Xiphilinus Historicus Romanus: sed tum is Medicus, beneficio Fortunae, vel divino usus est: Marcellus enim cum non multo post aegrotaret, (consimili scilicet morbo) atque eodem modo a Musae curaretur, mortuus est. Sed calamus meus latius excurrit, quam

primo ducere constitueram. Ecce quam animus meus promptus ac expeditus ad gratificandum. Mihi in votis, ut ista responsoria sit ex tuo voto, si plausu digna aestimanda, impensi laboris haud poeniteret, cum tali de re discursus institutus, de qua

per totam meam 78. annorum aetatem, nulla unquam cogitatio obrepfit, sine ullius Authoris adminiculo, solius Rationis dictamine exaratus: utrum clavum attigerim, Genio tuo dextere ac candidè dijudicandum committo.

EPISTOLA IX. Ad eundem.

Quod nuperà meâ responsione, te magno beneficio & gaudio affectum, ingenue es professus, & in meo pectore letitia concitata, & animus excitatus, ad telam captam pertegendam. Notum ac tritum illud Graecorum: *Ὅς λόγος ἀντιπαλῶσι λέγῃται*: Rationes reverberant, aut evertuunt rationes, nulla argumenta tam probe munita ac firma, quin enervari & in dubium vocari queant, tanta est argutia humana.

Idem experitur nuperà meâ responsoria, cui quaedam instantiæ & dubia objecta, ad diluendum. Talis quidem disquisitio haud videtur infructuosa. Prout enim ex silice, aut chalybe attrito ignis scintillæ exilire solent, ita ex mutua sententiarum collatione, relucescet veritas. Cum ista materia haud sit de pane lucrando, nec operæ precium existimem ejus gratiâ, multum temporis tere-re, non minus, cum intelligam, meam resolutionem haud inacceptam fore, æquitatis Essè duxi, viro amico gratificari, calarum denuo

in manus sumere, & proposita dubia reddere magis dilucida. Quoad Alexandrum à primo paroxysmo convulsorio, nullam aliam passum invasionem Epilepticam, ergo non opus ratione paroxysmi, uti medicamento purgante, quod 1. aphor. 20. eâ die 4. sint prohibita. Utrum autem à primo paroxysmo spasmodico, Alexander nullam aliam sustinuerit, *ἴσχυς*, cum de isto nihil certi constet, & opus demonstratione. Sit ita? Alexandrum à primo insultu Epileptico, nullo alio correptum, quid quaeso prohibet, aut obstat, quo minus purgans cum fructu exhibendum, ad præcavendam recidivam, & eliminandos vitiosos arrabilarios & æruginarios humores illius symptomatis effectores, cum illi neque beneficio Naturæ, neque artis operâ, primis diebus evacuati, annon consultum, eos dimovere, ad prohibendum paroxysmi recursum. Id quod etiam plerique Medici in quotidianâ praxi observare soliti. Noratu dignus casus adolescentis, cujus Galenus in comment. lib. 5. aphor.

aphor. I. mentionem facit, qui bilem æruginosam evomuerat, & inter vendendum, totum corpus convulsim, illa evacuata, febrim statim & convulsionem cessasse. Consimilem casum mihi olim in quodam meorum filiorum observare contigit, qui ex febre continuâ decumbens, gravissimis convulsionibus Epilepticis excitatus, liber ac immunis non factus, nisi per vomitum rejecta materia subviridi, seu bile æruginosa. An Philippus quibusdam conjecturis fretus, animadvertit, in Alexandri corpore redundare consimiles excrementitios humores, qui requirant evacuationem, ad prohibendam paroxysmi reditum & procurandam sanitatem magis firmam ac constantem.

Cum adolescens ille Galeni, & meus olim filius, robore Natura irritata, copia & mala qualitate, virulentæ illius bilis, dum ea excreta, à convulsionibus immunes redditi, quidni & Medico licebit Naturam æmulari, & eam à consimili spurcicie humorum levare, ad præcavendam imminentiâ symptomata.

Aphorismus ille Hippocraticus mihi non refragatur, quin potius suffragium ferat, dum ait: Quæcunque judicantur, & judicata sunt integre, seu perfecte, non movenda sive medicamentis, sive aliter irritando, sed sinenda. Iste aphorismus loquitur tantum de febribus acutis,

si crisis perfecta præcesserit, ut Natura excretis vitiosis humoribus, velut, causâ morbificâ, tota purificata nihil residui, quod evacuationem efflagitet, Naturam in suâ integritate imperturbatam relinquendam, cum medicamentum nihil inveniat, in quod agat, quin id, quod bonum, aggrediatur, & humores nutritios, seu humidum radicale colliquet, id autem intelligendum de veterum violentis pharmacis, juxta illum aphor. 36. lib. 2. qui salubritatem corporis habent, cum per medicamenta purgantur, citò exolvuntur. Si autem crisis obtingat imperfecta, ut conjectura, restare corruptos humores, eos ipso etiam Hippocrate annuente, licebit evacuare, ne recrudescat morbus, non tantum post 4. sed plures etiam dies, præsertim si benigniora medicamenta exhibenda, quibus antiquiores destituti, ideo in purgando corpore erant tam carioli ac solliciti, ne quam noxam inferrent. Hippocr. lib. 2. aph. 12. Quæ relinquuntur in morbis post judicium, recidivas facere consueverunt.

2. Si Philippus bezoarticum alterans, quod ab antiquis etiam medicina fortis, dictum, exhibuit, post triduanam inediam, an non æque graviora metuenda symptomata, ac si purgans oblatum. Cum Bezoarticorum magna sit discrepantia, imbecilliora vel fortiora, cum præco-

secu-

seculo benigniora, qualia nostro ævo usitata, Medicis fuerint incognita, sed theriacalia, aut consimilia tantum alexiteria ad manum. Cum Gai. lib. d. Ther. ad Pisān. 17. illorum usum pueris interdixerit, ob corporis constitutionem mollem ac resolubilem. Cum non sit proportionata calori nativo, ut ob nimiam ac intensam activitatem, facile suffocentur, haud secus ac oleum lucernæ ardenti copiosè affusum, flammam exiguam restinguat. Idem Galenus lib. 5. simpl. med. fac. 17. asserit: Alexiteria media esse inter venena & corpus humanum, præsertim si in dosi excessus committatur, veneni Naturam subire, strangulando calorem nativum & resolvendo spiritus vitales, eâ ratione antidota illa etiam medicamenta fortia nuncupanda. Si Philippus post triduanam demum inediā, Alexandro bezoarticum obtulit, Natura ob tam diutinam abstinentiam valde viribus exhausta, libens concesserim, ab eo, Alexandrum non minus, ac si purgans ingestum, in lipothymiana stomachicam, ob resolutionem spirituum vitalium, incidisse: non mirari soleo, ipsum, syncope correptum, sed majori admirationi, non à morte abreptum. Id quod in nuperâ postremâ peste ab usu bezoarticorum benigniorum, multis contigisse, recordor, haud abs re vel unicum casum, albo calculo notandum,

proponere, viri hujus Reip. primarii, cui cum vesperi peste infectus, sequenti matutinâ 6. tantum granulap. Bezo. oblata, imperando, ut desuper lecto opertus, per bihorium sudaret, quoad virium tolerantiam. Sed quid contigit? Bonus ille vir, definito sudandi spacio vix absoluto, cum sudor abstergendus, ex inopinato, dissipatis spiritibus vitalibus, vitam cum morte commutavit. Exin nihil miri, si Alexander triduanâ fame corpore macerato, ab accepto multo fortiori bezoartico, periculosissis symptomatis occupatus, sed robore Naturæ in vitâ conservatus.

Si Philippus tertio demum die, Alexandro jam integritati corporis & mentis restituto, bezoartica porrexit, an non merito insimulandus neglectæ incolumitatis regię, cum ab initio illa exhibenda, symptomatis obviando, non procrastinando & ociosè spectando, dum Naturâ absq; præsidii se recollegerit, aliàs facile contingere potuisset, ut Alexander, interveniente illâ remorâ, prius vi morbificâ defunctus, quam ferotina illa medicina præparata.

Sive autem purgans, sive bezoarticum Philippus à triduanâ inediâ exhibuit, utroque modo culpandus venit, licet Alexander vim medicamenti sustinens evaserit, majori id factum felicitate, quàm artis peritiâ, sicut Suetonius de Antonio Musâ, retulit, ob restitutum Cæsarem Augustum,

gustum; prout à me superius in secunda Epistola, denarratum.

3. Utrum si offeratur æger ex lotione frigida attonitus & convulsus, die 3. 4. exhibendum purgatorium vel bezoarticum, hac utendum distinctione arbitraret, si ex lotione frigida illa symptomata causata, quin statim ab initio fomenta calida adhibenda, & bezoartica porrigenda, ad calorem revocandum & malignitatem discutiendam, ut eò citius Natura se recolligere valeat, nec cunctandum in 3. 4. diem in morbo aliàs præcipiti, ubi longior mora est letifera: si verò patiens vires jam recipit, & artificiosa adsit conjectura, in tali subiecto residere cacochymiam,

quin convenienti pharmaco, pro ratione virium succurrendum, non videro rationabile obstaculum.

4. Utrum ista purgatio, non poterit institui per clysmata, quin & ista cum fructu injicienda, ad revelendos & evacuandos vitiosos humores, sed priùs ponderandù, quo in loco illi hæreant, si in ventriculo, & intestinis superioribus, aut viciniâ subsistant, præferrem purgantia per os ingesta, si in intestinis inferioribus & mesenterii regione delitescant, enemata anteponenda existimarem. Hæc mihi respondenda obvenère, ut tuo satisfacerem desiderio, suum cuique liberum, per me, esto iudicium.

EPISTOLA X. Ad Eundem.

N animo meo haud levis concitata est admiratio, ob superam responsionem, ad quæstionem, cur Philippus tertio demum die, potionem medicam Alexandro exhibuerit, hunc antiquorum diatritariorum morem fuisse, antè triduum medicamenta non præscribere, cujus Senecæ author Thesalium constitutus, quem Philippus secutus: id repugnat authoritati Galeni nostri, qui lib. 1. Meth. c. 2. tradit: Thesalium vixissè Romæ, sub Neronis regimine, qui aliquot seculis post Alexandrum, potitus est imperio, ita & Philippus ipsi coævus, ut aliquot cente-

nis annis, Thesalium præcesserit, nihil igitur de istâ sectâ illi cognitum, nec triduanâ inedia Alexandro excarnificato, qualccunque tandem medicamentum porrexerit. Mihi rationabilius videtur, cum Alexander gravioribus symptomatis convulsorii correptus, ut de vitâ periclitari iudicatus, Philippum sano consilio, medelam distulisse, interveniens tempori & commodiori occasione, dum ille recuperavit vires corporis & reinissio symptomatum observata, interea in reficiendis viribus per selectam dietam, & corroborantia remedia occupatum, & tertio die potionem purgantem obtulisse,

tulisse, ad præcavendam recidivam, subtractis vitiosis humoribus, qui alias relictis, fomitem morbo subministrare & paroxysmi recursum, facile promovere potuissent. Cum ilicò ab acceptâ portione verenda symptomata secuta, lipothymia, vox intercepta, & spiritus coarctatus, indubium, purgatoriam fuisse. Si bezoartica, non tam subito, sed aliquantò post intervallo, illa molestia demum emerisset, cum illo ævo benigniora pharmaca, qualia nostraria, ignota, conjectura haud vana, ex validiorum classe deprompta, ex in tantam angustiam stomachicam concitatam. Speculandum committitur, cum Alexandro potio exhibita, sive laxativa, sive bezoartica, recuperatis corporis viribus, & mente ad se reversâ, an non æquè restitutus, si conveniente victus ratione & aliis mediis Naturam corroborantibus Philippus illi suppetias tulisset, cum à portione illâ in deteriorem delapsus statum. Complures passim Medici, quidam etiam ex nostratum ordine, multum seduli ac negotiosi, in febris præsertim continuis curandis, ubi ægi jam in vado constituti, & morbus in declinatione, purgando & clysterisando procedunt, ut si beneficio Naturæ jam victicis, emergant incolumes, ipsis salus assignanda, tum committentes fallaciam non causâ, sibi attribuentes restitutionis effectum, qui roboti Naturæ ascribendus. Fortassis & Philippus usus hoc astu fuit, ut potionem illam exhibendam protraxerit, dum Rex recollectis viribus, de præhensus in meliori statu, & si plenariè convalesceret, ipse velut hospitator celebrandus, immortalem sui nominis famam ac gloriam, posteritati relinqueret, in historiarum monumentis. Plutarchus refert in vitâ Alexandri, cæteros Medicos, cum animadvertissent, morbum funestum, metuentes Macedonum obtrectationem, si cura ex voto non succederet, suam operam detrectasse, Philippum autem, etsi viderit spem salutis in præcipiti, maluisse cum Alexandro in discrimine constituto, unâ discrimen subire, & cum periculo medicamentum experiri, quàm ipsum desolatam relinquere. In nuperâ meâ consignatum, Fortunam audacibus non rarò esse adminiculo, eos ad culmen laudis & honoris evahendo: Idem obtigit Philippo, rem ambiguam aggredienti, ut feliciter cesserit, ex in Fortunatus de prædicandus: Sin verò à portione haustâ, è vivis sublatus, prout consequentia graviora symptomata arguebant, tum Philippus æquè, si non de vitâ, ad minus de famâ & existimatione periclitatus fuisset, cum Parmenio Alexandrum, ante sumptionem medicamenti dehortatus, ne fideret Philippo à Dario millenis talentis corrupto, ad ipsum è medio

medio tollendum. Si Alexander, ab-
 sorptâ illâ potionē, mortem oppet-
 tuisset, quantas in angustias Philip-
 pus seipsum præcipitasset & opere
 ipso confirmasset, Parmenionis insi-
 mulationem, de veneno oblato, haud
 vanam, aut frivolum. Sed Fortuna,
 vel dispositio ab Alto, utriusque
 sospitatrix censenda. Hæc cum
 saltem in finem exarare libuit, pro
 opere velut supererogatorio, ad
 ponderandum, si cum tribus meis
 prioribus responsoriis conferantur,
 utrum exin non potior captanda
 conjectura, pro haustu laxante,
 quam corroborante; absconum ab
 ullo confortante, confestim ab inge-
 stione, tam funesta concitari sym-
 promata, indigna illa titulo corro-
 borantium, vires non rescipientium,
 sed solventium, & pœnè in cym-
 bam Charontis præcipitantium. Sed
 manum de tabulâ.

EPISTOLA XI. Ad eundem.

Quemadmodum in mari
 unda trudit ac impellit
 undam, haud secus, ex
 uno dubio, emergunt
 plura diluenda. Cum
 animadvertam istam conversatio-
 nem literariam tibi acceptam, ina-
 micum sit recusare, ut texturam te-
 læ pridem captæ continuare, æqui-
 tatis censeam. Haud ignotum mihi,
 ex ordine Medicorum duos præci-
 puos fuisse Thessalos, quorum alter,
 filius Hippocratis, qui virtutum pa-
 ternarum æmulus, honorificam sui
 nominis, apud posteros, reliquit me-
 moriam, is aliquot seculis Philip-
 pum præcessit, & neutiquam author
 diatritariorum sectæ constituendus:
 sed alter ille Thessalus famosus, qui
 Romæ sub Neronis imperio, vixit,
 & aliquot centenis annis posterior
 Philippo, is teste Galeno, l. 1. Meth,

c. 2. ad Neronem literas misit, jacti-
 tans, se novam sectam condidisse,
 quæ sola sit vera, omnes alios Me-
 dicos despiciens, ne Hippocrati par-
 cens, quin ejus præcepta velut no-
 xia, traducere haud sit verecunda-
 tus, adversus istum impudentis. Sy-
 cophantam Galenus calamum strin-
 xit, diatritariorum Coryphæum.
 Ergo Philippus aliquot seculis prior,
 ex illo nihil subsidii capere potuit,
 cum ejus phantasmata, de triduanâ
 inediâ, tum incognita, exin haud ve-
 risimile, Alexandrum à Philippo tri-
 duanâ abstinentiâ fuisse excarnifica-
 tum, aut eo sine curam procrastina-
 tam: sed cum Græci ab Ægyptiis,
 medicinam acceperint, & Mercu-
 rialis libr. variarum leet. referat, Æ-
 gyptios Medicos in principio mor-
 borum, purgantia vitasse, cum &
 Aristoteles lib. 3. Polit. tradat, Ægy-
 ptios

Qq 2.

ptios

prios veritos à principio purgationes, & in morbis, quartum diem, tanquam judicalem, ferè semper & ubique observatum. Exin rationi consonum, Philippum istum morem ab Ægyptiis traxisse.

Et si Philippus existimari queat temerarius, Alexandro exhibens tam valida purgantia, ut graviora confectaria symptomata, succurrunt rationes haud frivola, illi patrocinant.

Primò Alexander ipse in causâ seu culpâ. Siquidem Q. Curtius tradit, ipsum decumbentem convocasse quosdam amicos & Medicos, eos sic affando: Lenta remedia & lægnes Medicos non expectant tempora mea, vel mori strenuè, quàm tardè *convalescere, mihi melius est.* Proinde si quid opis, si quid artis in Medicis est, sciant, me non tam mortis, quàm belli remedium querere. An non pathetica ista sermocinatio Medicos commovere debuisset, ad quidvis tentandum, & communi consilio opitulandum. Sed cum cæteri formidolosi, ne obrectandi ansam præberent, curæ se subduxissent, solus Philippus cordatior, consultius est arbitratu, anceps remedium experiri, quàm Alexandrum totius orbis Monarcham, cum opprobrio omnium Medicorum, omnibus præsidii humanis destitutum, morti abripiendum committere. Exin singulare encomium fidei, & felicitatis

in historiarum monumentis, est affectus, cujus memoria honorifica etiamnum durat in Oratorum declamationibus, & Theologorum concionibus, & cum Alexander post triduum restitutus, unâ cum Philippo, in conspectum militum venisset, avidius hunc, quàm illum intritus exercitus, pro se quisque dextram amplexi, grates habuerunt, veluti præsentî Deo. An non etiam nostro ævo, non raro audaculi Medici juniores, aliâ multò rudiores, imò Agyptæ & Circumforanei, Medicis primarius palmam præripiunt, extremis morbis, extrema adhibentes remedia, sursum & deorsum evacuantia. Talium patrona videtur esse Fortuna, spiritibus timidis, audacioribus auxiliares manus porrigens, cum & Natura, convenientibus remediis adjuta, sæpius miracula edat, & eos restituat, de quibus desperatum ac conclamatum. Si verò Alexander à potione illâ vitâ privatus fuisset, an non Philippus prætere potuisset, morbum lethalem, cui expugnando, nullum par præsidium, cum ob instans periculum, ab omnibus aliis Medicis desertus, se ex condolentiâ, & veteri in Regem fide, totis viribus eo intentum, ad Naturam allevandam, quàm turpiter ipsum, omnis consilii & auxilii expertem, cum omnium Medicorum dedecore, relinquere. Opratus successus ac eventus Philippo suffragatur,

tur, dum suppresso aliorum Medicorum nomine, illius solius memoria in ævum celebranda.

2. Quoad objectionem, Philippum commodius per enema subvenire potuisse ad præcavendam recidivam. Utrum eundem effectum, tum beneficio clysmatum, assequi licitum, videtur valdè ambiguum: Si talia illo seculo usitata, qualia nostro ævo in promptu, fortassis contulissent, sed cum æquè ex violentis ingredientibus concinnanda, ac per os ingerenda, non minus periculum verendum, ob tormina & etiam convulsoria pathemata. Salus Regia diluit ista objecta omnia.

3. Quoad nuperam meam distinctionem, ad questionem, utrum in convulsione, clysmata vel per os exhibita purgantia convenientiora, ponderandum esse, quo in loco humores hæreant, si in capite, ventriculo, intestinis superioribus & vicinâ subsistant, præferenda per os ingesta, sin verò in intestinis inferioribus, & mesenterii regione recondita, enemata præponenda, cum tamen D. Spiegelus, corpus univrsum, æquè per clysmata, ac per os sumpta, evacuari posse asserat.

Optandum, excogitari posse modum curandi omnes morbos beneficio clysmatum, o quam felices ægri deprædicandi, si quis id attentare velit, vereor, ne fallat & fallatur. Et si concedatur, per clysteres purgan-

tes, præsertim validiores, etiam totum corpus interdum evacuari posse, dum vaporosa, seu spirituosa materia, expirans quaqua versum se diffundat & vitiosos humores vel attrahit, vel extimulata facultas expultrix eos exterminat, tamen tenuiores magis ac serosi humores medicamento trahenti, & virtuti expellenti cedunt ac obediunt, crassiores ac lenti, seu mucilaginosi resistunt, instar glutinis adhærescentes. Accedit, quod clysmata haud diu retineantur, quin spacio semihoræ, vel raro unius horæ excernantur, & ob brevioram moram denegata facultas excrementitios humores inquirendi & ejiendi.

Insuper convulsionum causa materialis, ut plurimum in intimis penetralibus, sub utroque hypochondrio delitescit, nec exin, nisi fortioribus pharmacis, averrucari queant, cum sæpius per os oblata purgantia, haud sufficientia, nedum enemata, ut ad mali radicem penitus revellendam, requirantur Emetica. Haud abs re memorabilem historiam subjicere, D. Fabri Medici Galli, qui in suis Observat. refert, sibi obtigisse Virginem Nob. & prædivitem, convulsionibus Epilepticis obnoxiam, curandam, spacio quinquennali à diversis Medicis, in cassum tractatam, tandem re pœnè desperatâ, se exhibuisse ℞. salis vitriolati cum aq. artemisiæ, succedaneâ ingenti copiâ bilio.

bilioforum & viridium excrementiorum humorum, per vomitum reiectione, à sevo ac contumaci illo malo immunem redditam, tam prosperam medelam, illam grato animo recognoscere, sibi nuplisse, se cum omnibus suis amplis facultatibus tradidisse. Recto igitur talo adhuc stat, mea nupera sententia, multo commodius & expeditius fieri evacuationem, per os oblati, quam per alvum, illatis. *Questionum choream claudat pulvis Viperinus, quid de eo sentiendum, cum in Italiâ non amplius conficiatur ex carne, veterum more, in arthriticis affectibus, ad totius corporis corroboracionem, sed tantum ex pulmone & Epate, (miror, cur non cor pro pulmone substituendum, quod alii facere soliti, in pulvere colubrino præparando.)* Ego præferrem ex carne Viperinâ, veluti multis seculis probatum & minus noxium censerem. Galenus lib. II. de simpl. med. facult. carnem Viperinam siccam & mediocriter calidam statuit, & vehementem digerendi facultatem ei attribuit, & per cutim evacuandi, exemplo leproforum à fœdâ lue liberatorum, Ego existimarem pulverem illum præparatum ex pulmone & Epate, calidioris qualitatis, cum istæ partes alantur ex calidiore sanguinis portione, cum qualis causa, tale causatum: quale alimentum, tale alimentatum.

Mihi est admirationi, pulverem illum indiscriminatum in omnibus arthriticis dispositionibus exhiberi, cum earum, pro causarum varietate, magna sit differentia. Cum vel à causâ calidâ, vel frigidâ, ab humorum serosorum acriorum, vel bilioforum ichorum defluxione proficiantur. Podagræ cura non consistit in corroboracione partium, quin potius ratio habenda, viscerum concoctioni inservientium, & membrorum mittentium, quorum culpa vitiosi humores geniti, per debitas vias non excernuntur, sed diutius retenti, dum in vasis Indies magis coacti, instar fluminis alveum excedentis, exitum quærentis, inundare & quaquaversum se exonerare solent. *Etsi corroborantia usurpanda, sed morbosa illa interaneorum viscerum constitutio corrigi nequeat, subinde nova regeneratur materia, quæ recidivæ causa. Etenim cum materia potulenta cum cibus ingesta ad chyli *ἀνάδοον* seu distributionem inserviat, exin ab Hippocrate *ἕξιμα τῆς τροφῆς* vehiculum alimenti, haud inscitè dictum, serositas illa ad parandum chylo crassiori, qui aliàs per venas angustas transire non posset, commeatum dicata, ubi suo munere perfuncta, non amplius in venis remanere debet, quin separata à massâ sanguineâ, per venas emulgentes tracta ad Renes, & per ureteres ad vesicam delata, excernenda, si verò*

si verò cunctetur, & in venoso ac arterioso genere subsistat, quotidie magis accumulata, vel suâ sponte, repagulo soluto, dimanet ac profuât, vel copiâ, aut inimicâ qualitate Natura irritata expellat, eam ad extremos artus præcipitando. Hisce præsuppositis, si pulvis Viperinus in præservando à podagrâ, quidpiam commodare debet, tum eum effectum præstabit, non tam corroborando, quàm exiccando, sed potissimum insigni suâ vi diaphoreticâ, facultate digerendi & per cutim evacuandi.

Sed distinguendum inter complexiones, & causas Podagræ, utrum à calidiore dispositione proveniat, vel frigidiore. Si serosi exorbitent humores, in habitu corporis divagantes, resolvendo ac discutiendo, multum conferret: sin verò ex fervidioris massâ sanguineâ scaturiat, ex illius usu magis incandescet, prout illius Itali, cujus in tuis literis facta est mentio, sat gravis est querela, se ex illius usu, in multo deteriorem statum delapsum, cum fuerit præditus præcalidâ ac cholericâ corporis constitutione. Vel exinetiam lucu-

lentum capiendum documentum, quantum intersit, in dextro remedium usu, respiciendo diversitatem complexionum & morbificarum dispositionum, non unam selam omnibus equis ex æquo adaptando.

An non meritò mirandum, positionem medicam Alexandrinam, ansam suppeditasse, tot ac tantas epistolas exarandi, qua de re, apud alios authores, nihil nunquam legere contigit. Sed hîc terminus esto, & finaliter gratias ago, tam commodam mihi meditandi occasionem à te oblatam, dum in memoriam revocata haud protrita, quæ mihi ipsi sunt oblectationi, quoties eorum recordari soleo, eò magis, cum discursus ille à me institutus anno ætatis meæ 78. quæ etiamnum, Dei Opt. Max. benignitate, Ente & Menre haud imbecillior, ac olim adolescentia fuerat: Qui & impostherum prævalido suo brachio me protegat, & incolumem conservet, dum absoluta calamitosa hujus vitæ fatali periodo, ex hoc Mundi theatro abire, & transire licitum in gaudia æviterna.

EPISTOLA XII.

*Questio, utrum alexiteria immediatè ab oblato veneno,
& quâ dosi sint exhibenda? ad Dn. D. Scultetum.*

Ratio suggerit efficacius alexipharmacum æstimandum, si aliquanto temporis intervallo post ingestum venenum offeratur, ubi graviora se exerunt symptomata, Si statim à sumpto veneno, alex-

no, alexiterium obruderetur, facile contingeret, ut brevi post venenum vomitu rejiciatur, antequam de potentia in actum deductum, virulentas suas qualitates corpori impertiret, licet tum animal incolume evaderet, fallax esset proba, dum nullum symptoma illius activitatem arguens præcessit. Accedit, quod multa venena bestiis innoxia, quæ homini sunt toxica, prout Sennertus refert, canem ʒiʒ. arsenici devorasse, citra ullam offensam, nullo interveniente alexiterio. Si tum bezoarticum oblatum, quam infida fuisset experientia. At si venenum verenda produceret symptomata, exin conjiciendum, malas qualitates jam corpori impressas, si tum daretur antidotus, & revalesceret animal, indubium argumentum captandum ex effectu, illius in superando hoste, validam potentiam. Prout Matthiolus tradit, quidam Pragensis ad explorandam lapidis Bezoartici vim alexiteriam, ad suspendium. condemnato ʒj. Rad. Napelli (id ex omnium vegetabilium classe, præsentissimum censetur venenum & cui perdomando vix par antidotus reperitur) oblatam, dehinc horâ exactâ gr. vij. lap. Bezo. Ori. in vino exhibita, ubi sæviora jam emerferunt symptomata, etiam convulsivis motibus supervenientibus, & tamen à letho, illa sum permansisse exin vitâ donatum, prout spes facta,

Quin & Richardus refert, cuiusdam Viennensi ʒiʒ. arsenici cum sacch. oblatam horâ spacio post gr. x. lap. Bezo. cum aq. bor. ingesta, licet tum graviora se ostentarent symptomata, tamen ille salvus evaserit. Ex istis observationibus historicis patet, si exploranda alexiteria, ea non ilicò à sumpto veneno, sed justo intervallo post exhibenda, ubi vim suam exerere, & truculenta producere symptomata, assolent. Quoad alteram dubium, de dosi, num antidotus impari, vel majori cum veneno hausto quantitate sit offerenda.

Ex præcitatis exemplis constat, alexipharmaca illa in multo minori dosi fuisse exhibita & tamen *divina* deleteria veneni fracta Naturam victricem evasisse. Videtur Rationi consonum, haud opus, ut alexiterium pari, aut majori etiam dosi ac venenum porrigatur, cum agat *divina* proprietate essentiali aut formali, specificâ & occultâ qualitate, ut in exiguo etiam quanto, magna virtus, ad vim veneni infringendam & suum adversarium expugnandum ac propulsandum. Sed fortassis obrudi posset, illas observationes tantum attingere homines, non autem bestias, utrum aliqua inter sit discrepantia: ad istum scrupulum eximendum, ecce luculentum documentum de canibus à D. Philipp. Höchstetero, Medico Augustano

stano literis consignatum, dum in suis Observ. refert à Sighardo Pharmacopæo Augustano, in suâ & quorundam aliorum Medicorum præsentia, quoddam cornu, pro Monocerotis habitum, probâ subiectum. Duobus canibus æqualis staturæ, (addo mea opinione ejusdem coloris, ut etiam æqualis temperatura responderet,) cuique ʒj. Nucis vomicæ (cani peculiare ac præsentanetum aliàs deleterium) ex lacte oblatum, alteri derafurâ illius cornu gr. ʒ. ex lacte, paulò post ingesta, ambos convulsionibus exagitatos, alterum cui cornu exhibitum, vomuisse & cõvulsiones leviores sustinuisse, & in orci limine stantem ad vitam revocatum, alterum semihoræ spacio, è vivis sublatum. Postri die se ejusdem cornu vires in alio cane experiti voluisse, & hunc, licet validis convulsionibus distortum, restitutum, quin idem cornu cum apud Principem Imperii eandem probam sustinisset, sat justo redemptum precio. Hoc insuper notatu dignum, quod idem author subiciat, se ab illo tempore innumera cornua pro Monocerotis divendita, consimili modo probasse, sed frustraneo effectu.

Sed proh vanitatem? Quid opus, nos esse tam curiosos ac sollicitos in disquirendis facultatibus Monocerotis, cum majorum etiam Gentium Medici cornu cervi præferant, eti-

am contra venena. Silentio prætereo, quod adhuc in suspenso ac dubio, utrum talis Monoceros, qualis à nonnullis depingitur, adhuc in rerum Naturâ reperiat, & de hujus cornu vi alexiteria controversetur. 2. An non multa prostant antidota per multa sæcula probata, ut super vacuum, anxie in illud solum inquirere, & dubiæ illius fidei se committere. 3. Cum lapis Bezo. ab antiquitate velut Rex & Monarcha alexiteriorum decantatus, magis operæ precium esset, illum examini subicere, quinam esset legitimus, cum aliàs nulla sufficiens extet proba, & in tantâ ejus copiâ, plerique adulterini æstimantur, dum isti lapides vel in ipsâ Indiâ rariores, & in magno precio, & subditi obligati, constitutâ pœnâ, si quem adepti, eum ad Regem deferre, inter hujus *κεμήλια* reponendum, & iis tantum pro magno munere donandum, qui in gratiâ singulari. Cum illius usus frequens ac quotidianus, in omni generis malignis febribus expugnandis, ut Medicus & ægrotus possit esse certus de effectu, ne uterque ille de suâ existimatione, hic verò de salute periclitetur. Si lapis Bezo. ad manum præviâ probâ exploratus, multis parafangis post se relinqueret Unicornu, sed hic calamum sisto.

Rr

EPI.

*De febre Hemetritæo, dubitatio consideratione
digna proposita.*

Frsi D. Spiegelius speciosum de Hemetritæo publicavit discursum, sed valde dubito, & etiam mirari soleo, si ille ad Italorum imprimis Medicorum salivam ac gustum ita accommodatus, ut ex æmulatione nullos experiiri convingerit Antagonistas, se illius opinioni oppositæ, se illius sententiæ probanda, sequeretur, pœnè omnes febres continuas passim grassantes, tertiâ die magis ingravescentes, (quas veteres pro Tertianis continuis reputabant) pro semiter-tianis æstimandas. Videtur illud potissimum refragari, dum ipse Spiegelius refert, se in relectis cadaveribus eorum, qui ex illis febribus decesserant, semper deprehendisse inflammationes vel erysipelaceas, vel erysipelata inflammatoria, in ventriculo, intestino jejuno, ileo, colo, mesenterio, modò in hac, modò in illâ parte.

Siquidem juxta istam *avrophia* & oculatam fidem, illæ semiter-tianæ, ex prædictarum partium inflammatione pronatæ, haud erunt æstimandæ febres continuæ Essentiales, sed symptomaticæ, id præcorum & neotericorû monumentis repugnat,

unanimiter statuentium, Hemetritæum compositam esse febrem, ex Tertianâ intermittente, & quotidiana continuâ, cujus fomes hæreat in venoso genere, dum humores biliosi & pituitosi, aut serosi, illic coerciti ac inculcati, conceptâ corruptione ac putredine, ebulliunt ac effervescent, ob interceptam eventationem, nullibi mentione factâ alicujus inflammationis extra vasa consistentis, & immanem dolorem colicæ aut Iliacæ faciem æmulantem, concitantis. Extra dubium febres illas continuas in populum desævientes esse malignas, earumque fomitem, in venis ex biliosis & pituitosis ac serosis humoribus temperatis, contineri, non rarò exin ad subiectas partes, ventriculum, intestina, Epar & mesenterium amandari & illic cruciatus inflammatorios causare. Utrum autem consimiles febres, ad Hemetritæum referendæ, sanè *intra*. Nihil tam est incredibile, quod dicendo non fiat probabile, etsi non sit apodicticum. Miror D. Spiegelium tam sedulum & laboriosum, in disseccandis cadaveribus eorum, qui illis febribus perempti, ut non rarò & ipse infectus & morbo correptus, idem tibi interdum contigisse,

tigisse, Cum sæpius per aliquot septimanas, custos cadaverum cōstitutus, etiam noctu, inter ea cubare es coactus, ne per insidias studiosum rapta aliò transferrentur.

Sed de his dabitur commodior occasio brevī, coram conferendi. Interim ago gratias pro inspiciendo Spigelio & exin ansā oblata ad speculandum.

EPISTOLA XIV.

De pilulis antipodagricis Argentinensium, utrum
tutus earum usus?

Ad quendam Medicum.



Um omnes homines, præsertim quibus obtrigit Genius paulò sublimior, sint appetentes laudum, ita & meus animus ab encomio haud alienus, si intra limites consistat, nec supra gradus meriti cōscendat. Cum Aristoteles Athenis inambulans, quendam juvenem purpureâ veste indutum, cum gravitate ingredientem, in conspicatus, optabat talis esse in re, qualem se esse, ille sibi imaginaretur. Quid nō & mihi in votis, ut talis essem, prout vestri oculi mentis de me critici.

O quàm magnus essem, non in *Carthago*, sed in ipsa *Carthago*. Mihi gaudio, dum animadverto, meas responsiones vobis, præsertim nostrari honorando amico, probari & etiam æstimari, qui aquila in nubibus est, perspicacibus suis oculis omnia cernens & exactè discernens, si mea responsa limatum illius iudicium su-

stinent, quis obrectare ausit? Tam honesta censura sit mihi pro magnâ usurâ.

Quoad pilulas antipodagricas, ex troch. alhand. diagr. & alo. ros. concinnatas, quin in avertenda defluxionum materiâ (serofos, biliosos & pituitosos humores, ceu causam antecedentem evacuando) prohibendo, ne ad articulos descendat, plurimum præstare valeant, indubium, sed tamen cum justâ discretionem usurpandæ. Si aloë solitaria crebrius ingesta Epar lædit, prout Jul. Cæs. Scaliger Exerc. 160. asserit his verbis: Qui negant aloë Jecur offendi, Experimentæ Scuticæ digni sunt, hoc per annos amplius 40. compertum habuimus. Nolo commemorare qui non solùm ab Empyricis pharmacariis, sed etiam à Galenistis in pericula & morbos illius usu conjecti, eximimus è pernicie manifestâ. Quin summus ille Philosophus, etiam maximi nominis Medicus fuerit, proin ipsius

ipſius authoritas magni æſtimanda, dum de ſe quadam in Epistolâ refert: Crebra maximorum virorum fruor ſalutatione, miſſis ad me epistolis, ultima ex Germaniâ, Galliâ, Italiâ, quod ipſi nonnullam habeant de meis curationibus potius, quàm de ſapientiâ opinionē. Quin & ventriculo, præſertim ſi ſiccior, damnoſa aloë æſtimanda, dum non ſolùm humores ſuperfluos educit, ſed & ob vim abſtergendi & ſiccandi, ſuccos alimentales adurit, & humidum radicale revellit, exin in tabem inmedicabilem, deducit. Si ergò tanta pernicies à ſolius aloes frequentiore uſu exſpectanda, quid verendum, ſi diagn. & troch. alhand. adjungantur. Haud notabilis effectus ab illis ſperandus, nî crebriùs uſurpentur, & ſenſim collectos viſioſos humores, qui aliàs ad extremos artus præcipitentur, ſubtrahant. Quod citra noxam interiorum. Viſcerum, œconomiz naturali inſervientium, inprimis Epatis & ventriculi, fieri nequit. Olim perquàm lepidè Antonius Guevara, Caroli V. Imp. Confessionarius in epistolâ ad Medicum Hiſpanum,

cum doloribus podagricis obnoxius & à Medico potio oblata, qua Epar & ventriculus inflammata, exin graviter in illum invectus, magnâ querelâ, quid cauſæ, quod Epar & ventriculus ceu partes innocentes multatæ, cum pedes potius caſtigandi. Eadem mihi querimonia de pilulis illis, ne dum earum beneficio, intendimus præſervare pedes à cruciatu, plus damni inferamus internis viſceribus, è charybdi in Scyllam incidentes.

Utcunq; autem iſta ſe habeant, cenſerem pilulas illas proficuas, quibus obtigit à Naturâ craſſior ac robuſtior corporis conſtitutio, & ſi ventriculus humidior, cum congerie pituitoſorum humorum: in Naturis mollioribus ac delicatioribus & cholericis ab illis abſtinerem, exin magis convenirent Germanis, quàm Gallis & Italis. Tutiores æſtimarem in Naturis bilioſis, macilentis, ſi alvus laxior pil. angelicas, vel alo. Roſ. Aqua p. in Naturis autem phlegmaticis, ſi alvus adſtrictior, præferre Marocoſtinas D. Mindereri, iſtarum uſu novi quosdam adjutos in præſervando ab inſultu podagrigo,

EPISTOLA XV.

Nicotiana à calumniis vindicata.

Ad Philiatrum.



Hſi Nicotiana ſit Panacea, proſtigans omnes internos & externos ac Medicina univerſalis, nos languores ſi quis illam dextè, ponde-

ponderatis ponderandis, adhibere sciat, unico illo simplici cum admiratione plura præstare liceret, quam aliorum polychrestâ & operosâ farragine, de cujus dotibus admirandis, Joh. Neander, Medicus Belga, sat justum commentarium publicavit, qui dignissimus censendus, ut perlustrandus traderetur iis, qui parum æqui Judices, aut Tabacomastiges, exin anam captarent palinodiam cantillandi & sua olim indigna dicitur revocandi. Planta illa est infamis, non suâ culpâ, aut merito, sed ab utentium lasciviâ & infantiâ: hac ratione & vinum generosum reprobandum, Ebrietati inducendâ inserviens. Num virgo venusta & virtuosa, ab homine petulante cæno, præter suam voluntatem, conspurcata est repudianda, aut diffamanda: haud opinor, quin potius depurganda & suo nitori restituenda.

Non tantum plebei, sed & viri literati eadem Tabacomaniâ agitantur, cum quidam Medicus aulicus Electoralis, ex frequenti illius suffitu olidus, Electorissæ factorem averfanti, ut sibi in posterum temperaret roganti, respondit: Malle se suâ functione, & salario amplissimo (mille Thalerorum pro annuo stipendio) carere, quam ab illius usu abstinere. O miram Tabacomaniâ, ô spurcas delicias, à Genio meo alienas. Qui semel assuevit, illius usum continuare cogitur, vel usque ad extre-

mum Fati diem. Tantum virium habet prava consuetudo. Reiterationem urget ac sollicitat molestia in cerebro percepta ex intermissione. Medicus ille, illius suffitum tam familiarem habuit, ut non interdiu solum, sed & noctu, sibi temperare non potuerit, quin semper ad lectum lychnum pensilem cum cereis candelis, & fistulis adjunctis, haberet.

Cum ille ante annum defunctus, ejus capite aperto, res stupenda tota cerebri substantia, adeo exiccata reperta, ut vix Nucis magnitudinem æquaret, prout mihi à quodam Medico Augustano relatum.

Cum Medicus ille sat diu cerebri substantiâ destitutus, Ratione salvâ, & sensibus integris in vitâ superstes manserit, & Zacutus in suis Observat. de puero decenni referat, eum sine cerebro per triennium vixisse, tandem ex hydrocephalo defunctum, cranio aperto, nihil cerebri deprehensum. Cum actus præsupponat potentiam, & jam constet, testimonio fide dignis. Authorum, de facto, Ergò de possibilitate indubium, quantum vis creditu arduum.

Exin Philosophis peripateticis insultare Galemistis & adversus eos triumphare liceret, prætentibus, illustribus illis exemplis demonstrandum, in corde Animæ rationalis domicilium constituendum, exin omnes vires ac facultates, cæ-

Rr 3

teris

teris membris, communicari. Idem astruere videntur sacrae literae, i. Regum: dedi tibi cor sapiens & intelligens, Gen. 6. cuncta cordis cogitatio mala, & S. Paulus Rom. c. 1. habere hominem, in cordibus suis scriptas leges, asserit. Ergo ab illo velut membro principali & instrumento proximo, nobilissima actio exercetur, & ex in omnes aliae dependent ac gubernantur.

Cum ex spiritibus vitalibus è corde in cerebrum delatis, generentur spiritus animales: & corde malè disposito, ilicò etiam vitium in spiritibus animalibus observetur, Quin & ingenii præstantia & Rationis *claritas* imprimis à corde dependeat, vel ex in liquet, cum eo perturbato,

ex animi pathematis aut discratio, statim ipsa etiam mens languida appareat, sua ritè obire munia impedita.

Quibus obrigit cor justà crasi dotatum, præsertim calidiore, ii pravae solertia & perspicacia ingeniorum: Sin verò magnus contingat in calore excessus, tum Ratio evertit de suo statu, perperam discurret, & maniam invehit.

Si frigidà affectum intemperie, hebetudo & stupiditas mentis est conspicua. Ex in relucet, quod in prænominati Medici capite, exigua cerebri portione residua, facultates animales in violata, acceptam ferendam Cordi, suos influxus communicanti,

EPISTOLA XVI.

Relatio de Manna in superiori Styriâ, in quibusdam montibus, depluente, si aetas solito fervidior.



Si Manna constet ex vaporibus & halitibus pinguibus ex arboribus resiniferis, & plantis, consimili succo præditis, à radiis solaribus attractis & nocturno frigore, in mediâ aëris regione, coagulatis, tamen, quin mare fomentum maximè conferat, multum pinguedinis in se continens, ipsa contestatur experientia, cum Manna copiosius proveniat in locis à mari circumdatis, ut in Lybiâ, Ara-

biâ, Sicilia, Calabria. Et si res ita se habere videatur, tamen quin etiam descendat in locis à mari remotis, sed rariùs & parciùs, haud abs re, luculento comprobare exemplo, præsertim in Germaniâ. Cum antè annos 56. Illustrium Styriæ superioris Provincialium Medicus ordinarius constitutus, in metropoli Judenburgensi meum habens domicilium, per septennium ibi commoratus, dum ingruente Religionis reformatione, & ego discedere sum coactus, à meo

à meo ibi hospite (nam tunc adhuc in cœlibatu vixeram) Dn. Joh. Gebenhofero, Viro consulari cognovi, cum oppidum illud montibus cinctum, qui scitent arboribus resiniferis, & plantis pingui succo dotatis, non quidem singulis annis, sed ætate tantum fervidior, Mannam sat copiosam cœlitus delapsam, reperi foliis arborum adhærescentem conspici, exin mihi in votis, ut offerretur occasio, rem illam in Germania insolitam, meis oculis usurpandi, laus & gratia sit superis, quadam ætate circa mensem Augustum, cum summo diluculo in vicinum montem ascendissem, inquirendorum simplicium causâ (cum ibi in copiâ succrescant Nardus celtica, Rhodia radix, Gentiana major) meo contigit potiri desiderio, à famulo meo ad editiorem locum deductus, qui prior conspiciatus arbores candicantes, & cum propius accessissemus, depræhendimus illas Manna obductas, quasi nive cõspersas, cum singulari animi voluptate spectando. Post triennium, cum essem vocatus ad Illust. & Gener. Dn. Dn. Andream, L. B. de Stubenberg / ex colicâ graviter decumbentem, in arce Trautenberg / (quæ sita supra montem excelsum & tribus tantum miliaribus distat ab illo oppido) & famulus meus quadam matutinâ exspatiatus, in vicinis locis montanis, se consimilem vidisse materiam foliis arborum insidentem, mihi retulit.

EPISTOLA XVII.

Ad quendam Philiatrum contra eos, qui semini fæmineo derogare solent non solum principium activum, seu facultatem plasticam, sed & negant principium materiale.

Inter Medico-philosophos factionum res est, dum plerique semini fæmineo principium activum & materiale attribuant, pauciores verò, præsertim Aristotelis Sectatores, inter eos D. Casparus Bartholinus Danus, illi patrocinando, semini fæmineo vim quidem plasticam adimit, sed in eo divortium facit, principium materiale non sanguini menstruo, sed il-

lius semini assignans, ad id statuedum impulsus à monstris ex diversorum animalium concubitu progenitis, matris similitudinem ac formam referentibus: his omnibus se opponit quidam Neotericus, ab Aristotelis sententiâ ne latum unguem recedens, utrumque negat, semini fæmineo non solum derogando facultatem plasticam, sed & inficiedo principium materiale, id sanguini menstruo imputando.

Notum

Notum illud Græcorum: ὁ λόγος ἀντιπαλαίσει λόγους, rationes réverberant, aut evertunt rationes. Etsi Author ille in tractatu transmissō, opinionem suam, vel potius Aristotelis placitum, de semine fæmineo duplicatis lacertis, propugnare contendat, varia argumenta ad id suffulcendum opponat, sed ea tanti roboris haud æstimanda, ut in sua basi firmiter subsistant, quin vel unico afflatu dispellenda, obversis exemplis monstrorum ex commistione diversi generis animalium pronatorum, quæ suâ formâ ac similitudine, majori ex parte, matres repræsentant. Id sit adamantinum scutum, ad omnes illius, ictus excipiendos, avertendos Haud à scopo alienum hîc velut in campo aperto, nonnihil latiùs exspatiari & quædam, sed rariora tantum exempla, producere in medium, illius opinioni refraganua, quæ rem illustriorem reddant, ut illo velut jubare solari, magis relucescat veritas.

Choragus sit ipse Galenus, qui lib. 2. de Sem. ex coitu diverforum animalium speciem totam mutari & plus à matre provenire asserit, proponens exemplum Canis & Vulpis, ex quorum commistione, si canis mas vulpis speciem effici, si contra, in canis formam evadere, ut ex Vulpe, vulpes canina, ex cane, canis vulpinus generetur.

Majoris roboris gratiâ subjiciam

tria tantum notabiliora exempla petita à coitu belluino cum humanâ Gente. Olavus & Johannes Magnus fratres, & ambo Episcopi Upsalenses, referunt: Cum in agro Suerico, Virgo ab Urso rapta, constuprata & imprægnata, instante partu, enixa sit puerum pilosum, sed omnibus membris formâ humanâ conspicuum, ab eo cum adolevisset, & uxorem duxisset, filium procreatû, à quo postmodum aliquot Reges Daniæ profeminati. Siquidem istorum fides suspecta, suffragium ferat Saxo Grammaticus Historicus, idem astruens. Ambrosius Paræus lib. de Monstris, duo exempla rariora proponit, quorum alterum de nefariâ copulâ mulieris cum cane, ex in factus pronatus, semihominis & semicanis effigie, qui ab umbilico sursum versûs humanam, hoc est, matris formam integram referret, deorsum verò, Patrem, hoc est canem, cruribus & pedibus hispidis repræsentaret. Alterum, de coitu hominis masculi cum scrofâ, ex in monstrum editum semihominis & semisuis effigie, capite, facie, omoplatis & anterioribus pedibus cute glabrâ, humanam speciem, toto corpore nefrendis, seu porcelli fetosi similitudinem exactè exprimeret.

Unicum adhuc exemplum subnectam depromptum ab actu venereo humano diverfarum Nationum. In Hispaniâ & Italiâ (id mihi haud

videtur

pridem ex relatione primarii Senatoris Reip. Ulm. qui diu apud Genueses negociorum causâ commoratus, innotuit & oculatus testis, fide dignissimus) id denarrantem cum admiratione & animo libenti audiui, vel hac de causâ gratius, quod exin luculentum capiendum documentum, contra Aristotelis asseclas, abnuentes semen muliebri habere facultatem conformatricem, inò nê materiam quidem subministrare multis in locis esse licitum ac concessum Viris Christianis candidis faminas Æthiopicas captivas, sed prius Sacramento baptismatis initiatas matrimonio sibi jungere à quibus liberi progeniti, formâ & colore similes Matri, totius corporis habitu nigerrimo, dentibus & oculis candidissimis, more Æthiopum.

Hisce præmissis, quis tam exors Rationis, ut statuat, istum effectum caulari à sanguine menstruo, qui tantum inservit pro alimento, unde igitur amabò illa similitudo, nisi à seminali principio materno, nò materiam solum suppetitante, sed & facultate plasticâ instructo, cum nulla materia (omnium Philosophorum consensu) per se sit activa, sed merè passiva, omnis actio à formâ cujusque rei specificâ proficiscatur, velut primario Naturæ instrumento. Et si similitudo speciei causæ materiali sit assignanda, tamen non talis materia fingenda, quæ iners, aut ociosa, sed

quæ virtute & facultate formatrice dotata: Si quis tam obstinatus ac refractarius, ut detrectet semini famineo *δύμιον πλαστικόν*, at si mens non obfusata, materiale ad minus principium admittat, necessum est.

Julius Cæsar Scaliger librum decimum Aristotelis de Historiâ animalium è græco transtulit in linguam latinam, & insuper commentariis illustravit, asserens, contra omnium aliorum interpretum mentem, librum illum esse genuinum Aristotelis partum, in quo disertè fatetur & agnoscit, semen famineum. conferre ad constitutionem fætus. Si autoritate pugnandum & standum, an non tanti viri, de quo Lipsius lib. i. Epist. eum Sapientiâ pænè similem Diis immortalibus, asseverare non dubitat, limatum iudicium, cæterorum conjecturis, meritò præferendum. An non cælestis Cancellarius, ipse Moses in Genes. apertè tradit: semen muliebri esse fæcundum, dum ait: semen mulieris conteret caput serpētis: is videlicet, qui exin formatus & natus. An non autoritas Mosaica, omnium Philosophorū placitis sinistris præponenda.

Et si illic causa efficiens ac conformatrix hyperphysica cooperante Spiritu sancto, attamen, quin causa materialis, semen muliere, ex quo conformatio facta, fuerit naturalis, quis negare ausit. Si quis semini famineo facultatem plasticam detra-

S s

here

here contendat, ad minus principium materiale admittat, necessum est. Nisi quis velit ipsi Rationi resisti, & contra luculentos sensus pugnare. Prout superius, haud fivolis rationibus & exemplis, est demonstratum.

Cum tali litigare videtur inanis esse labor, perinde ac ignem ferire gladio. Producentur aliquot exempla cadaverum muliebrium, in quorum testibus resectis nullum semen repertum. Ergo in omnibus, vel plerisque ita comparatum? O quam invalida sequela à particulari ad universale. Ego ipsemet hisce oculis lustravi, in publicâ anatomâ Patavinâ, ante 60. annos, manum admovente Fabricio ab Aquapendente, in Theatro assidente & cum admiratione spectante Jacobo Zabarella, Philosopho Peripatetico celebratissimo, resectis cujusdam feminae testibus, semen copiosum & crassum deprehensum. Casparus Bartholin⁹, Philosophus Danus, qui aliàs Aristotelis assecla, asserit, quod in aperitis cadaveribus earum, quæ diu à coitu sibi temperarunt, in vasis semen observetur circumfluere, & in testibus copiosius ac perfectius, & nonnunquam adeo copiosè effundi, ut dissectorem impediât. Peritissimus ille Anatomicus Riolanus refert, se in testibus virorum vel nullum, vel exiguum semen observasse, in mulierum autem testibus copio-

sus, sed serosius: post mortem feminalem humorem, dissipatis spiritibus, exiguum superesse, præsertim si æger chronico morbo confectus, decesserit. Qui tam luculenta & oculati fide probata repudiare velit, mihi videretur haud absimilis ei, qui solem, cælo etiam sereno, in meridie lucere, negare aufit.

An non illud grandius paradoxum, omnes fœminas habere testes & vala spermatica, interim negare, omnes habere semen, & quæ habeant ex mille millenis, vix unam reperiri, cui obrigerit fœcundum. Sed datis ac concessis causis semen generantibus, vasis scilicet spermaticis & testibus, quid per Deum immortalem, erit obstaculo ac impedimento (in sanis, non morbois,) quò minus Natura Generationi intenta suum destinatum scopum attingere valeat, aliàs illa organa temerè à summo opificè, sexui fœmineo essent attributa. Si è mille millenis uni solum fœcundum semen obvenit, unde quæso artificiosa conjectura captanda, aut quis Genius revelavit, rem ita se habere? Ego invertam potius & jure meritoque dicam, ex mille millenis fœminis pauciores reperiri, quarum semen *æquosius*, luculento sit testimonio, tanta hominum multitudine, & tanta fœtum ad Matrem similitudo. Si illa sententia probanda, jamdudum Genus humanum è mediò fuisset sublatum, aut totius orbis terri-

territorium, ab incolis desolatam. Etenim cum absque semine fœmineo nulla conceptio fieri queat, sive activum, vel saltem materiale principium concedendum, ut ex illius crassamento partes spermaticæ effingantur. Si ex mille millenis vix uni obtingat semen fecundum, calculus facile subducendus, quanta hominum raritas sit obventura. Objectio deprompta ex lib. 14. de usu part. Galen. quod femina ex se generare posset, si semen haberet fecundum. An non regerendum, rerum omnium conditorem pro summâ suâ sapientiâ, in primâ statim creatione ita constituisse, ut ex consortio maris & feminae, totum genus humanum propagaretur, cujusque semini peculiare attribuens facultates, ex in utriusque commistio requiratur. A ratione haud alienum, in Generatione, Semen maris, majorem vim conferre, ob calorem & spiritus Mechanicos seu Archæos potentiores, formam vitalem communicando, & semen fœmineum, ob legnitiem, excitando, in actum deducendo, & ad inferiores ac subservientes formas disponendo, prout superius illustribus monstrorum exemplis, abunde est demonstratum, non omnem agendi facultatem, semini muliebri esse derogandam, si quis dextrè, absque ullo præconcepto affectu, judicare velit, neminem fore autumo, qui refragari audeat. Cum & ipse Ga-

lenus lib. 2. d. Sem. c. 5. similitudinis fetus ad matrem, causam assignare non dubitet, semini ejus prævalenti;

Sed quid respondendum ad illud dubium, quod sicut Gallina absque coitu Galli, ova non minùs edat subventanea: ita femina molam ex se, sine viri commercio concipere valeat? Et si multa in secretis Naturæ recondita, Rationi exactè haud exploranda: tamen prostant exempla sexus fœminei, quæ absque consuetudine virili, molas edidère. Johan. Fernelius lib. 7. d. Gen. hom. asserit: rudiores Molas (sensûs & motûs expertes) sine virili irradiatione conceptas. Martinus Weinrichius Medicus in Epist. ad D. Libavium, proponens quæstionem, utrum Mola gigni possit absque semine virili, in affirmativam inclinans ait: Vidi cum aliis Medicis in puellâ Molam ingentis magnitudinis: confirmabat hoc magis, quod antea illius soror æquè Virgo, nullâ amissi pudoris suspitione, ex Molâ interierit, ex pollutione nocturnâ, semine in matricem coniecto. Idem confirmat Petrus Joh. Faber, Medicus Gallus, in suis Observat. exemplo Virginis Nob. 34. annorum, quæ ab aliis Medicis tympanitica judicata, cum Molam absque concubitu generari non posse existimarent, se autem statuere illam produci ex semine muliebri in uterum delato, ibique à calore innato & spiritibus mechanicis disponi, ad

imperfectam illius monstri genera-
tionem.

Sed mittam ista, suam cuique o-
pinionem liberam relinquens: di-
splicet tamen absurda vetera, du-
dum panè ab universo Machaonio

choro explosa & solidè refutata
postliminò revocare, & exin ina-
nem laudem venari. *Φιλοτιμία & xi-
ροδοσία* obfuscant mentem, etsi quis
rectiora cernat, tamen non cedat.

EPISTOLA XVIII.

*Ad quendam primarium Medicum de differentiis & causis
spasmi, præsertim stridoris dentium, in febribus
ardentibus.*



Heses de convulsione
differentes, rerum no-
varum desiderio fla-
grans, ilicò perlustravi.

Sun enim magnus li-
brorum Heluo, ut existimem, arcu-
lam avari citius repleti pecuniâ pos-
se, quàm rerum utilium cognitione,
exariari meam mentem. Cum haud
pridem, amica dissensio inter nos
suborta, de causâ stridoris dentium,
succedentis febrì continuæ sat ar-
denti, te spasmus illum musculo-
rum mandibulas moventium, à re-
pletione suam habuisse proventum,
asseverante: me autem ab inanitione
febrili calore, humidum abstu-
mente primigenium, *αδύ* illud
prodiisse, dictitante. Haud dubiè
theses illæ cum in finem mihi vi-
sendæ sunt communicatæ, cum ea-
rum Author, convulsiones à solis
malignis vaporibus irritantibus ner-
vorum propagines, causari, ex toto
rejectâ inanitione & repletionem, li-

terarum monumentis tradere, haud
sit verecundatus, ut exin innotesce-
ret, complures reperiri Medicos,
tuæ sententiæ suffragantes & adsti-
pulantes. Convulsio multorum Me-
dicorum mentem convellit, ut se ex
hoc labyrintho extricare, haud que-
ant, *Thesei opus filo* videretur, cujus
ductum sequentes, se expedire, &
tandem ad veritatis portam pertin-
gere valeat: ut aliquid opis adferre
liceat, & ego ingenii mei nervos,
nonnihil intendam.

Controversia illa dudum mihi sat
cognita. Elapsi namque 60. anni,
quod *Theses Thomæ Erasti* (qui ta-
men non primus author, sed præ-
cursores habuit *Avicennam & Aver-
rhoen*: nec *Galeno* id ignotum fuit)
de spasmo tractantes, (quibus vul-
gari ac tritâ *priscorum Medicorum*
statuentium repletionem & inanitionem,
opinionem eliminatâ, pro ob-
tinendo suo intento, convulsionem
à vaporibus tantùm malignâ quali-
tate

tate imbutis, & nervosum genus percipientibus, concitari, velut pro aris & focis, acriter propugnat) in Gymnasio Patavino, in meas pervenerint manus, à quodam Studioſo Germano tum oblata. Dari ſpasmus non proportionatum ad materiam, tum aliis in affectibus, tum in malignis etiam non raro febribus, nunquam à me in dubium est vocatum, nec ullum fore autumo, qui id negare auſit, cui cerebrum est incorruptum. Quoad Stridorem dentium agræ nuper defunctæ, haud abs re fore duxi, siquidem casum illum, suis cum circumſtantiis delinearem atque ob oculos conſtituerem. Erat fœmina illa calidioris Naturæ & complexionis sanguineæ, prout ex colore faciei roſeo, placidis ac benignis moribus, corpore candido & *ἰσχυρῶς* est deprehendendum, *δυσχερῶς* Epatis calidior obtigerat, exin humoris biliſi copia emerſit, ut non raro diarrhæa ex cholera concitata fuerit, quæ tranſiens per intestina, in excernendo, ſuâ acrimoniâ & fervore, haud levem cruciatum & incendium procurabât, magnam creans moleſtiam & querelam, etſi exceſſerit annum 30. ætatis, tamen nec venæſectionem unquam admifiſit, nec pharmacorum uſum adhibuit, ea totaliter negligens ac reſpuens. Accedebat inſuper inordinata victûs ratio, in quanto & quali nullum obſervans

modum, & in aliis rebus non naturalibus exorbitans, quid igitur miri, ſi tot annorum decurſu, in venis collecta plethora, in viſceribus coacta cacochymia, tandem emerſerit febris illa continua ardentior, humoribus biliſis in venis, præſertim circa regionem Epatis & Lienis, (nam ſpacio bidui, de ingenti *καύματι* ac incendio, ſub utroque hypochondrio inſeſtante, erat querela) per putredinem, ob prohibitam eventationem, ex obſtructionibus cauſatam, concepta flamma, ebullientibus ac efferveſcentibus: tandem calore non naturali indies magis invaleſcente, mediantibus venis & arteriſis, totum corpus perreprante & infelicia membra depaſcente, circa diem decubitûs octavum, materia fervida rapta ac per *μίστραν* delata in cerebrum, graviſſimam invexit phrenenſin, & dictis & factis excedens decorum, non ſolum varia obvenère deliria & abſurda dicteria, ſed & tanto furore correpta, ut vociferari cæperit, tam inquieta, ut à duobus bajulis ſat validis ac robustis, in lecto contineri, vix quierit, quadridui intervallo poſt ſupervenir illud ſymptoma lethale miſeram agram mirè torquens, Stridor dentium per triduum perſeſverans, poſtremâ inprimis nocte uſque ad horam 12. matutinam jugiter, ſine ulla intercapedine, moleſtans & ad extremum uſq; halitum perdurans.

Convulforium illud ^{παράφρεσις}, conjecturâ fretus haud vanâ, existimabam suum habuisse exortum atque proventum, ab inanitione nervosarum partium, iis ab igneo calore febrili exiccatis. *Τεραρχία* occurrebant haud spernanda.

1. Quia illud symptoma paraphrenesi successit, sanguine bilioso raptò in cerebrum, inflammationem causante, & ardore suo nerveas partes depopulante. Dum Nosologiam Harmonicam, D. Petrei Prof. Marpurg. viri sanè Eruditi, pervolutavi, depræhendi, ipsum statuere, convulsiones in phrenitide exorientes, provenire, à siccitate nervorum, non autem à materiâ in eos exculsâ. Quin & ipse Gal. lib. 3. d. loc. aff. c. 6. illi adstipulatur hisce verbis: *Cum convulsio fit ab æstuante febre, qualem in phreneticis videre est, causam esse ariditatem vacuationemque rectè putaveris. Quid illustrius, quid luculentius pro meâ sententiâ corroborandâ adferri possit? Viderur illa velut Achillea suâ in basi adhuc fixa stare ac innota.*

2. Cum Stridor dentium tum ab Hippocrate & Galeno, ac universo Machaonio choro, communi calculo atque suffragio, in febribus continuis se prodens, reputerur exitialis, & prodromus mortis, Herculeum exin capiendum argumentum, convulsiones tam stabilis ac contumacis causam vaporibus malignis haud af-

signandam: si in his culpa hæreret, utique per alexiteria & hydrotica malum illud non rarò propulsari & complures ægri in vitâ conservari possent: id quod cum nunquam eveniat, & omnes lurida mors abripiat, erit igitur causâ fixa & planè hæctica, nullo remediorum genere averruncanda. Majoris roboris causâ accersò in subsidium, Prosperum Alpinum, qui in suo erudito tractatu de prælagiendâ vitâ & morte, Stridores dentium in febribus continuis supervenientes, perpetuò exitiales, alleviare non dubitat, tum suâ Experientiâ, tum Hippocr. & Gal. effatò, subnexâ ratione, quod illud symptoma fiat, læso nervorum principio, aut temporum maxillarum *musculis, ab igneo calore, immoderatè siccatis, ac exin convullis, quæ convulsiones sint insanabiles.* Hisce ita se habentibus, quidni & ego haud vanâ conjecturâ ductus, convulsiones prædictas feбри continuæ sat ardenti, (sub utroque hypochondrio tam ingens *καύμα* percipiebat, ac si ignis eò loci exardesceret. *Es brennt mich wie ein Feuer* / querulâ voce dictitando) & paraphrenesi supervenientes, ab inanitione profectas, haud perperam sensisse, existimari queam. Id quod intactum relinquere non potui, non tam ullo contradicendi pruritu, quàm quod illa cum meâ ratione quadrare, nec aliorum etiam haud trivialium Medicorum autho-

authoritati repugnare videantur, Haud levis in animo meo suborta est admiratio, quod Author thesium transmissarum, unicam tantum causam convulsionis admittat, irritationem nervosi generis à malignâ qualitate, inanitionem verò & repletionem, planè respuat. Illius rationes tanti ponderis ac momenti non aestimo, ut me flectant ac impellant, ad consensum, & moveant, minùs dimoveant à præconceptâ opinione, haud abs re duxi quin animi mei cogitata proferrem in medium, in oppositum tendentia.

Præsuppono interpretationem Galeni, quomodo veterû sententia de convulsione ex repletione & inanitione, sit intelligenda, qui lib. 5. aph. 1. ita dissertit: Ipse nos docuit Hippocrates, quod fiat convulsio ex repletione & inanitione, corporum scilicet nervosorum, à quibus secundum electionem motus perficiuntur. Sunt autem hæc, nervi ligamenta, muscoli & tendines. Fit autem & propter compatiendi societatem convulsio, quam non debemus existimare ab Hippocrate prætermissam. Eam enim quæ primum fit, convulsionem ostendit, cum ait: convulsionem ex repletione & inanitione generari. Et quidem novimus etiam morsus ratione fieri in ore ventriculi singultum adedò, ut quispiam & nervos itidem pati, existimavit. Exin mirari soleo

Eraatum, & etiam D. Sennertum, qui magno conatù infringunt opinionem veterum de repletione & inanitione, solam convulsionem concedentes, quæ irritando acriore ac malignâ qualitate facultatem expultricem ad excutiendum, quod molestum: istum Galeni locum non dixerim illos ignorasse, sed studiosè præteriisse, animadvertentes, suo placito valdè repugnare. Non enim convulsionis causas ad solos exiguos nervulos per musculos dispersos, restringebant, sed ad corpora nervosa, prout sunt nervi, ligamenta, tendines, cum nec ignotum illis, interdum etiam convulsionem concitari, à materiâ acriore mordente & vellicante partes nervosas.

Verum spasmus ceu morbum à repletione & inanitione oriri: at motus convulsivos esse tantum symptomata facultatis expultricis. Et sanè ista Galeni commentatio prætorum Medicorum tutelâ, albo calculo est notanda, cujus medio, omnis Neotericorum altercatio infringenda, si lis ac contentio de convulsione ex repletione & inanitione corporum nervosorum, quoad eorum substantiam, non autem de spasmò à vaporosâ malignâ materiâ, Naturam irritante, esse intelligendum. Etenim cum duplex spasmus constituendus, legitimus & spurius, in illo nervi, seu partes nervosæ patiuntur ratione substantiæ, quæ etiam essent

essent omnis sensus expertes, tamen si repleta, aut inanita, æquè convellerentur: in hoc autem afficiuntur, quatenus sunt sensibiles, à re inimicâ irritatâ contrahuntur, ut noxium expellant. In illo pars contorta semper talis manet: in hoc autem sine tensione perpetuâ, motus convulsivus per intervalla accedit & recedit.

Verus spasmus provenit vel à repletionem vel inanitionem: si à repletionem, nervi peregrinâ materiâ farta, secundum cavitates evadunt breviores, quia latera, dum dilatantur, dum à se invicem discedunt, necessariò ad suum principium torquentur: ab inanitionem, dum nervi exiccati secundum longitudinem & latitudinem abbreviantur. Illegitimus autem spasmus, seu non proportionatus ad materiâ, concitatur ab extraneâ & malignâ qualitate nervos vellicante, non quod eorum substantia reddatur brevior, sed quod exquisito sensu dotati, ut ex inextimulata Natura, mediante facultate expultrice, insurgat ad id, quod molestum, excutiendum. Fides ac chordæ in testudine, aut citharâ, luculento sint exemplo, quæ aëri humidiori aut sicciori expositæ, plus æquo repleta, aut exiccata, dum abbreviantur, magnâ violentiâ dissiliunt. Indubium si instrumenta illa musica tali constarent materiâ, quæ dilatari & contrahi posset (prout muscoli à chordis) æquè retraheren-

tur & sicut partes convulsæ, apparent distortæ: at cum ob solidiorem consistentiam non cedant, chordæ disrumpuntur. Etsi chordæ omni sensu destitutæ, non minùs nimium madidæ aut exiccata, ita abbreviantur, ut resiliens frangantur. Quid nî ratio suadeat, & ipsi sensus suffragium ferant, convulsiones nervorum haud dispari ratione fieri possent, eorum tunicis alienâ materiâ repletis, distantis, vel à siccitate corrugatis, etsi planè essent insensiles. Si nervi essent omnis sensus expertes, tum spasmus non proportionatus ad materiâ, locum habere non posset, nec daretur ulla virtus expultrice, noxam percipiens, ad eam amolendam. Etsi Averrhoës Medicorum Aristarchus, similitudinem chordarum deridere solitus, videtur tamen à ratione haud alienum, cum fides in testudine sint tenuissimæ, at dum intumescunt, aut exiccantur, dissiliunt: quid nî partes nervosæ, ut tendines & nervi, multò crassiores, eodem modò affici possunt.

Cum Hippocrates lib. 2. aph. 26. tradat: febrem convulsioni supervenire, melius est, quàm convulsionem febri, & lib. 7. aph. 13. Ab æstibus fortibus spasmus superveniens, vel tetanus, malum. Cum Hippocrates suos aphorismos calamo in mentem intincto scripserit & ab ipsâ suffragante experientiâ prompserit, haud abs re investigare causas & rationes,

tionem, utrum duo illi aphorismi rationi & experientiae sint congruentes. Rationes nobis suggerat ipse Hippoc. lib. 6. aph. 39. & Galen. in commentario: dum duplicem proponit causam convulsionis, ex repletionem & inanitionem, corporum scilicet nervosorum, quae si repleta humoribus crassis ac pituitosis, ut spasmus succedat, & huic febris superveniat, quae suo calore resolvat ac discutiat materiam illam spasmodicam, id pro bono augurio habendum, in dispellenda convulsione: sin vero con-

vulsio febre accedat, funestum, ob exhaustum nervosi generis, quae siccitas est insanabilis. Exin vel duo illi aphorismi falsitatis arguendi, id autem de divino Hipp. Genio suspicari, sit piaculum: vel si illae rationes adductae non sufficientes, tum aliae excogitandae ad salvandam veritatem. Si illae non ad tuum gustum, desidero potiores: si quid solidi opponendum, ad illas destruendas, tum victas dabo manus. Sed nunc vela contraham, rem istam uberius tibi speculandam committens.

EPISTOLA XIX.

Contra Astrologiam vaticinam.

*Ad Dn. M. Nicodemum Strzlinum, Ecclesiastem
in summo Templo Ulm.*



Um à me efflagitatis meam sententiam atque censuram, quid de praedictionibus Astrologicis, praesertim Genethliacis, sit iudicandum, id laboris Viri amico detrectare, inamicum aestimo, quin in re etiam majoris momenti tibi gratificari sim promptus ac benevolus: idcirco animi mei cogitata, per hanc Epistolarem confabulationem, communicare libuit.

Haud invitus admitto, cum Deus & Natura nihil faciant frustra, proin caelum ab Hieron. Cardano. haud invenustè vocatur, Dei Altis, In-

strumentum, quo in haec inferiora ac sublunaria, operari solitus. Sydera à Deo Opt. Max. in hunc finem creata & caeli parietibus affixa, ut anni tempora variarent ac mutarent, subinde aliam in aëre inducentia crasin ac temperaturam, caloris & frigoris, humoris & siccitatis, ut terra progerminare & omnis generis fruges, ad sustentationem vitae animalium necessarias, producere valeat, quin deinceps à diversa aëris constitutione, variae concitentur ægritudines, & Natura imprimis humana multis ejus mutationibus obnoxia ac subiecta, exin non parum

Tc

alte-

alteretur, & cum alioqui animi mo- res corporis temperaturam sequan- tur, (quale enim temperamentum tales humores, quales humores, ta- les mores) ut pro diversitate ^{negotiorum} hinc emergentis, homines modò læ- tiores, tristiciores, & ad hæc, vel illa negocia expedienda, habiliores) & promptiores, reddantur, rationi ad- modum videtur consentaneum.

Quod autem omnes vitæ casus & eventus exin prævideri, aut prædici queant, absurdissimum autumo.

1. Cum duplex causa, naturalis & voluntaria, quæ in eo discrepant, quod illa semper agat ex necessitate Naturæ, hæc verò libera sit in agen- do, agere & non agere, effectum eti- am suspendere valeat. Cum autem cælum sit agens purè naturale, ergò ager necessitate Naturæ: at effectus, qui sunt liberi, à cælo dependere non possunt, cujusmodi sunt actio- nes & effectus civiles, ut conjugium dignitates, fortunæ: proin absonum de illis ex syderum diversâ conjun- ctione, judicare & certi quidpiam hâriolari velle. Cum ipsi Astrologi ultrò fateantur, syderum influentias per se & directè tantùm agere in res materiales & merè naturales. Cum actio sit tantùm inter ea, quæ genere conveniunt. Ergò cælum velut agens corporeū & materiale, solùm ager in materialia, non autem spiri- tualia, ut est anima & voluntas hu- mana, Et si ex accidenti, indirectè ac

mediatè agere possit in organa cor- poris, quibus anima utitur, ut si ce- rebrum benè dispositum, etiam ani- ma suo discursu uti & animales a- ctiones meliùs ac expeditiùs exerce- re potest. Sed hæc amabò quid con- ferunt ad merè fortuita. Quæ non in nostro arbitrio consistunt, quàm in voluntate aliorum & extrinsecus adveniunt.

2. Ipsi Astronomi demonstrant, totam tertiam cum mari, ad cæli complexum, se habere instar puncti, cujus minutissima portio erit hic vel ille homo: quomodo amplissimæ virtutes influere possunt in angustis, illud punctum. Quam absonum, ut sydera promittant mihi, vel illi soli hoc infortunium, & non potius toti illi puncto. Videtur hoc Herculeum argumentum, contra particulares influxus, & astruendum cælum esse causam universalem, etsi spe- cialis aliqua influenza admittenda, & hæc erit omnibus sublunaribus communis, noi. hoc, vel illud subje- ctum, magis afficiēs: & omne agens diversimodè agit pro diversitate re- cipientis.

3. Cum ipsorum Astrologorum confessio, se non à priori per causas, sed à posteriori, per observationes, ad istam cognitionem pervenisse, & illæ admodum incertæ, cum falsis nitantur hypothesibus. Cum eadem cæli facies & signorum positura, quæ semel apparuit, non amplius,

vix post aliquot secula recurrat, proinde vix duo vel tria exempla, de uno casu verè contingente, adferre licebit, nec propterea ex paucis singularibus, præcepta universalia constituere, par ac æquum. Absõnum unam vel alteram observationem, ad omnes consimiliter natos, accommodare. Zenocarus de vitâ Caroli V. refert, eum in sua Genesi habuisse Capricornum in ascendente, prout etiam Augustum, Carolum Magnum, & ipsum Christum Salvatorem nostrum, quasi ad regiam dignitatem evehendi, qui in consimili cõstellatione pronati. O vanitatem! Quis sanæ mentis credat, etsi quidam sub signo Capricorni in lucem editi, ad honores regios aspirarint, tamen indubiũ, quin aliquot myriades hominum, sub eadem cœli figurâ ex alvõ materna prodeuntes, in abjectissimo vitæ genere, ævum traducere sint coacti, ut & complures Reges, in longè aliâ syderum copulâ editi. Vel exin cõstat, quàm anile, ex paucis particularib⁹ observationib⁹, construere regulâ universalem, cum illius felicitatis causa non tam à cœli influenza, dependeat, quàm ipsorũ cœlitum favore cõtingat, suum cuique Fatum destinantium. Sub eadem cõstellatione natorum, unus erit Fortunatus, alter verò calamitatibus subiectus. Si Christi Genitura, in consimili syderum positurâ, ò quam misera regia majestas; dum à Judæis

per ludibrium titulotenus Rex saluatus, sed brevi post in crucem sublatu. O temeritatem!

4. Cum domus Astrologorum non reales, sed commentitiæ: An non res mira, si Planetæ aliâ facie nos respiciant, pro sitûs diversitate, tam varius prædeat effectus, cum ex doctrinâ optidorum constet, effectus qualitatem, pro radii qualitate & Naturâ corporis irradiantis, non pro diversâ radiorum circulatione, differre. Sol enim quocunque modo & situ ejus radii dejiciantur, semper calefacit & illuminat, at si rectiores spargat, eos reflectendo, magis calefaciet, insanum igitur dogma, quod Planetæ, dum per 12. domos vagantur, ac diversimodè oberrant, alios beatos, alios miseros reddere, soliti, illorum Naturâ nequiquam mutatâ, sed solâ factâ sitûs varietate.

5. Omnis ars & scientia occupatur in iis rebus, quæ aut semper, vel frequenter contingunt, prout docentur. Cum autem Astrologorum prædictiones rarò veridicæ, ergò ipsorum ars destituta fundamento, nullis certis nititur theorematis, sed dubiis particularib⁹ observationibus, Exin Cicero lib. 2. divinat. exclamat: quid plura, quotidie refelluntur Chaldæi, quàm multa ego Pompeio, quàm multa Crasso, quàm multa hîc ipsi Cæsari à Chaldæis dicta memini, neminem eorum, nisi Senectute, nisi domi, nisi claritate

moriturum, ut mihi permirum videatur, extare quenquam, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie videat re & eventis, refelli: qui tamen omnes violentâ morte sublati.

6. Planè ἀλλοτριῶν existimandum, à diversis parentibus pronatos, licet sub eadem constellatione, similes moribus, ac rerum eventis, cum ab iisdem progenitorum, magna sit discrepantia. Imò Geminos eodem concubitu satos & insimul utero exclusos, omnino contrariis animi moribus & rerum successibus fuisse, Jacobus & Esau luculentum præbent testimonium. Etsi obtendant Astrologi, brevissimam illam moram, quæ inter Geminorum ortum intercedit, à nobis exiguam iudicatum, in cælo tamen ob eius vastitatem & rapidissimam conversionem esse insignem & magnam causare varietatem. Vanum effugium. Etenim si tam brevî mutatur ratio constellationis, sub qua quisque nascitur, tempus ipsius ortus, cujusque hominis proprium, erit Astrologis incomprehensibile. Perquam rarò ipsa hora, nedum punctum ac momentum, quo quis ex utero prodit, à parentibus consignatur & si hora tantùm natalitia sit comperta acquiescunt, & exin thema erigunt. Ergò falluntur & fallunt.

7. Quàm frivolum, quod Saturno assignant causam brevitatis vitæ. Ad cuius effectum causæ concurrunt plures, is unicæ causæ non erit

assignandus. At omnis fatus, ut dicitur, turniore vel breviori vitâ fruatur, à pluribus causis proficiscitur. Homo namque non tam gignitur à cælo, vel Planetis, quàm à particularibus ac proximis & immediatis causis, ab utroque scilicet semine, maris & feminæ, facultate plasticâ dotata, sanguine menstruo alimentum subministrante, & utero velut receptaculo inserviente. Statuamus, Astrologum cuidam sub felici syderum copulâ pronato, polliceri longævitatem, at si Pater, aut Mater valetudinaria, tum ex horum semine malè disposito, progerminabit (orta namque attestantur suis principiis.) Infans variis morbis obnoxius, quorum pedissequa mors. Ad producendos effectus, plus valere immediatas causas, quam remotas, testimonium ferat experientia, sub eadem constellatione generari morbosos & sanos. Idem iudicandum de animi moribus, qui sequuntur corporis temperamentum, quod à parentibus hæreditariò accepimus.

8. Cum præstigia illa (si fortè quædam vera) post multorum annorum seriem demum eveniant, videretur ἀδύνατον, influxum illum cælestem, tam diu in corpore delituisse, cum effectus tam diu non possit abesse à suâ causâ.

9. Postremum hoc Achilleum argumentum. Si in prognosticando tempestates (velut re leviori,) Astro-

Astrologi comperiantur erronei, multò magis fallaces in prælagiendo ea, quæ dependent ab arbitrio humano, & sunt fortuita. Exin ipse Keplerus famosus ille Mathematicus, palam fatetur, se propter prædictionum incertitudinem, nullas amplius Ephemerides, prout antehac solitus, publicasse, ne si aberraret, suis prælagiis frustratus, ludibrio exponeretur.

Et si jam adducta argumenta sat valida, ad infringendam Astrologorum vanitatem, verum cum multa mirabilia obtrudantur exempla eorum, quibus ea contigerunt, quæ ab hariolis denunciata, exin doctrina astrologica, videtur haud carere fundamento. Hunc ego scrupulum hoc modo revellerem. Et si nonnulla prædicta vera acciderint, tamen innumera etiam falsa, aut nullos, aut planè contrarios habuisse exitus, ut non tam ex artis regulis, quàm fortuito rem attingisse, existimari queat. Idem de Astrologis dici posse reor, quod olim de oraculis Delphicis tritum atque vulgatum, quæ vera, memoria teneri & prædicari, quæ falsa, eorum neminem recordari.

Est ut verum fatear, dum lego exempla admiranda veridica, obstupesco, unde & cujus adminiculo, tales divinationes suggestæ.

Piererius Jesuita asserit, plerisque Astrologos, præsertim vera prælagientes, Magiæ fuisse addictos, ut

complures ab Inquisitoribus passim capti, & custodiæ mancipati, confessi, ut non tam scientiâ astrali, quàm diabolicâ revelatiōne, vel occulto ejus afflatu, futura prædixerint. Quamvis nec ipsi dæmones semper prænorint futurorum contingentium eventus, prout ambiguitas oraculorum indigitat: fatuum proinde, id attribuire Astrologis, quod nec malis Geniis à Deo est concessum.

Si quis autem objiciat, Astrologos pietatis amantes, & à Magiâ alienos, quorum prædictiones æque veraces: huic opponerem, quod Aristoteles de Melancholicis tradit, eos multa divinare, quia multa loquantur: ita Astrologi in erigendâ Genesi, varias res prosperas & infastas, quæ cuius mortalium accidere possunt, coacervare ac conglomerare solent, ut *adversos*, qui interdum quidpiam veri contingat, cum non raro Sagittarius etiam imperitus sapiens jaculando, scopum attingat.

Probè notandum, quod D. Augustinus lib. 4. confess. cap. 3. refert: Se antè baptismum, libris Genethliacorum mirificè deditum, à quodam Medico Hipponensi Senæ illorum studio aversum, quod eos quibus quæstus causa, olim incubuisset, reipsâ falsissimos comperisset, si quid veri interdum respondisset, id non arte, sed sorte factum:

Tr 3

quem-

quemadmodum nonnunquam fortes, ex libris Poëtarum depromptæ, interrogantis rebus factisque, consonare depræhendantur.

Accedit, quod multi divinent ingenii solertiâ, & multiplici rerum humanarum peritiâ usuque, & exquisita eorum, quibus divinatio fit, negociorum, morum, studiorum & ingeniorum observatione atque notitia.

Adhæc Astrologorum auguria erunt vel secunda, vel adversa. Si prospera, omnibus viribus ad ea consequenda contendunt per media etiam illicita, non prius quieturi, quam potiantur intento, & sic non raro in mala incidunt insperata. De Comite Ætholiæ Hector Boëthius Hist. Scot. refert. eum Jacobum I. R. Scotiæ peremisse, & regicidio peracto, cum jam capitali afficiendus supplicio, & membratim dissecandus, capite prius coronâ ferreâ, pro ludibrio, quod Regnum affectasset, cincto, commemorasse, se vaticinium accepisse, priusquam è vitâ excederet, fore, ut publicè coronaretur, propterea semper ad ea, quæ Fata portenderent, vanâ persuasione ductus, cuncta præcipiti animo, direxisset. De Antonio à Leva Sabellicus narrat, quod author ac suavor Carolo V. ad expeditionem adversus Regem Galliæ suscipiendam obtulerit se Generalem exercitûs, ab hariolis vanâ spe illectus, quod in

Galliâ moriens, suam sepulturam, in Templo S. Dionysii, sit habiturus ratum, se positurum victoriâ, & Parisiis, in Sacello S. Dionysio sacratum, tumulandum, proin ut immortalis sui memoriam, ob res præclarè gestas, apud posteros relinqueret, omnia sua consilia, de bello in Galliam transferendo, communicasse, at contigisse, ut exercitu dysenteriam sublato, ipse in Narbonensi quidem Galliâ mortuus, sed ejus cadaver Mediolanum in Italiam translatum, ibidemque in Templo S. Dionysii sepultum.

Si infelicia & adversa præfagia, ea vel fortuito evenerunt, vel dæmonis revelatione & directione ac impulsione, quò curiosos & Fati sui avidos, in suâ superstitione corroborarent, & in adversa præcipitent, à quibus immunes permanissent, si vates non consulissent.

De Geminis fratribus Gothicis etiamnum adolescentibus Olaus Magnus refert iis prædictum fore, ut mutuâ cade perituri, ex in fatum illud devitare constituentes, ad longius disitas & diversas orbis regiones peregrinantes, ibidem ad decrepitam senectam usque commorantes, tandem incesserit in patriam redeundi cupiditas, existimantes tanto temporis intervallo, alterutrum mortuû & ita Fatum finitum, quod tamen viam invenerit. Nam cum ignoti Senes, in pinoso nemore con-

venif.

venissent, & mutuâ salutatione factâ, paulisper confedissent, ex insperato utriusque canes, itineris comites, acri ortâ pugna pariter & illos à verbis ad verbera & vulnera etiam lethalia progressos, atque jam in agone, se fratres, memores vaticinii, agnoscentes expirasse. Quis ambigat à Tacodamone canes impulsos ad rixam, ex in senibus occasionem suggestisse, mutuis se vulneribus conficiendi. Nec hasitarim, Deum permittente diabolo tales machinationes, ad homines temerarios Fati sui & futurorum scientiâ avidos puniendos, dum Deo suo Creatori & paternæ ejus providentiæ diffidentes, à creaturis res expectant futuras, quæ aliàs ipsis non contigissent, si jactatâ suâ curâ in Dominum, eas nosse non desiderassent, juxta illud: quæ timet impius, in ea incidit.

De Asclerione Mathematico (ego potius infamem Magum crediderim) mira recenset Suetonius, quod Domitiano Imperatori violentam mortem prænucciasset, percontanti qualem ipse vitæ exitum, sit habiturus, responderit, se brevî à canibus dilaniatum iri, eum interfici sine morâ, & ad coarguendam artis vanitatem, cadaver cremari, & cinerem sepelire imperasse, dum id peractum, evenisse, ut inopiato imbre depluente, ignis extinctus, & canes catervatim accurrentes, semivivum discerpserint cadaver. Non

dubitarim, si Mathematicus ille sibi istum vitæ ternium non præfixisset, nunquam in id infortunium incidisset, sed connivente Deo, à diabolo Domitianum ad illius necem concitatum, & canes vel reales, ab eodem impulsos, vel ipsos personatos dæmones, formam canum representantes, cadaver dilacerasse, crediderim. Unicum adhuc subjiciam exemplum stupendum cujusdam Astrologi (de quo Simon Majolus Episcop. Vultuar.) quod Galeatio Mariæ Duci Mediolanensi, prædixerit, ipsum ex vulnere periturum, à suo vasallo inferendo, percontanti, quo mortis genere ipsi occumbendum, responderit: se in publico interemptum iri, ex trabe ligni cadente, ex in illum decollari præceperit, ut ex eventu convinceret, Astrologiam falsam: sed quid contigit, cum eductus ad supplicium, sub portâ magnâ, turrim lapsam, Astrologum cum carnificè, & alios concomitantes spectatores, prostravisse, ipsum verò Galeatium, in Templo S. Stephani, interfectum à proprio vasallo. An non hæc mira sunt ludibria Satânica, quis tam exors Rationis, ut credat, ista ab ullâ arte humanâ, prævideri ac prædici potuisse. Vel denique ex metu *incidunt in mala* aliàs non eventura, prout Jovius de Leonio Medico & Mathematico, eum ex suâ Genesi depræhendisse, sibi pereundum in undis, proin relictis

lictis Venetiis, ne crebrò navigandum, Spoletum se contulisse, & brevì post Florentiam, ad curandum Laurentium Medicum Ducem, evocatum, & cum constellatione Syderum fretus, morbum non periculosum dixisset, quo tamen ille extinctus, hinc cum illius valetudinem neglexisse diffamatus, ob infelicem medelam, ab illius filio Petro Mediceo noctu in puteum præcipitatus, in quo suffocatus. Ego planè mihi persuadeo, si Sydera non respexisset, quin eo casu non periisset. Haud ingratum fore duxi, si adhuc tria subnectam exempla mira & rara paucis cognita.

1. Johannes Stöflerus, Mathematicus Tübingensis, determinato die sibi periculum imminere prævidens, ad id evitandum, & tempus amicâ conversatione fallendum, quibusdam literatis in Musæum suum convocatis, cum inter pocula disputatio sobria orta, & ille ad dirimendam controversiam, bibliothecam suam accedens, librum promerret, contigit, ut clavo laxato, asser, in quo libri repositi, illius capiti incidens, vulnus lethale inflixerit.

2. Cum Tycho Brahe Astrologus famosissimus, in juventute, Rostochii studiis incumbens, quendam diem sibi infaustum adverteret, interdium in Musæo suo commoratus, circa vesperam, putans Fatum jam

præterisse, domo egressus, ad cenandum apud hospitem suum, dum inter epulandum cum studioso commentale, orto litigio, ad digladiationem ventum, ut illi natus præcisus.

3. Johannes de Lignano, J.C. Bononiensis & Astrologia peritus, prævidens Filium suum de patibulo aliquando fore suspendendum ad Fatum avertendum, sacro ordini ipsum addixit, tam felici successu, ut ad Episcopalem dignitatem evectus, & cum à Senatu Bononiensi Legatus designatus & Romam ad Pontificem missus, ad hujus gratiam aucupandam, ejus commodo promovendo, magis intentus, eo comperto, quod negocium aliter, ac in mandatis haberet, expedivisset, Bononienses illum cā nocte, quā reversus, cruci affigendam mandarūt, cum sequenti diluculo, infelix Pater, fortè præteriens, suspensum conspexisset, hac usus est exclamatione: O Fili, tu infelicissimum Fatum, nec divinis ministeriis, nec humanis admniculis, superare potuisti.

Indubium æstimo, si cui ex insperato, res prospera obtingat, ut felix conjugium, vel divitiæ affluent, vel ad honores evectio suppetat, ea à Deo omnium Bonorum largitore & bonis Geniis ministris provenire: Sin autem infausta, ut suspensum, vel submersio in aquâ, haud culpa rejicienda in Sydera malefica, sed

sed malos Genios, ad funesta insti-
gantes, nec illa infortunia obvenis-
sent, si astra non consulissent.

Pro colophone annectam autho-
ritates Astrologorum principalio-
rum, astrologicas prædictiones fal-
laces confitentium. Coriphæus sit
Kepplerus, qui palam astruit, tam in
genere, quam particulari, nihil certi
ex Astrologiâ prædici posse, quoad
res faustas & adversas, si qui Astro-
logi in individuo quidpiam hario-
lando assecuti, id fortuitò potius
contigisse, non ex artis præceptis,
asseverare non dubitat. Exoptan-
dum, omnes Astrologos ita affectos,
ut veritas magis curæ ac cordi, quam
in prognosticando temeritas. At
quid causæ, quod plerique Astrolo-
gi tantas vanitates defendant, pro
iis ceuaris & focis, dimicantes. Ipse
Kepplerus in lib. Astrol. contra Fe-
selium Medicum Badensem publi-
cato, Astrologiam filiam fatuam
ipsius Astronomiæ, velut Matris sa-
pientis, haud inscitè vocat, quod illa
quidem ab hac fuerit nata, educata,
sed ubi adolevit filia, alimentum
matri subministrare cæperit, ne
mendicandum, aut fame peteun-
dum. Quare nî Astronomi adoptas-
sent Astrologiam, vix haberent, un-
dè suam curarent curiculam. *Φιλα-
γυγία* igitur Duce, sordidi quæstus
causâ, credulo ac improvido vulgò,
suas futilitates obtrudere non vere-
cundantur, scientes, cor humanum

esse *φιλόκαλον & ἀψίκερον* appetens no-
vitatatum & absurditatum.

Kepplero suffragatur Cornelius
Agrippa lib. 6. d. vanit. Sci. profi-
tens: se Astrologiam à Parentibus
puerum imbibisse, dein nec modi-
cum temporis & laboris in eam in-
sumpsisse, tandè didicisse, eam nullo
alio niti fundamento, nisi meris nu-
gis & figmentis imaginatiouum,
pœnitere insumptæ olim operæ, ab-
jecisse jam dudum ex animo, nec re-
assumere velle unquam, nisi potent-
ium violentæ preces, (qui soleant
interdum ad indigna artificia, etiam
magnis probisque ingeniis abuti)
sæpè rursus impingere compelle-
rent, suaderetque domestica utilitas,
se aliquândo frui debere illorum stul-
titiâ, & nugas tantopere cupien-
tibus, nugis obsequi. Cum D. Mar-
tinus Chemnitius insignis Theolo-
gus, adhuc artium Magister, Mathe-
maticis disciplinis esset deditus, & in
prædictionibus natalitiis felix ac ce-
lebris habitus, proin ab amicis co-
hortatus, ut se totum Astrologiæ
traderet, id recusavit, quod illius
fundamenta valdè sint infirma, ab eâ
recedens, ad studium Theologi-
cum se contulit. Ipse etiam D. Lu-
therus comm. in Gen. astrologicis
vaticiniis parùm tribuit, quod nullis
nitantur fundamentis, sed meris
constent incertis & particularibus
tantum observationibus.

Huc referri potest D. Augustini

Vu

exem-


exemplum supra ex libr. confess. al-
legatum, albo calculo notandum.
Tantorum virorum auctoritates,
cum prædictis rationibus conjun-
cta, scutum obvertant & obterant,
omnium aliorum Astrologorum,
objecta frivola & experientia repu-
gnantia.

Liceat mihi cramben recoctam
apponere. Ego firmiter credo con-
jecturis haud frivolis fretus, omnia
præfagia de futuris contingentibus,
neutiquam prodire à certâ syderum
copulâ, cum nihil agat supra vires
suæ speciei & talis facultas illis à S.
D. haud insita: Sed cum Ægyptii &
Chaldæi, olim superstitioni & arti-
bus Magicis, quibus ipsa etiam A-
strologia merito est accensenda, fue-
rint addicti, si quid veri prædictum,
ope dæmonum revelatum. Cum
duplex cum illis pactum constituen-
dum, implicitum, vel expressum. Ita
duplicis sortis Astrologi comperiun-
tur, alii manifestum habentes cum
dæmone commercium: & hujus re-

velatione futura cognoscetes, ea
ex astris se cognovisse, comminif-
cuntur, quò ipsorum impietas late-
ret in tenebris. Alii Astrologi, etsi
alias pietatis studiosi, sed veterum
observationibus freti posteritati re-
lictis, exin suas prædictiones depro-
munt, putantes, illa vaticinia profi-
cisci à scientiâ sydereâ naturali, se-
iplos decipiunt ac fallunt, dum præ-
ceptis illis nitentes, themata natali-
tia erigunt, opere ipso demonstrant,
ea procedere ex pacto implicito, oc-
cultâ dæmonis inspiratione, vel po-
tius, si definito die præfagia contingant,
ipso authore ac impulsore, ne
mendax comperiat, Deo conni-
vente ac permittente, ad puniendos
tam curiosos & temerarios Fati sui
avidos: indubium, quin in prædicta
mala haud incidissent, si vates non
consultuissent. Si prænarrata exem-
pla justo ponderanda judicio, rem
ita se habere, impartialis censor faci-
lè deprehendet (intellectam velim
judicariam seu vaticinam.)

EPISTOLA XX.

*Taxatio supina quorundam Pharmacopæiorum negligentia
& crasse ignorantia, quàm ea sit detrimetosa.*

Uam periculosum & dam-
nosum sit Tyronibus Phar-
macopæis Medicorum re-
cepta dispensanda com-
mittere, memorabili exemplo libet
monstrare. Cum ante complures

annos, quidam J. U. Doctor Stut-
gardii, in itatu sanitatis, nulli morbo
obnoxius, sed præservandi tantum
causâ, à Medico expeteret evacua-
tionem corporis, ante venæsectio-
nem ordinandam, is præscripsit apo-
zema

zema solutivum, inter cætera ingredientia erant designatæ radices apii, illud paratum & oblatum. Sed quid contigit? O Fatum infaustum! Miser ille legum peritus, intra paucas horas, ab hausto medicamento, ronchillare cepit & expiravit. Magna trepidatio & lamentatio inter domesticos, tum Medicus accersitus conspiciens ægrum in agone constitutum, obstupescit, gnarus se innocentem, nihil noxii à se ordinatum, & tamen animadvertit toxicum oblatum: in re ancipiti consilium capiens subitaneum, officinam ingreditur, percontando, à quo scheda dispensata & parata, cognito, à Novitio omnia peracta, jussit denuò se præsentem, illam dispensare: Tyro quasi re benè gestâ, cum in summitate recepti extaret, recipe radicium apii, legit & substituit opium. Exin grandis ille & funestus error deprehensus, cum unica litera, ipsi ægro fuerit letifera. Quidam Tyro nostratis pharmacopolii, dispensans sacculum pro vino medicato, cum in recepto consignatum, recipe radicium Enulæ, ille legit & accepit radices Esulæ, sed bono Fato, alius Minister intervenit, errorem observans, Esulâ dimotâ, Enulam substituit. Sed fortassis æquiori animo ferendum, si tanta imperitia in Novitiis tantùm hæteret, quàm dolendum & cum damno experiendum, haud minorem inscitiam non raro

hospitari in provectioris ætatis Ministris, & ipsorum etiam Heris sapius valdè indiscretis, prout ex sequentibus patebit notatu dignis exemplis.

Cum ego cuidam fæminæ febris continuâ laboranti ordinassem syrupum refrigerantem & ceu suavissimū laudassem, ꝛ. Syr. acyd. citri, de succo cerasorū acidorum domesticorū, añ. ʒiſ. M. Eo primâ vice degustato, ob saporem valdè inamicū averſata, mihi significari jussit exprobrando, quod tam ingratum & adversarium medicamentum præscribere non verecundatus. Ista querela mihi erat admirationi, etâ gnarus, culpam in me non hære, sed in pharmacopæo erroneo, receptum haud dextrè dispensante, consistere, sum arbitratus, exin in officinam ingressus, percontari cepi; cujus ductu scheda illa præparata, cum Herus ipse falsus, à se concinnatum medicamentum id haud jucundum esse posse, cum à me consignatus syrupus domesticus, qui ob amarorem Naturæ adversus: cui me opponens regeſſi, à me præscriptum syrupum cerasorum domesticorum acidorum alterantem suavissimum, ipse autem substituerit syrupum de spinâ cervinâ purgantem, qui vulgò syrupus domesticus etiam vocari solitus, deceptus ~~erroneo~~ vocabuli domestici. Errorem ad oculum ostendi, paulò exactiùs desiderans judicium, tali

Vu 2

colla-

collatione instituta. Cum à me consignatum, recipe syrupi aciditatis citri, ceraforum domesticorum acidorum, añ. ℥i℥. M. Exin facillè colligendum, per domesticum non intelligendum syrupum de spinâ cervinâ, sed ceraforum domesticorum, cum syrupus refrigerans cum aquâ, pro potu, miscendus, à me ordinatus, ad interaneorum viscerum æstum contemperandum. Errorem exin etiam patulum, cum à me ita scriptum, recipe syrupi aciditatis citri, è succo ceraforum domesticorum acidorum añ. ℥i℥. M. conjunctim non divisim. Si ita à me signatum, recipe syr. acid. citri ℥ij. syr. domestici ℥i℥. M. Et si pro isto accepisset syrupum de spinâ cervinâ, aliquo modo fore excusandum, quamvis & hoc absolum, syrupum de spinâ miscere cum syrupo acido citri. Cum ipse rem perperam intellexerit, & in ambiguo, meritò per Ministros fuisset inquirendum, de dextro sensu. Sed pudet ac tædet illos rerum pharmaceuticarum scientiâ tumidos, suam ignorantiam aliquantisper prodere, non habito respectu estimationis Medicorum, nec salutis ægrorum.

2. Cum ego in aliâ officinâ cuidam Virgini febris ardente decumbenti, & jam prunellâ infestata, præscripsissem gargarisimum, inter cætera ingredientia, erant consignati trochisci de Nitro cum sulphure

præparati, & observare in gargarisimum colore admodum citrino infectum, obortâ in animo meo haud levi admiratione, in Myropolio inquisitio instituta, à quo ille præparatus, compertum à Ministro jam adultiore & peritiam præferente, concinnatum, cum in schedulâ extraret, recipe trochiscorum de Nitro cum Sulphure præparatorum, ipsum accepisse trochiscos de Nitro per se factos, sat copiosâ sulphuris citrini pulverisati portione, ipsi liquori in vitro existenti, inspersâ. O crassam ignorantiam! Tantum absurdum, vix per insomnium mihi obvenisset.

3. Cum cuidam Monacho in cœnobio Wiblingensi, in affectu externo ordinatum Emplastrum Vigonis de Ranis cum Mercurio præparatum, Minister nescius id duplici modo concinnatum, cum & sine Mercurio, in officinis prostare, cum legisset, recipe Emplastri de Ranis cum Mercurio, absque ulteriori pensatione, accepit Emplastrum de Ranis tum obvium, putans, non aliud extare, quàm sine Mercurio præparatum, ideoque illi commiscens copiosum pulverem Mercurii sublimati, tradidit. Cum id claustrali admotum, insignis in eure inflammationis & erosio clausata, cum haud levi vitæ discrimine. O rudes Myropolas, & Medicis & ægrotis verendos, & ad Garamantas usque, vel extremos Indos, transmittendos.

EPI-

EPISTOLA XXI.

*Ad quendam Philiatrum querelam continens, de fallaci
uromantia & sinistro imperitorum iudicio.*

Aud ingratum fore au-
cuno, referre quorum-
dam Uromantum calli-
la, sed fallacia & falsa ex
urinâ dicteria. Cum in
Urbe nostra quidam septuagenarius
ex ventriculi imbecillitate laborans,
cibaria quæliacunque assumpta reti-
nere non posset, sed ilico per vomitum
rejiceret, illius filia lotium Me-
dico obrulit dijudicandum, quid de
morbi genere & ejus causâ sit sta-
tuendum percontata, & quæ præsi-
dia expedienda, cui sine rubore ille
respondit: in Patris stomacho duo
tubercula acuminata haud procul
distantia pronata, si quid alimenti
ingestum, id ceu rem inimicam, aver-
santia, mutuam exercere pugnam,
nec prius quiescere, dum quicquid
molestum, sit rejectum. Cum alius
quidam civis febris continuâ corre-
ptus alteri Medico suam urinam mi-
sit censendam, is protinus pronun-
ciavit, ipsum laborare febre mali-
gnâ, sat periculosâ cum Epar pænè
totum corruptum, nî aliud novum
jecur renasci ac pullulare faciat ope
medicamentorum, actum de vitâ,
cum præscripsisset quædam refrige-
rantia, & robore Naturâ ille resti-
tutus, firmiter sibi persuasit, benefi-

cio illorum remediorum aliud Epar
regeneratum. Cum ambobus illis
datâ occasione fortuitâ rei falsita-
tem & impossibilitatem demon-
strassem, non minùs tanta erat in
Medicos illos confidentiâ, vel poti-
us quædam amentia, ut absurdissi-
ma præferrent veritati. O stupen-
dam hebetudinem mentis, talia cre-
dentis. Quin dolendum, quod apud
nostrates, Medici existimatio, ma-
jori ex parte dependeat ab uroman-
tiâ, hoc est, nugaci ac fallaci dicendi
genere, ad circumveniendum impe-
ritos, accommodato. Si quis vel
Hippocratem cum Galeno rerum
medicarum peritiâ & felicitate pra-
cticâ superaret, nec ad istas nœnias
se assuetaceret, haud magno habere-
tur in precio, quin rudior loquactu-
lus præferretur doctissimo Medico.
Cum Medicus eruditus ac prudens,
sit etiâ vir bonus ac conscientio-
sus, cui virtus & veritas magis curæ
ac cordi, quam inanis dicacitas, id-
circo sibi dedecori ducit, & erube-
scit, ex urinâ nugari & mentiri, &
revera eo verbo utendum est. Ete-
nim cum ex lotio solo, nec morbi
Essentia cum ejus causis & loco affe-
cto, minùs vires ægri certò cogno-
scere liceat, exin nulla ex Ratione

Vu 3

proce-

procedens curatio potest institui, sed frivolis conjecturis niti, & cuncta temeritati Fortunæ committere oporteat, id quod creberrimè cum Medici opprobrio & vitæ dispendio ægroti, est conjunctum, hoc non obstante, Mundus vult decipi, qui se ad istas nugas non alluefacit, spernitur ac negligitur.

Sed quid opus est tantâ querimoniâ, cum velut in morbo epidemio conclamato, nulla medicina occurrat, quæ salutem: ita hic nullum aliud restat medium, quàm moderato animo tolerare, quæ inmutabilia. Si quis obrudat exempla Medicorum, qui ex solius urinæ inspectione, sine aliâ informatione notabili, ilicò declamitent de morbi genere & cunctis symptomatis ægrum infestantibus, ac si Lyncei obrigissent oculi, Visu penetrantes ad intimiora, & quasi coram cernentes locum affectum, morbi genus, cum ejusdem causis ibidem stabulantibus!

En tale ab ipsâ veritate suggestum responsum. Si quid veri de morbi genere & causis abstrusioribus protulerunt, id vel revelante aliquo spiritu familiari cognoverunt, prout reperti uromantes cristallomantiam exercentes, vel fortuito divinarunt, vel ex relatione ejus, qui lotium spectandum tradidit, depræhenderunt. Mira enim uti consueverunt astutiâ & versutiâ, circumveniendò ac fallendo simpliciores, urinam contemplantam offerentes, dum nonnul-

las percontantur circumstantias, & illis fucum non animadvertentibus, eliciunt quosdam sermones, ut eorum adminiculo ad cognitionem morbi pertingere valeant. Id ubi assecuti, dehinc velut ex tripode, cum affectatâ gravitate, de morbosâ dispositione, declamitare solent. Ad do, quod urinam deferentes plerumque sint ancillæ, aniculæ & confimilis farina simpliciores ovicula, quæ ob intellectus imbecillitatem, quicquid illi deblaterare & effutire solent, pro vero arripiunt, fallacias non olfacientes. Si quidem casu ad veritatis meram collimarint, eos ceu vates, ubi vis locorum celebrare, & ad cælum usque evehere laudibus consueverunt, si verò aberrarint plurimum, falsa que protulerint in medium, ea ceu indigna observatione, oblivioni tradentes & silentio involventes prætereunt, prout olim de Oraculis Delphicis dici solitum, quæ vera, deprædicari, quæ autem falsa, eorum neminem recordari. Mirum videri haud debet, quod crebrò & multum loquentibus, interdum non nihil veri excidat, cum non raro, qui oculis sunt orbati, ex frequenti jaculatione, scopum attingant præfixam. Hæc ut luculentiora evadant, haud abs re, ea illustrare notatu dignis exemplis.

Johannes Langius, Medicus Palatinus refert, concubinam cujusdam Principis, singulis matutinis integros lini, aut stupæ, manipulos de-

vorasse, & cum fortè ex stomacho laboraret, urina per anum delata, se consultum, quidnam judicaret: Cum autem omnia prius de Pellicis picâ haberet cognita, se respondisse: Juvenculam illam plus lini quotidie de colo decerpere ipso ore, quam fuso quovis versatili, deduceret: cum anus garrula, istud vaticinium divulgasset & deprædicasset, se velut Hariololum decantatum.

De Rustico Forestus narrat, eum tempore brumali uxoris urinam Medico visendam obtulisse, cum ea optimi coloris, suspicionem ortam de dolore externo. Tum agricolam Papa! tu rectè divinasti, sed unde dolor ille, quem in latere nunc livido factò sentis, collegisse Medicum ex casu contigisse, quælivisse, num ceciderit? rusticum mirabundum, si dixeris, ubi sit lapsa, te pro Medico omnium primario sum habiturus: ipsum respondisse, per scalas decidisse, tum illum, per quot autem gradus, Medicum, qui reputans scalas Rusticorum haud sublimes, duodecim denominasse, tum rusticum, inspicias diligentius, plures esse debent? Tum Medicum: lubrica est via ob glaciem, num ex lapsu nonnihil urinæ effuderit, annuisse: tum Medicum, mi amice, eo in loco, in quo te cecidisse ais, reliquos gradus inquiras, cum in hoc urinali, plures observari non possint.

Dordraci Urbe Hollandiæ qui-

dam circumforaneus ad homines alliciendos, suum consodalem in cenopolium combibonibus frequens intrare & vino indulgere jussit, ubi merito incaluit, jactitabat, tam excellentem advenisse Medicum, ut abdita quæque calceat ex urinâ prædicere, imò licet ipsi omnes in uno poculo mingant, ipsum agniturum: nî id præstaret, quicquid illo die impensum, pro omnibus soluturum, sin scopum attigerit, se a symbolum futurum: levibus fissuris notabat vas, quot imminxissent: id Hospitiæ oblatum ad Medicum deferendum, cum ipsa cujusdam ægri urinam dixisset, tum ille stomachari cæpit, quis te subornavit ad me decipiendum, sex sunt, qui istam urinam reddiderunt, pro singulis solvas. Quidam Medicus cuidam Rustico ex lotii inspectione, jumentorum denunciavit interitum, mirâ usuf astutiâ. Erat oblata urina alba & tenuis, exin interanorum viscerum obstructions colligens interrogavit, utrum sub sinistro hypochondrio dolorem sentiret, illo annuente, unde conjecit, Lienis impactum humorem melancholicum, qui à gravissimis animi pathematis, mærore ac tristitiâ, originem traxerit, rusticos autem haud levi de causâ mærore affici, hinc pecudum jacturam, est auguratus & clavum attigit. Quo prognostico audito, paganus attonitâ mæte celebravit vaticinii veritatem.

Uni-

Unicum adhuc exemplum referam, quod in stuporem rapiat haud immeritò. Erat quidam Judæus uromantes, & quidem cæcus, qui veste holoserica amictus, sella infidens, ex lotio prælagia fundebat, magno plebeiòrum confluxu. Sed quæso percipias hominis fucum & æstum. Ancilla vafre erat instructa extra conclave nonnullas expiscari circumstantias suo Hero referendas, tum demum urinam deferentes in conspectum admissi, & ille sumpto in manus urinali, declamitare & vaticinari orsus, de cuiusque morbi conditione ac statu. Nî fortassis instinctu & afflatu cacodæmonis istam hariolandi artem exercuerit. O stupendam hominum fatuitatem & credulitatem. Quis unquam somniasset, fore, ut ab ullo homine, à cæco, requirantur ex lotiù contemplatione prælagia. Exin patescit, quibus technis, quibus argutiis opus, si quis velit ex lotio vaticinari, & interdum ad veritatis metam collimare. Exin Amplis. & Prudentis. Senatus Reip. Norimbergensis in præfatione dispensatorii pharmaceutici, ipsius mandato in lucem editi, Medicis suæ jurisdictioni subjectis, se verè injungit ac præcipit, ne ex solius fallacis lotiù inspectione, quidpiam de morbi genere & causis temerè pronuncient, nec ullum communicent consilium, nî prius ponderatis & his circumstantiis, quas

sciscitari debeant ex illis, qui urinam explorandam tradunt, ne fallant & fallantur, cum ægrotum haud levi damno ac periculo. Salutare quidem ac prudens illud monitum, ad omnes totius orbis Medicos ablegandum, & prout in votis ac optatis, observandum. Sed qui tam candidum in pectore suo circumferunt animum, inani dicacitate, simpliciores circumvenire haud soliti, ii, proh dolor, negliguntur, nulla obtingit praxis, in sinistram incidunt suspicionem, quasi rerum medicarum rudes: tam fatua sunt hominum iudicia, ne dicam iniqua. Unicum addo, gravis agitur controversia, utram ex lotio fæminas esse gravidas, cognosci ac deprehendi queat. Negativâ nititur experientia. Libet miris exemplis comprobare, ab uxore meâ dudum defunctâ, p. m. quæ 10. liberorum Mater, septem Filios, non interrupto ordine, postmodum tres Filias enixa, etsi multoties occasio oblata urinam explorandi, tamen nunquam observare contigit talem, qualis ab Authoribus describitur. Quædam fæmina Ulm. primaria antè 20. annos, ex ventris tumore laborans, meo usâ consilio, cum artificiosis fretus conjecturis gravidam judicassem, aliarum muliercularum impulsu, illius urina D. Berendeinio, qui tum temporis, præcæteris, celebrior uromantes, hoc est, callidior in circumveniando simplici-

ciores vaniloquentia, est habitus, di-
judicanda oblata, qui ea inspecta,
ilico tanta confidentia & audacia,
negavit impragnationem, ut asseve-
rare non dubitavit, si illa Gravida,
fœtus exclusus sibi transmitteretur,
suis sumptibus alendus & educan-
dus. Cum autem aliquot mensibus
exactis Filiolum illa peperisset, ista
nova illi significari iussit, & ut staret
promissis, commonefecit, magno
cum ludibrio.

Cum duo alii Medici Ulmenfes,
Civis cujusdam conjugem decum-
bentem aliquandiu visitassent, quo-
tidie ostensa urina, interea contigit,
ut altera ancilla suspecta utero con-
cepisse, tum ad explorandam veri-
tatem, altera famula, effusa Heræ
urinâ, lotium suæ confortis infudit,
& sequenti matutinâ Medicis ad-
ventantibus & urinam contempla-
ri solitis, eam quasi ab Heræ reddi-
tam, visendam tradidit. Illi dolum
haud olfacientes, putantes ab Heræ
emissam, eam inspicientes, nihil im-
mutatam & morbum pristino in sta-
tu perdurare pronunciarunt. A dis-
cessu Medicorum, famula illa com-
œdiam ludens, decipulam ac frau-
dem patefecit, imperitiam Medico-
rum eludens magno cum cachinno,
cum ancilla illa deprehensa Gravida,
post aliquot mensium moram par-
tum in lucem emisserit. Complura
exempla mihi constant eorum Me-
dicorum, qui visitantes fœminas cri-

am primarias Gravidas, eas pro hy-
dropicis tractarunt, cum nullas in
urinâ impragnationis notas se ob-
servare dicerent, vehementioribus
purgantibus exagitarent, magno vi-
tæ discrimine, dum ipsa dies fini-
strum judicium revelavit. An non
expediret cautiùs agere, & censu-
ram in re ambigua suspendere,
quàm temerè quidpiam effutire, &
existimationem suam prostituere,
magno cum ridiculo.

Haud abs re duo adhuc exempla
valdè notabilia annectere, quàm
difficilis, ne dicam impossibilis sit
dignotio fœminæ gravidæ ex lotio.

De Medico Hispano Zacurus
Lusitanus in Observat. refert: Qui
uxori suæ, fluxu menstruo suppres-
so, & abdomine intumescente, cum
in urinâ nullum observaret Gravi-
dationis indicium, medicamenta ad
menstrua provocanda præscripsit,
irrito conatu, indies magis ventre
turgescente exin mense octavo ve-
nam saphenam incidi imperavit,
cum pedè dextro in pelluvium aqua
calida plenum demisso, vena aper-
ta, sanguis profluere cepisset, illa
partus doloribus correpta, factum
vivum enixa, qui in subjectum vas,
aquâ calidâ confertum, decidens,
pænè fuit suffocatus. Aloysia Bur-
gos, Regina Gallia obstetrix literis
tradidit: Parisiis quandam fœmi-
nam, ob scelera commissa, carceri in-
clusam & morti adjudicatam, cum

suspicio ipsam gravidam, antequam extremo afficeretur supplicio, tres Medicos & duas obstetrices destinatas, ad illam examinandam & explorandam, cum negassent prægnantem, in profluentem fuisse conjectam & submersam, sed cadavere post aperto, gravidam depræhensam. O grande nefas! Et si illa in quintum mensem esset gravida, ta-

men illi exploratores, licet præsentibus, ut non modò lotium intueri, sed & alia signa imprægnationem denotantia inquirere ac indagare potuissent, non minùs tam graviter hallucinati: quid spei concipiendum, si ex solius urinæ inspectione, iudicium ferendum. Proin aliorum tam crassa errata, inserviant pro cautelâ, ad circumspiciendū agendum.

EPISTOLA XXII.

Ad quendam Philiatrum de formarum origine, utrum anima innata vel ingressa.

Hæreo in suspenso, utrum auctor ille mihi perlustratus communicatus elogio vel jurgio dignior, quod tantoperè & ex professo, in D. Sennertum, virum candidum & de facultate medicâ optimè meritum, invecus, stimulis æmulationis & ambitionis magis concitatus, quàm ut operæ pretium, in tantum virum insurgere & calamum stringere. Sed mittam ista me haud attingentia, unicum tamen intactum relinquere non possum, de origine formarum, quibus Sennertum deformare & vellicare inprimis laborat, quod statuat, non tantum formas accidentales, sed & essentielles, per divisionem materiæ propagari & habere *διὰ τὴν πολλαπλασιαστικὴν* sui multiplicativam.

quorundam præcorum Philosophorum placitis recedere, id factum, non malâ, sed optimâ intentione, & ex pio zelo, dum animadvertit, illos veri Dei agnitione destitutos, haud dextrè sensitisse, & multa à sacris literis aliena protulisse, quin recurrendum sit ad altius & divinius principium, scil. causam omnium causarum (cum progressus non detur in infinitum) ipsum Deum velut omnium rerum conditorem, qui cuique creaturæ, in primâ statim creatione, suam competentem formam indiderit, cujus ope operationes suas edere & sui multiplicativa esse queat. Utrum in eo Sennertus tantoperè hallucinatus, impartiali iudici, sed Theosophiâ imbuto, decisionem committo.

Et si Sennertus in eo videatur à

Et si forma per se sit incorporea & quantitatis experta, sit autem quan-

quanta per accidens, quatenus materiae inheret, ad cuius extensionem & divisionem extenditur, & divisibilis euadit. Iussit Deus, ut res naturales non solum per suas formas existerent, sed & per easdem sese propagarent: cuique rei secundum suam speciem consimile generandi facultas insita à Deo, & exin propagata ab exordio Mundi, ad eius interitum, duratura. Si antiquis Philosophis creatio olim cognita indubium, quin in multis aliter speculaturi. Utrum Anima, quae sui domicilii fabricatrix, sit innata, vel ingressa, praesertim Rationalis, magna existit inter Philosophos & Theologos discrepantio. Sanè divini Platonis, in Phædonis dialogo) palmarium videretur argumentum, ad animae immortalitatem probandam, quod femini non insita, sed extrinsecus adveniat. Quid eam de re Aristoteles senserit, auctores in diversas abeunt sententias. Complures existimant, ipsum pænè nullam in re tam esse ambiguum, ut nihil certi definiri queat. Sed mihi arridet sententia Caelii Rhodigini (lib. 6. antiq. Lect.) ubi tradit Aristotelem statuisse, *ὄψις* esse mortalem: *ψυχή* autem immortalem. Luculentus succurrit contextus (lib. 2. d. Gener. c. 3.) ubi palam asserit, *ὄψις* seu animam sentientem & vegetantem semini inesse: *τὴν ψυχήν* autem seu mentem solam extrinsecus accedere, eamque

solam esse divinam, cum ejus actione nihil communicet actio corporali, Ex illustri illo loco relucet, Aristotelem eò inclinare, omnium aliarum formarum originem esse ab intrinseco, & quod sint divisibiles per divisionem materiae, vel ipso sensura etiam testificante. Ex isthac parte Sennerti assertio, non repugnat Aristoteli, ideoque immerito ab aliis flagellatur.

Tota controversia in eo hæret, quod animam Rationalem æquè ex traduce provenire & à Progenitoribus prodire astruit, pænè omnium Evangelicorum Theologorum opinionem secutus, ob peccatum originale, quod homini insitum, & animae imprimis inheret. Illud unicum est obstaculum, quo illi impulsu, divortium faciunt, à Philosophorum & aliorum Sectariorum placito.

Probè notandum, Aristotelem expressis verbis statuere, mentem, hoc est, animam Rationalem, solam extrinsecus advenire materiae dispositae, & solam esse divinam, hoc est, à Deo venire.

Etsi non intellexerit creationem, seu ex nihilo productionem, cognovit tamen animam Rationalem fieri non posse, ab agente aliquo materiali, prout materiales animae fiunt, sed ab aliquo agente extrinseco, scilicet ipso Deo, annexam huius rei causa, iniquiens: Nihil enim cum ejus actione communicat actio corpora-

poralis. Cum animæ Rationalis actio principalis sit intellectio, non indigens organo corporeo, & cum per se subsistat, proin sua Natura erit incorruptibilis. Quamvis nulla Ratio humana tam robusta, ad stabiliendam Animæ immortalitatem, nî sacræ paginæ id affirmarent, semper in ambiguo hærendum, quid credendum.

Exin fons sapientiæ, ipse Seneca, in quadam Epistola ad Lucilium: Juvat de Animarum immortalitate quætere, imò credere, credo enim opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam (scil. Animas immortales) promittentium magis, quàm probantium. Animadvertit ille, nullas rationes philosophicas esse sufficientes, ad Animæ immortalitatem astruendam. Cum non tantùm Sanioris Mentis Philosophi Animam Rationalem extrinsecus accedere sint opinari, sed & Calviniani idem asserant: quibus suffragantur omnes in universum auctores Pontificii, adeò, ut Seraphicus ille Doctor Thomas Aquinàs, non errorem, sed hæresin esse, asserere non dubitet, si quis statuat, ex traduce, si hoc verum censendum, invictum fore argumentum, Animam corruptibilem.

Ipsi Jesuitæ Conimbricenses (in comment. d. Anima Aristot.) profiteri haud verentur, qui asserant, Animam cum semine propagari, palam ejus immortalitatem negare,

quæ assertio tam sit certa, ut nulli Philosopho Christiano dubitare fas, Sôli Lutherani, præsertim neoterici, Theologi, ab illis divortium facientes, Animam à Parentibus procedere astruunt, & mordicus defendunt, ob peccatû originale impulsû, quod à primo statim conceptu Animæ inlitum.

Quibus se D. Sennertus associare est solitus. Si opinio ista probanda, an non cum D. Augustino illud opponendum: Si Anima cum carne seminatur etiàm cum carne morietur. Si tam anima hominum, ac brutorum, ex traduce, eadem utriusque erit conditio, & per consequens corruptibilis, juxta sententiam S. Hieronymi.

Cum tanta sit inter acutissimos Philosophos & profundissimos Theologos opinionum contrarietas, quis præsumere audeat, suum judicium interponere, & quidpiam certi definire? Quæstio illa permanebit in suspenso ac indiscussa, in hac Mentis caligine, donec pervenerimus in lucem æternam, ubi haud opus tam laborioso discursu, sed cuncta erunt præsentanea. Cum Deus mihi hoc ocium fecerit, istas avolare sum passus, non ut Noctuas Athenas, sed ut ansam præberem, ad ulterius ac uberius speculandum, & sincerè judicandum, utrum D. Sennertus, suo merito ab illo tam acerbè castigatus.

EPI.

EPISTOLA XXIII.

Ad Rever. Dn. Abbatem in der Weiffenaro/ confilium continens ad præcavenda insomnia.



Um R. T. de variis & crebris insomniis haud levem molestiam exhibentibus, somnumque turbantibus, gravis querela, accommodata desiderans præsidia, ad præcavenda tanta tormenta. Sed cum Rever. Dominus Præsul noster, jam accinctus itineri, domum contenderet, ob temporis angustiam, necessaria monita proponere haud licitum: At non minus eram pollicitus, animi mei sententiam per epistolam declarare, id jam præstare & fidem datam habere ratam constitui. T. R. salutare communicandum consilium, haud abs re duxi, insomniorum causas investigare, cum iis cognitis, via expeditior perveniendi ad convenientia media. Cum autem duo sint insomniorum genera, divina & humana, & hæc triplicia, naturalia, animalia & fortuita: quæ nunc declaranda & discernenda; ad quodnam genus T. R. insomnia referri queant.

Divina insomnia, divino Numine afflatis repræsentantur, exin Homerus ea à Jove interdum demitti, tradidit quorum multa in S. S. præstant exempla.

Humana insomnia naturalia vo-

cantur, quæ ad corporis temperaturam & humorum Naturam referuntur. Qualis enim corporis est constitutio & quales exuberant humores, talia phantasmata & spectra, naturali quodam consensu apparent. Si sanguis redundet, rerum colore rubeo infectarum & hæmorrhagiæ insomnia obveniunt: si pituita exorbitet, aquarum, nivis, grandinis: si flava bilis excedet, bellorum, incendiorum, rixarum: si humor melancholicus exuperet, mortis, cadaverum phantasmata sunt conspicua. Qui somniant, se magnas sarcinas bajulare, in sterquiliniis cubare, aut locis sordidis, cænosicis ac putidis diversari, multos vitiosos humores corruptos redundare portendunt. Animalia insomnia dicuntur, quando species imaginum, quæ per vigilias, fictrici facultati obversantur, in somno recurrunt. Si ea insomnia divinæ contemplationi respondeant, sanitatem ostendunt, quod integræ imagines, sensui communi oblata, à corruptorum vaporum copiâ, non sint oblitteratæ, indignant: Insomnia autem diurnis actionibus adversa, perturbationem in corpore præsentem arguunt. Fortuita insomnia plerumque iis contingunt, quorum cerebrum

rebrum calida & humida intemperie est affectum, exin emergunt caliginosi spiritus, & levior somnus provenit, insomniaq; se produunt. Cum per arctiorem ac profundum somnum, omnes sensus sopiti, ideoque nulla insomnia occurrunt. Quin & insomnia varia & fortuita à ciborum qualitatibus proficiscuntur, ut esu fabarum, brassicæ, aliisque crassi succi alimentis & concoctu difficilibus.

Idem confirmat Plutarchus de Catone Censorio referens, dum seruos ægrotantes oleribus aliisque prævi succi cibariis pavisset, eos multis ac variis insomniis exagitaros. Hinc etiam Pythagorei à fabis abstinere jubent, quod magnam habeant inflationem & turbulenta concitent insomnia.

Hiscæ de differentiis & causis insomniorum prælibatis, nunc contemplandum, ad quodnam genus T. R. insomnia referri queant. Pleraque T. R. insomnia ad fortuita redigi posse videntur, cum variæ ac discrepantes visiones, de quibus interdum, nulla speculatio prægressa, sensui communi offeruntur. Animadverti T. R. cerebrum calidum & humidum; nam præterquam color in facie floridus ac roseus & cruda senectus complexionem sanguineam prodit, & corpus candidum & *υραγον*, exin etiam patescit, quod T. R. licet annum 66. excesserit, tamen nullos in

capite canos, observaverim, cum aliis, quibus obtigit cerebrum frigida ac sicca intemperie affectum, in ipsa Juventute, canescere incipiant. A caliditate anima mobilis & ad imaginandum prompta ac expedita reditur ab humiditate, si modum non excedat, levior somnus procuratur.

Quin etiam ex impuro ventriculo probam cibatorum coctionem haud peragente, (causa sæpius assumpta vomitu rejiciantur, quæ nota ventriculi malè conditionati) immundi vapores in cerebrum sublatis, turbulentis insomniis, materiam subministrant. Accedit Epar calidius, dum venas turgidas conspexi, idem ostendit vultus rubicundus, à quo itidem exhalationes, cerebrum impetentes emergunt. Nam pro diversitate horum vaporum, copia, motu & qualitatibus, peccantium, varia obvenire insomnia consueverunt.

Hiscæ hunc in modum constitutis, ad insomnia impedienda, operanda, ut vaporum generatio & ascensio prohibeatur, impurus ventriculus emundandus & corroborandus.

Primà vice ꝛ. Extr. d. carth. Diib. Extr. d. Rhab. f. Dij. syr. ros. sol. d. Mann. laxat. añ. ʒb. dec. fl. & fr. cum fol. sen. ʒib. M. f. p. manè calide sumenda, accommodata ad biliosos & pituitosos humores evacuandos. Cum corpus plethoricum & sanguineum,

guineum, venæ medianæ apertio dextri brachii, conferret ꝑviiij. sanguinis emittendo.

Per ostidium post vinum medicatum usurpandum, ad totum corpus exactius depurandum. ꝑ. R. cichor. polyp. rec. Garyo. añ. ꝑij. Enul. ꝑiij. herb. beton. absint. rom. card. ben. hyss. citrar. anth. saly. añ. ꝑ. j. fol. sen. s. l. ꝑx. agar. rec. tra. Mech. alb. ꝑiij. Rhab. El. ꝑij. cinnamo. ac. ꝑj. gal. minor. ꝑij. passul. min. mundar. m. ꝑ. cum sind. al. f. sac. Infund. per h. 24. in vini Neccar. quart. iij. aq. beton. ꝑ. j. alternis matutinis quart. dimidium, horâ unâ antè prandium hauriat. Ad impuros vapores resolvendos & ventriculum corroborandum. ꝑ. Sem. cor. præp. ꝑ. ꝑ. spec. aromat. Ros. ꝑj. dianth. ꝑij. flaved. cort. citri. ꝑj. marg. præp. ꝑiij. corall. rub. præp. ꝑij. confect. fem. anif. fanic. añ. ꝑ. part. sacch. Ul-

mensis ꝑiij. f. Trag. dosis cochl. parum à pastu.

De pulvere cum litera A notato T. R. accipiat. ꝑ. j. ꝑ. cum cochl. aq. ceras. nigr. antè introitum lecti: nam occulta & manifesta qualitate excicante ac resolvente, impuros vapores, avertit infomnia.

ꝑ. Smar. or. hyac. marg. corall. rub. bol. armen. (omnium præp.) scobis eboris añ. ꝑj. f. p. subtilis.

Pro cerebo corrobor. ꝑ. spec. diamb. diamof. dul. añ. ꝑj. marg. & corall. rub. præp. añ. ꝑ. ol. still. succ. rectif. g. iij. ambr. gryf. gr. iij. sacch. in aq. ros. & lavend. dis. ꝑiij. f. conf. in Rot. manè summat. ij. iij.

Pro amuleto contra infomnia & phantasmata in primis commendantur corallia rutila splendida, non obscura, de collo suspensa.

Hiscè accedere debet conveniens diæta, prout coram indicatum.

EPISTOLA XXIV.

Responsoria ad commendationem paupertatis ex Seneca opere, ingeniosè collectam & digestam: utrum ea probanda, & exemplis ostenditur, veteres philosophos, sermone magis, quam re, bonorum externorum fuisse contemtores, ad Filium meum M. Fridericum in Academia Argentoratensi, studiorum gratiâ commorantem.



Uoad fratrem Nathanaelem, jam per mentem sat commodè usus est valetudine. Prout olim Archimedes anxius ac sollicitus, cum ei ab Hierone R. Siciliae, corona aurea, sed argento adulterata, oblata, percontandum fucum suâ arte, citra illius corruptionem, deprehendere queat is

da

diu se torquens, tandem in solio
 aquarum calidarum sedens, dum
 speculari, rem assecutus, dehinc
 exiliens, exclamavit, *ἰσχυρὰ, ἰσχυρὰ.*
 Quidni & mihi liceat, consimili uti
 epiphonemate, dum in curando fra-
 tre sum occupatus, eò imprimis in-
 tentus, quo vitiosi humores, vario-
 rum symptomatum effectores, è
 corpore eliminarentur, sed cum rei-
 teratis purgantibus, parum profice-
 rem (ille etiam objiceret, sibi à Me-
 dico Argentinesi varia præscri-
 pra evacuantiæ, sed absque ullo fru-
 ctu, suum morbum ita comparat-
 tum, ut nullis cedat purgantibus, ni
 alia excogitanda media, sibi fore fu-
 nestum) tandem superis cogitatio-
 nes meas dirigentibus, recidit mihi
 in memoriam, quidam pulvis con-
 vulsivus, rarus gravissimorum illo-
 rum symptomatum epilepticorum
 & convulsivorum causam non tam
 consistere in copiâ materiæ, quàm
 ejus malignâ ac virulentâ quali-
 tate cerebrum & nervosum genus
 extimulante, ad id, quod infestum,
 excutiendum & propulsandum: pro-
 in ad illam infringendam, opus ale-
 xiteriis & specificam virtutem anti-
 patheticam habentibus: nec mea
 opinio me fefellit, procedens ex ar-
 tificiosâ conjecturâ. Cum pulverem
 illum convulsivum, hoc est, tali fa-
 cultate instructum, ut materiæ mor-
 bificæ venenositatem obliteraret,
 ordinasset & ℥j. cum aq. ceras. nigr.

sumendam præcepissem, primâ qui-
 dem vice obsequium præstitit, sed
 ejus reiterationem respuit: percon-
 tanti causas retulit, se ingesto illo
 pulvere, per aliquot horas, in cere-
 bro, lumbis, & sub utroque hypo-
 chondrio tantas contractiones (qua-
 si laqueis aut chordis omnia intera-
 nea contorquenda) nervorum sen-
 sisse, quasi cerebrum, per aures, oculo-
 los & nares magno conatu excidere
 velit. Id dedi solatii, ut sit animo in-
 trepido, bonum esse auguriû, quod
 pulvis ille duello cum morbo, velut
 suo Antagonistâ, depugnans & *μωρο-
μαχίας* exercens, illo reluctante, à cet-
 tamine prius non destiterit, ni de-
 victo suo adversario, exin nihil miri,
 quod tanta symptomatum exacer-
 batio sublecuta: sæpè idem in aliis
 etiam morbis evenire, ut primis die-
 bus ab usu remediorum symptoma-
 ta ingravescant, quæ tamen sensim
 resoluta materia morbifica, mites-
 cant. Idem in hoc casu sperandum:
 opus robore animi & constantia in
 usurpandis pharmacis, siquidem cu-
 ræ ac cordi, salus corporis. Sed totis
 viribus restitit, non minùs tamen
 pulvis ille unicâ tantum vice exhibi-
 tus, miraculosam vim exeruit, dum
 hostis tam rebellis, cæteris omnibus
 in cassum adhibitis, unicâ oppugna-
 tione, expugnatus, victas dedit ma-
 nus, taxint superi, ne unquam recur-
 rat, & denuò ad duellum lacessat.
 Quæ ex Senecæ monumentis de-
 prompti-

prompsisti, (est magni laboris & iudicii sublimioris nota ita colligere & disponere, quod pauci coactanei æmulentur) in patrocinium paupertatis legi animo libenti. Illius scripta olim pervolutavi, & sat familiaria mihi reddidi, magnâ admiratione captus, quod tantus paupertatis affertor, divitiarum affluxu, in rerum omnium abundantia, imò luxu, ætatem triverit, ut existimem illa haud ferio, ex interiore animi sensu prolata, & literis consignata, sed stimulo *vanitatis* laudis ac gloriæ, ob famam ad posteritatem propagandam, quo memoriam relinqueret immortalem, verè sapientis, etsi vita & moribus non talis. Dissertationes illæ videntur plausibiles & speculationes jucundæ, dum in *templa* acquiescimus, acerbæ si ad praxin descenderimus, faciliora illa dictu quàm factu. Magnoperè mirari soleo Stoicorum (qui præ cæteris sectis volebant videri rerum mundanarum strenui contemptores,) Coryphæos, Senecam & Zenonem, in literis acerrimos paupertatis protectores, ingentes opes possedisse & luxuriosè vixisse. Olim de Cicerone dici solitum, eum scripsisse ut Philosophum, vixisse ut hominem: idem in illos detorqueri potest. Qui aliter vivit ac docet, detrahit suis præceptis fidem, & reipsâ ostendit, suas *virtutes*, meras esse elusiones hominum. Cum Zenon olim graviter contra divitias di-

sputasset, quidam Antigoni Regis mandato (tentandi & explorandi causâ, quomodo erga bona externa, animatus) ipsi indicavit falsò, prædia illius ab hostibus occupata, direpta & incensa, ita mœrori se dedit, ut vix consolationi locus. Ipse etiam Seneca (cujus tu vestigiis insistens, paupertatis encomium in te recipere non dubitasti) luculento sit exemplo, qui & ex illorum numero fuit, prout olim Christus de Pharisæis & Scribis, qui dicunt & non faciunt. Sugillabat divitias is, qui pecuniæ sitientissimus, immensas opes collegerat, adèd ut Lipsius eum possedisse 75. centena millia Philippicorum asserat, eos in Italiâ, Britanniâ & Ægypto habens in fœnore locatos. Gaza planè regia! ô quantus usurarius, tam disertus paupertatis prædicator: exin apparet, in chartis tantum fuisse pauperem.

Quis Philosophorum amavit divitias, quin eas potius, ut se indignas sit aspernatus, haud abs re illustrare exemplis, veri Philosophi notam & argumentum indubium esse, Bonorum externorum contemptum. De Thalete Milesio refert Aristoteles ipsum, cum objectum Philosophiæ studium instructuosum, prospexisset per astrologiam olivarum ubertatem, & collectâ modicâ pecuniâ, hyeme adhuc vigente, emptionem olei fecisse, in Mileto & Chio, exiguo precio arramque dedisse, cum

yy

oliva

olivæ ad maturitatem pervenissent, oleum pro libitu divendidisse, magnam vim pecuniarum lucratum, ostendisse amicis, perfacile esse Philosophis ditari, sed id non esse ipsis curæ. Annon Crates Thebanus sua in mare abjecit cum hac immortalis voce: abite pessimæ divitiæ, mergam vos, ne mergar à vobis. Cum Cræsus R. Lydorum expetens Anacharsin Philosophum pro Consiliario & Directore sui Regni, legatum misisset Athenas, qui literas secum & magnam vim auri Gemmarumque ferens, cum docentem in Gymnasio offendisset, publicè legationem renunciavit, epistolam tradidit munera exhibuit, id erat miraculo, toti auditorio. Anacharsis audita legatione, visis muneribus, acceptâ epistolâ neque vultû mutans, neque animo elatus, neque linguâ hæsitans, neque opum cupiditate accensus, extemplo coram omnibus Philosophis responsum dedit & in eandem sententiam, tales suâ manu ad Regem misit literas. Quod verbis legatus tuus exposuit, idem epistola continet intellexisse te in universâ Græciâ laudem mihi tribui sapientis, proin rogare, ut ad gubernandam Remp. tuam non abnuam proficisci: verum tua à verbis facta dissident, quæ me valdè imperitum abs te haberi docent. Quod enim me aurum tuum accepturum putabas, quid aliud erat, quam subannatio

inscitæ & stoliditatis: hic nimirum lapis, Lydius est, quo verus exploratur Philosophus, si serio res contemnit caducas: nunquam conveniunt & in unâ sede morantur, libertas animi, & de vitæ hujus bonis, sollicitudo. Annos jam 77. natum scito, & nunquam majori indignatione commotum, præterquam ubi tua renunciata legatione, ad pedes vidi positas tantas opes. Id enim factum, aut defectum in te prudentiæ, aut abundantiam in me avaritiæ, arguebat: itaque tuum ad te aurum, quod mihi misisti, remitto, tuus verò legatus tanquam testis oculatus referret, quantæ tuum aurum offensionis fuerit universæ Græciæ, nunquam vel auditum, vel visum, in Scholam Atticam, ingredi aurtum. Nam Philosophis Græcis non tantum habere divitias, vitio daretur, sed & desiderium illarum præ se ferre, probro duceretur. Promittas quamdiu viveris, nunquam te mihi molestum fore, ut aliqua abs te accipiam. Nam quo die donis me corrueris, necesse foret, ut ego te malis corrumpam consiliis. Non est, quod sanum & sapiens consilium, nisi ab inavaro expectes.

Hæc ex Epistolâ Anacharsis, quod spirare videatur verè philosophicum pectus, excerptè libuit. His præsuppositis, quis Senecam Cræsi opes possidentem, pro reali Philosopho æstimandum censeat: quin *græcius*
dum

dum sermone & scriptis sapiens, dum luxuriæ & avaritiæ deditus, & aliis etiam vitiiis inquinatus, non φιλόσοφος, sed φιλόλογος dicendus. Aperi oculos mentis & dispice, qualem habueris Antesignanum, in commendanda paupertate.

Non rarò ingens in animo meo concitata est admiratio, philosophos Gentiles tam strenuos virtutis cultores, cuncta hujus vitæ blandimenta despexisse, solius laudis ac gloriæ studio brevî tamen interituræ, ut vix è Christianorum numero, qui in-

ter eos etiam magis devoti, tam propensi, ad sectandâ virtutem, pro acquirendis bonis cœlestibus, in omnino ævum perduraturis. Verè Antistes ille Hipponensis: Cui non datur in æternum vivere, quid prodest benè vivere, Cui bono, alienum esse à voluptatibus, conficere corpus rigidâ diæta, torquere animum curis in hac vitâ, nî indubia concipienda spes alterius vitæ, ubi virtutis exercitiæ, & bonorum operum merces, constituta est in cœlis.

EPISTOLA XXV.

Ad quendam Poliatrum: quomodo Aphor. 79. libr. 4. Hippocratis, si arenosa in urinâ subsidunt, intelligendus, utrum de urinâ in vesicâ retentiâ, vel excretâ.

Um *κρυδοξία* sit Mater, admodum fœcunda ad paradoxa parienda, & eò intenta, laudis ac gloriæ stimulis concitata, quomodo leviculis non rarò conjecturis, aliorum Bonorum Authorum etiam rectè sentientium sententia ambigua reddenda, si non penitus evertenda.

Cum tibi gratum fore retuleris, si animi mei cogitata de controversâ Hippocratis libro 4. aphor. 79. interpretatione, in apricum proferrem, cœpi meditari & rem paulo exactius ponderare, si quid in me iudicii, eò propendo, ut statuam, per

verba illa: cui in urinâ sabulosa subsident eum laborare calculo vesicæ, intelligendam urinam excretam, nò in vesicâ retentam.

Etsi aphorismus ille non semper congruat cum experientiâ, cum & arenosa in urinâ sint conspicua sæpius, absque ullius calculi in vesica præsentia: Utrum autem transmissi Authoris glossæma, dum præter omnium aliorum interpretum, ipsius etiam Galeni commentum, astruit, si sabulosa in vesicâ subsistant, non autem in lotio emissò appareant, sit probandum, ingenuè fateor, *ἴμην*. Etenim cum Hippocrates toto illo libro 4. aphorismorum, de duobus

yy a

inpri-

nprimis agat, (attestante ipso 1. Heurnio in commentario de Pharmacia in quovis morbo & omni excretionem, quacunq̄ ratione illa eveniat, si quis omnes illius libri aphorismos perlustret & iusto ponderet iudicio, rem ita se habere, deprehendet, cum ab aphorismo 69. ad finem illius quarti libri per 15. aphorismos, nihil aliud tractetur, quã de morbis vesicæ cognoscendis & finiendis per excretionem urinalem, rationi consonum, cum inter illos aphorismos etiam comprehendatur septuagesimus nonus, cujus in urinã arenosa subsistunt, quod is haud aliter intelligendus, quã de urinã emissa, neutiquam in vesicã, subsidente. Et hæc albo calculo, citra præiudicium, sunt notanda.

Et si vero concedatur; visus duobus modis posse interpretari, aut intelligi, de sabulosa materiã in urinã excretã hærente, vel in vesicã subsistẽte, si in vesicã diutinam moram trahat, indubium, quin progressu temporis in calculum coalescat, sed hæc interpretatio videtur ab Hippocratis Mentẽ, perquam aliena, cum in illo aphorismo tradat, cognitionem calculi vesicæ esse deprehendendam ex urinã sabulosã emissã, non retentã. Si retineatur, quis amabõ tam Lynceus, tam Argus, cujus oculi, eò penetrare ac perlustrare valeant calculum ibi delitescentem, Sed Author ille in subsidium

adducit auctoritatem Avicennæ, asserentis sedimentum arenolum in urina non facere calculosos, sed reddere à calculo immunes, exin probare nisus, aphorismum Hippocratis, si sabulosa in urinã subsidunt, intelligendum de iis in vesicã retentis. Istã declarationem velut experientie adversariam (ut alia exempla prætermittam) casus Meckelianus in meis observationibus pagina 179: descriptus, luculenter refellit, & falsam ostendit, qui admodum copiosum & quidem colore rufum sabulum, sesquiannuo spacio cum urinã emisit, exin quidam decepti, metum adesse sabulum putabant, negantes calculi præsentiam. Sed in illius vesicã, cadavere ab obitu referato, gradior calculus, ovi gallinacei formam & magnitudinem repræsentans, est repertus. Hippocrates tradit: quibus arenosa in urina subsistunt, eos calculo vesicæ laborare, hoc est, si materie crassior fundum petat, non autem, si arenulæ tenuiores urinã innatent, aut sedimento commisceantur, aut matulæ parietibus adhærescant, cum illa ceu gravior in fundum descendat, & calculum arguat: Hæc autem velut leviores in urinã volitent, & sæpius citra suspicionem calculi vesicæ appareant. Cum arenulæ illæ adustorum & tartareorum humorum ab Epatis & venarũ calidiore dyscrasia progenitorũ, solummodo argumentum existant,

nec in

nec in calculum coalescant: non autem calculi in renibus, vel vesicâ producti, indicium præbeant. An non si Hippocratis sententia hoc modo accipienda, velut experientia consentanea, defendenda, præsertim, si etiam Renum calculus subintelligendus. Vix est credibile id Hippocrati fuisse ignotum, quin potius ob consuetum ipsi Laconismum non expressum, vel prout Galenus in commento suspicatur, à primo Librario omissum.

Cum Galeno lingua Græca fuerit vernacula, & ejus, Idiotisrus ad unguem cognitus, si ulla vel levissima conjectura assequi potuisset, per ipsam intelligendam urinâ in vesicâ subsistentem, ad salvandam aphorismi Hippocratici veritatem sanè non

prætermisisset: Sed in commentario fatetur, errorem in illo aphorismo commissum, duplici ratione, vel quod Hippocrates dimidiam sermonis partem neglexerit, vel quod primus librarius eam omiserit. Sive n. in vesicâ, vel Renibus calculi generentur, unâ cum urinis exeant arenosa. Mihi admirationi, Authorem illum, istû Galeni locum vel nō observasse, vel studiosè occultasse: velut suæ opinioni repugnantem: sed prout oculus, in quem humor illapsus, non clarè videt, ita mens haud dextrè judicat, in quam cadit affectus, obstante *φύσις* & mente ad paradoxa instigante.

An hæc non sint Rationi admodum consentanea, tuæ discretioni pensanda committo.

EPISTOLA XXVI.

Admonitorium contra violenta purgantia.

DE Ichneumone mure Indico Plinius refert, ipsum ob insitam antipathiam cum Crocodilo, in ejus ad littus maris apricantis, & hiante rictu dormientis fauces, placidè se insinuare & ventrem perforare, eruptione facta per alvum: haud secus valida purgantium genera citra nauseam & exiguâ dosi ingesta, cum palato grata, ubi de potentia in actû deducta,

violentiam suam exerunt, Naturam turbando & instar carnificis, tormenta admovendo, ut cum serotinâ pœnitentiâ & querelâ ipsi ægri deplorent, se aliorum suadela impulsos, ad præstandum obsequium. Non autem ex Mercurio & antimonio solùm concinnata pharmaca, sed & ex scammonio conflata, haud benigniorem effectum, exerunt. Bonâ fide assero, mihi cognita utriusque sexus exempla, quibus diagridij cû

Y y 3

sulphu-

fulphure licet præparati, & ut opinio correcti, grana 9, ad XIII. tantum, cum vino exhibita, eos in tantam hypercatharsin incidisse, ut de vitâ periclitati & veriti, ne cum excrementis, ipsa etiam anima exterminanda.

Etenim ob insitam inimicâ potentiam, naturam & facultatem expultricem vellicare & lacerare non desinit, donec cum vitiosis humoribus, etiam succi alimentales non raro excernantur. Quidam Medicus cuidam fœmina primariæ illius scæmonii cum sulph. præpar. gr. XXI. haud pridem præscripsit, tanta cum hypercatharsi illa *ἀνωγει κατὰ* evacuata, & ita debilitata, ut vix se recolligere quierit, cum magnâ querimoniâ. Cum ego antè 20. annos cuidam Advocato Ulmensi, corpore aliàs sat robusto prædito, essentiæ Scammonii grana X. tantum obtulissèm, hypercatharsis sat gravis causata, percontanti de nomine medicamenti, cum respondiissèm, appellari scammonium, ille haud inscitè

regessit, rectius Schelmonium (nebulonem intelligens) nuncupandum, ob exorbitantem operationem. Quare illa cum magnâ discretione ordinanda, præsertim si obtigerint. Naturæ molliores ac delicatiores. Videant consultores, ne dum aliorum palato gratificari intendunt, sui nominis famam & existimationem prostituant. Quamvis complures ægri delicatuli, non raro Medicos invitos, ad talia præscribenda sollicitent, modò Gulæ grata, si quicquid sinisteri evenerit, an non ipsis culpa imputanda potius. Si tam violenta, in gratiam palati ingerenda, ad minus opera danda, ne tantus fiat in dosi excessus, cum consultius, intra limites subsistere, quàm ulterius vagari. Quin & diligens ratio habenda & respicienda cujusque ægri Natura, si immunis esse cupis à calumniâ. De his fideliter admonuisse fortassis haud erit ingratum, ad circumspectius agendum & famæ consulendum.

APPEN-



APPENDIX,

De

VARIO PURGANTIUM GE-
NERE, MIHI USITATORUM, QUÆ
dam informationes & admo-
nitiones.

De infusis.

Silentio haud prætereundum, infusa sæpius operari copiosius, quam Electuaria scamoneata & turberica, meâ experienciâ. Proponam casum, qui mihi in oppido Imperiali Kautberienſi obtigit notatu dignus. Cum ante annos 49. Ulmâ evocatus ad opulentum Mercatorem, quædam honesta matrona morbo chronico detenta, me accersendum curavit, ut cum illius loci Medico ordinario D. Brengero, consultatione habitâ, salutaria proponerentur remedia, inter cætera, à me ordinatum infusum ex fol. sen. ʒʒ. Rhab. el. agar. rec. troch. an. ʒi v. infund. in aq. beton. ʒiij. spir. vitr. rectif. gut. iij. stent per noctem, mandè levi ebullit. facta & expressione, dissol. Maun. El.

ſyr. ros. sol. an. ʒj. M. complures successus secuti, cum magno levamine & admiratione illius Medici, istam potionem feliciter & copiosius operatam, quam à se præscripta, exlest, diaphæn. & diaturb. cum Rhab. An quod infusa tenuium partium, quibus penetrare & se intimius insinuare queant, per angustiores etiam meatus, exin vitiosos humores eliciendo.

An quod illa præcipitent actionem non tam diu in corpore cunctando, quin inimicâ suâ qualitate, Naturam stimulando, ad excretionem, impellant antè tempus.

Cum antè annos 44: uxor Dni, Martini Neubrum. Viri opulenti, jam octogenaria admodum difficilis solutionis, ut præcedentibus annis, à diversorum Primariorum Medicorum præscriptis pharmacis, ne unica

vise

vice commoveri poterit, sed ab infuso à me ordinato, aliquot feces provocati, cum illius admiratione. ℞ fol. sen. El. ʒ. ʒ. ʒβ agar. rec. troch. ʒiiij. cal. arom. Zing. al. an. gr. vj: infund. in aq. beton. ʒiij. sp. vitr. rect. gut. iij. per noct. in loco cal. mæe leni ebull. facta & express. ʒ disfol. Mann. El. syr. ros. fol. an. ʒj. Elect. diaphan. ʒiβ. M.

De Potionibus laxativis,

Pro Dn. M. Petro Hubero Ecclesiaste Ulm. in summo Templo. ℞. dec. flor. & fruct. cum ʒij. fol. sen. facti ʒiβ. infund. per noct. Rhab. El. ʒiiij. vino irrorati. In express. disfol. Mann. El. syr. ros. fol. an. ʒj. M. cum leni & sufficienti operatione.

Pro delicatis & alia averfantibus. ℞. Elect. de Tamarind. cum fol. sen. ʒv. diss. cum dec. prumor. dulc. ʒij. f. p. ctiam puerperis grata & ob benignam operationem laudata.

In aliis possunt addi Magist. R. Jalap. gr. vj. vij. xij. Si quis appeteret haustum exiguum, preferenda sunt extracta. Pro senatore primario. ℞. Extr. d. carth. ʒij. Ex d. Rhab. simpl. ʒiβ. syr. ros. fol. d. Mañ. laxat. an. ʒβ. dec. fol. sen. ʒj. M. alii prætulit.

Pro Virgine. ℞. Extr. d. carth. ʒij. syr. ros. fol. d. Mann. laxat. an. ʒβ. dec. comm. cum ʒij. fol. sen. facti ʒiβ. M. copiosa solutio.

Pro Candidato Juris. ℞. Extr. d. carth. ʒij. extr. Tabell. ʒj. syr. Ros. fol. ʒvj. dec. flor. & fruct. ʒij. M. sat larga operatio.

Pro Dn. Philippo Ebelio Rectore Ulm. ℞. Extr. Tabell. ʒij. d. carth. ʒj. syr. Ros. fol. d. Rhab. Augustan. an. ʒvj. dec. flor. & fruct. ʒij. M. celebravit effectum.

De Vinis laxativis.

Pro Dn. M. Petro Hubero Ecclesiaste Ulm. in Templo cathedrali. ℞. R. cich. Enul. Garyo. an. ʒij. herb. beton. hysl. absinth. Roman. Card. b. melisf. an. m. β. fol. sen. S. S. ʒj. agar. rec. tro. ʒiiij. Rhab. El. ʒij. cinnam. ʒj. gal. minor. ʒij. cum sindon. al. f. sac. pro quart. iij. vin. Neccar. & lb. j. aq. cichor. Infund.

Probè notandum, cum ille prius usus operæ alterius senioris Medici per annos complures, à quo sæpius præscripta vina medicata, sed ipsius palato ingrata, insuper dum operati cœperunt, in transitu per intestinam, morsum & ardorem molestum concitarunt, ex in me rogavit, ut cogitare de medio ad illud incommo- dum præcavendum.

Cum autem animadverterem, causam illius gravaminis consistere in acrimoniâ bilis, per tunicas intestinorum transeuntis, quæ ob vini meri haustum magis exardesceret & effervesceret, proin ad calorem vini contemperandum & bilis acrimoniam

moniam infringendam, eram con-
fultor, ut ℥j. aq. cichor. cum ℥iij.
vini facculo affunderetur, sanè fel-
cissimo successu, nec unquam am-
plius, quoties occasio usurpandi vi-
num medicatum, de illo symptoma-
te, erat querela. In aliis post eundem
processum institui, ubi conjectura,
vini solitarii usum nimis calidum.
Bono Genio tacitâ mente Gratias
egi pro inspiratione vel cogitatio-
num mearum directione, de tali
medio, quale antea nullibi legere
contigit. Id factum ante 46. annos.

Ab eo tempore, cum observarem
tam optatum effectum, ille modus
erat mihi admodum familiaris, præ-
sertim in sexu fœmineo.

Cum quædam Patricia primaria
delicioris Nature, & leviculâ occa-
sione, hysterice symptomatis obno-
xia, præsertim à medicamentosis
valde irritabilis, ut magna cautio ad
hibenda in eligendo. Cum querela
de gravamine in ventriculo & abdo-
mine hærente, & lumborum dolo-
re, præsertim instante fluxu men-
struo, infestante, quæ symptomata
originem traxerunt à pituitosis &
biliosis humoribus, felici auspicio
istud vinum medicatum ordinatum,
℥. R. cichor. Enul. fœnic. an. ℥ij.
herb. abs. Rom. card. b. meliss. anth.
hyss. an. p. j. fol. sen. El. sc. ʒx. agar.
rec. tro. Rhab. El. añ. ʒiij. R. Jalapæ,
cremor. Tart. añ. ʒiij. Jujub. lactil.
añ. ʒiij. gal. minor. ʒj. cum lindon.

al. f. facc. infund. ℥iij. vini & aq. me-
liss. ℥j. de quo quart. dimidium h. j.
antè prandium accepit per aliquot
matutinas continuando, cum ^{in quibus}
operatione peractâ, ab omni mole-
stiâ liberata cum ab aliis Medicis
olim præscripta tormina & Matri-
cis suffocationem concitarint, illud
autem aded erat ac illius palatum
accommodatum, ut citra ullam nau-
seam, imò cum voluptate hauserit
& laudarit. Oportet non tantum
scopum dirigere in morbum & ejus
causas, sed & cujusque individui,
præsertim in sexu fœmineo, respec-
tum habere, & simplicium dele-
ctum instituere, ea omittendo, quæ
odore & sapore nimis adversa, aut
evacuando tormina concitantia.

Pro viro primario Ulmenf. febre
continua laborante omnia alia pur-
gantia averfante. ℞. R. cichor. ʒß.
herb. absint. Rom. centaur. minor.
card. b. adianti utr. añ. p. j. fol. sen. l. f.
ʒx. agar. rec. tro. Rhab. El. añ. ʒiij.
Jujub. sebest. añ. m. ʒ. cinnam. ʒj.
sem. anis. ʒj. cum lindon. al. f. facc.
pro vini ℥iij. aq. cich. ℥j. M. ab aliis
abhorrrens, illud ultrò expetebar, &
unicum suum beneficum in febre
biliosâ appellabat, alternis matuti-
nis haustum sumendo, cum copiosa
humoris cholericæ excretionem, &
luculento levamine. Etsi vini usus
in febribus continuis aliâ locum
non habeat, si merum, at si cum aq.
cichor. ejus vis fracta & febris non
ardent

ardentior, experientia me docuit, multum conferre, præsertim si ægri immorigeri, renuant & respuant alia evacuantiâ.

De Bolis.

PRO Gener. & Illust. Dn. Baron. d. Welz / R. Elect. d. Tamarind. cum fol. sen. ʒß. magist. R. Jalapæ, gr. xij. Ess. scammon. gr. vij. M. f. B. commendavit ob lenem & sufficientem operationem.

Pro illius filiolo sexenni. R. Elect. d. Tamar. cum fol. sen. ʒiiij. mag. Jal. gr. vj. Ess. Scammon. gr. iij. f. B. exin copia vermium rejecta.

Pro Generoso puero d. Grenbera octenni. R. El. d. Tamar. cum fol. sen ʒß. mag. Jalap. gr. vij. M.

Pro filiola quadrienni, officarii Cæsarei. R. El. d. Tamarind. ʒiijß. mag. R. Jal. gr. xij. M. libentianimo accepit & operationem bene tulit.

Pro Patricia Ulm. 50. annorum, paralyticâ, symptomatis hystericis & lypothymis obnoxia. R. El. d. Tamarind. cum fol. sen. ʒvj. mag. Jal. gr. vij. M. alterâ vice. R. El. de Tanor. ʒv. mag. Jal. gr. xij. f. B. citra nauseam sumpsit, ex cochleari deglutiens, operatione sat largâ seroforum humorum succedente cum *ἰσφορία*.

Cum nuper femina primaria ex febre continuâ, cujus fomes in ventriculo imprimis hæsit, ex fervore biliosi humoris cum serosis mixti-

cui exhib. R. El. d. Tamar. ʒiiij. mag. Jal. gr. xij. f. B. intra horam operari cœpit: 7. secessus secuti eâ matutina & etiam vomitus provocatus, rejecta materia amara, biliosa sat copiosa, tam felici successum, ut febrilia symptomata eo die remissiora, & ægra cis paucos dies, ab omni molestiâ immunis reddita. In formâ solidâ Boli melius & copiosius operatur illud Electuarium, dum diuturniorem in ventriculo trahens moram, vitiosos humores commodius inquirat & allicit.

Cum illud Electuarium in morbis à biliosis & serosis humoribus pronatis plurimum levaminis præster, & in minorennibus tam proficuum observassem, idem in meo Ergastulo experiri placuit, cum & mea Natura mollis & delicata, & intra decennium nullâ usus expurgatione, & aliquam morbosam dispositionem sentirem, R. El. d. Tamar. ʒß. mag. Jal. gr. vj. f. B. citius horâ operari cœpit cum *ἰσφορία* 7. sedes procurando, ut illud vel meo exemplo, aliis commendare liceat. Cum nuper quædam Matrona nobilis 36. annorum, grandioris staturæ, valdè corpulenta, in sextû mensẽ gravida, insuper umbilici rupturâ laborans torminibus ex obstructione alvi infestata, & à flatibus sursum ad ventriculum contendentibus molestata, nec quid levaminis ab aliis mediis per os exhibitis, nec foris ad-

moris

motis perciperet, tandem ut flatibus deorsum per intestina & alvum patefieret transitus & exitus, transmissi Elect. d. Tamarind. cum fol. sen. ꝑ. deglutendum, etsi illa primâ fronte dubia, num assumendum, cum esset prægnans, tamen à suo compari persuasa, ne diffideret, cum diurnâ Experimentiâ ipsis cognitum, me cautè ac circumspèctè procedere, paruit & assumpsit. Cum exactis aliquot septimanis post Ullmam venisset, in meis ædibus divertens, felicem & optatum successum denarrans, illius medicamenti virtutem, mirè deprædicavit, quàm leniter & sufficienter, operatione peractâ, excretis multis crassis recrementis cum biliosis humoribus ab omni molestiâ immunis evaserit.

Ex illo exemplo clarescit, quàm tutum sit illud electuarium Gravidis & puerperis ad alvum referendam non solum, sed & in morbosâ dispositione, si opus evacuatione, benignè citra ullam virium offensionem, causam morbificam educere, præsertim si biliosi exorbitent humores. Notandum tamen illud Elect. in Gravidis per se, sine saccharo, aut aliorum permissione, ab ꝑ. ad ꝑ. exhibendum, puerperis autem gr. vj. vel x. magister. R. Jalap. adjungenda. Illud Electuarium nemini, nisi extremè delicatulo, potest esse inanicum.

De Pulveribus purgantibus.

Pro Mercatore Ullm. ꝑ. Magist. Jal. gr. xv. Ess. Scammon. gr. iij. syr. acyd. citri. ꝑ. M. laudibus ad astra extulit ob suavitatem & largam operationem.

Pro Generoso juvene L. B. de Spangstein/ ꝑ. Mag. Jal. gr. xij. Ess. Scammon. gr. vj. syr. acyd. citri. ꝑ. M. alia averlatus illud libens accipit sat copiosè evacuatus.

Pro Generosâ Virgine d. West/ ꝑ. Mag. R. Jalap. gr. xij. Ess. Scammon. gr. vj. syr. vio. lax. ꝑ. M.

Pro puero octenni. ꝑ. Mag. Jal. ꝑ. Ess. Scammon. gr. vj. syr. acid. citri ꝑ. alia respuens, totus tumidus, illo est restitutus.

Pro puellâ trienni ægrè solubili ꝑ. Mag. Jal. gr. vij. Ess. Scammon. gr. vj. cum vitello ovi cocti, cum alia non admitteret.

Pro infante viri primarii. ꝑ. mag. Jal. ꝑ. Ess. Scammon. gr. iij. cum pomo aslo. sat copiosa evacuatio.

Pro Virgine cum ventriculi fastidio & amarore. ꝑ. Gum. Gamandr. gr. vj. syr. cinnam. ꝑ. M. copia humoris biliosi cum phlegmate mixti, vomitu reddita.

